LA FUENTE

Disciplinæ

ECCLESIASTICÆ

BX1935
F8
c.1

007661

Presbiteros
FRANCISCO DE SALES GINORI



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

O
45.
5 pesos.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
ALERE FLAMMAM VERITATIS
CAPILLA ALFONSINA
FONDO ESTERIO
VALVERDE Y TELLEZ

ECCLESIASTICAE DISCIPLINAE LECTIONES

EX SACRO TRIDENTINO CONCILIO,

NECNON EX HISPANIS SYNODIS ET CONVENTIONIBUS,

AD USUM EORUM QUI IN CONCILIARIBUS HISP. SEMINARIIS

JURI CANONICO OPERAM DANT.

A DNO. VINCENTIO DE LA FUENTE

SACRAE THEOLOGIAE AC V. J. DOCTORE,
IN UNIVERSITATE SALMANTINA, IPSIUSQUE DIOECESIS
SEMINARIO, OLIM JURIS CANONICI ANTECESSORE,

NUNC VERO IN MATRITENSI ACADEMIA.

CUM ORDINARII LICENTIA.

P. FRANCISCO DE SALES GINORI.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tellez
Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

Matriti. Typis Tejado, curante Raphael Ludeña,
anno MDCCCLXVI.

44433

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

BX1935
F8

Es propiedad del autor, el cual se reserva los derechos concedidos por la ley.

44433

NOS D. FRANCISCO GOMEZ SALAZAR, PRESBÍTERO, DOCTOR EN SAGRADA TEOLOGÍA, CATEDRÁTICO DE ESTA FACULTAD EN LA UNIVERSIDAD CENTRAL, LICENCIADO EN DERECHO CIVIL Y CANÓNICO, Y TENIENTE VICARIO ECLESIÁSTICO DE ESTA VILLA Y SU PARTIDO ETC.

Por la presente y por lo que á nos toca, concedemos nuestra licencia para que pueda imprimirse y publicarse la obra titulada—*Ecclesiasticæ disciplinæ lectiones ex Sacro Tridentino Concilio, necnon ex Hispanis Synodis et conventionibus ad usum eorum qui in Conciliaribus Hisp. Seminariis juri Canonico operam dant, a Dno. Vincentio de la Fuente*; mediante que de nuestra órden ha sido examinada y no contiene, segun la censura, cosa alguna contraria al dogma católico y sana moral.—Madrid primero de Abril de mil ochocientos sesenta y siete.

DR. SALAZAR.

Por mandado de S. S.ª
LICENCIADO JUAN MORENO GONZALEZ.

Hay un sello que dice:
Vicaría Eclesiástica de Madrid y su partido.

007361

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Canonici Juris tirones apud Seminaria Ecclesiastica Hispaniæ, in tertio ac postremo sui litterarii curriculi anno, Juri Tridentino, necnon Hispanæ Ecclesiæ disciplinæ, ex Conciliis illius et pactis inter Supremas potestates conventis, operam dant. Ad illorum studium integrum Concilii Tridentini librum, necnon et Summam Conciliorum Hisp. a P. Mathia de Villanuño compilatam evolvere coguntur, unde tanta mole oppressi parum in his proficere solent, nisi acris ingenii juvenes sint. Hoc mihi experientia monstravit cum illius doctrinæ prælegendæ in Seminario Centrali Salmantino, annis 1854 et 1855, curam assumpsi; quin et aliorum professorum litteræ et eloquia confirmaverunt. Tunc ergo huic libro conscribendo manum porrexi, tanta vero lentitudine, ut in primordiis liber forte mansisset nisi rogatus et fere coactus fuissem consiliis aliquorum virorum, quorum preces vel consilia mihi plus quam præcepta sunt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hæc igitur scribendi libri ratio, quæ non audaci vanitate et præsumptione, sed obedientiæ potius causa in lucem prodit.

Quæ ad methodum attinent clarissimæ etiam rationes sunt. Tridentinam Synodum didactico ordine conscribere non ego primus sum aggressus, cum ejus difficultas ut doceatur in scholis evidens sit; nam Tridentini Patres librum ad scholarum usum nec facere sunt moliti, nec etiam conari potuerunt, frequentibus intermissionibus præpediti. Vix ineunte sæculo XVII Magister Fr. Petrus Vincentius Marzilla Decreta Concilii Tridentini juxta ordinem ac methodum Decretalium typis edidit (1), opus valde rarum et pene ignotum. Ejus tamen exitus parum felix, nec in scholis acceptus; quod vero ad nos attinet hodiedum fere inutilis ad docendum.

Libri ergo nostri scopus erit Tridentinam Synodum, in sua disciplinæ et praxis tractatione, juxta scholarum Juris recentiorem methodum didactico ordine concinare, interrogationibus ita dispositis ut responsiones fere semper verba Synodi illius, vel Hispanorum Canonum, aut clausulæ Conventionum sint. Hoc fiet ut discipulus non privatas scribentis doctrinas, sed verba ipsa Concilii respondeat, et textum Concilii faciliter pene integrum discat, quod quidem quantæ utilitatis sit nemo ambiget. De cæteris vero Magister consulet, quin et ipsius erit declarationes ac casus ocurrentes explanare, nam alius magistri liber, alius vero discipuli est. Illos autem quos studiosus pro unaquaque quæstione evolvere potest frequenter indicabimus, ommissis Card. de

(1) Decreta Sacrosancti Concilii Tridentini, ad suos quæque titulos secundum Juris methodum redacta, per Mag. Fr. Petrum Vincentium de Marcilla, Cæsaraugust. ordinis Sti. Benedicti, a Consiliis Sanctæ Inquisitionis, ac in V. J. Candidatum: anno 1613: Salmanticæ, ap. A. Ramirez viduam. Vol. in 4.°

Lucca, et Jo. Gallemart annotationibus, ut valde cognitis et a Lege designatis ad scholarum usum in hac juris Canonici parte.

Faxit Deus O. M. ut exiguus hic liber et juvenum J. Cons. studio utilis, et Ecclesiæ Hispanæ non ignobilis existat, quo non mihi, qui parum in illo proprio Marte scribam, sed nomini Domini sit gloria.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

BREVIATIONES SEU NOTULÆ.

IN HOC LIBRO USITATÆ SUNT QUÆ SEQUUNTUR.

Af.	Affirmative.
Cap.	Caput, capite.
Conc.	Concilium.
Convent. . . .	Conventio, Concordia (*Concordato*).
Ec.	Ecclesia.
Hisp.	Hispania, Hispanica.
Ib.	Ibidem.
L.	Lex, vel Lege.
Lib.	Liber, vel Libro.
Mt.	Memoriter, vel memoria tene (1).
Nb.	Nota bene.
N.	Negative.
Nov. Rec. . . .	Novissima Recopilatio Nostrarum Legum.
Part.	Partitarum Leges.
PP.	Patres.
R.	Respondeo, responsio.
Rom. Pont. . . .	Romanus Pontifex.
Reg. M.	Rex, Regia Majestas.
Q.	Quæres: interrogatio.
S. Syn.	Sancta Tridentina Synodus.
S. S.	Sancta Sedes: Sanctitas Sua.
Sess.	Sessio.
V.	Videsis, vel vide si vis.

Quæ his notulis « » intercluduntur litteraliter e Concilio Tridentino, vel aliis Decretalibus, vel Synodis apponuntur. Quandoque et interrogationes ipsæ litteraliter e S. Syn. depromptæ sunt.

---

(1) Ut discipuli ea verba discant ad pedem litteræ recitanda.

LECTIO PRÆLIMINARIS.

Disciplinæ nomem a *discendo* originem ducit, sicut *doctrina* a *docendo*; unde illa *discipulo* potius respondet, sicut hæc *Doctori* seu Magistro. Hinc est quod disciplina sensum practicum ut plurimum habet, sicuti doctrina potius ad dogmata et theoremata comparatur.

Est ergo Ecclesiastica disciplina illa Juris Canonici pars quæ ad Ecclesiæ Catholicæ regimen et rerum agendarun praxim potissime spectat.

Cum vero disciplina variabilis sit, juxta tempora, mores gentesque temperatur; quandoque etiam pendet ex relationibus cum Statu Civili.

Hinc alia *generalis* quæ una est, ad totius Ecclesiæ undequaque regimen spectans. Alia vero juxta ecclesiarum privatarum necessitates, et cum debita ad Rom. Pontificem subjectione, quæ *privata* seu *particularis* audit.

Hoc in usu habemus usurpatam *disciplinæ* vocem in Concilio Bracharensi primo (anno 561), ubi ea Gallæciani Patres utuntur. Cum enim doctrinales Canones sanxissent ad errorum condemnationem, Lucretius celebris Episcopus, cum de rebus ecclesiarum ordinandis jam tractandum foret, dixit: «Quoniam ea quæ a Catholicis abominanda sunt et damnanda manifestius et apertius etiam ignorantibus declarata sunt... quæ ad *instructionem Clericalis disciplinæ* pertinent relegantur.»

Hinc in Hispanæ Eccl. Seminariis non generalis tantum ex Jure communi, Decretalibus et Tridentino, sed etiam Hispanica discitur disciplina. Cum vero hæc utilissima Ju-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ris Canonici pars in postremo studiorum Juris Canonici tempore doceatur, juxta methodum communi consilio sancitum (1), notiones prævias supponit, tam Fontium quam Institutionum Juris Canonici, Conciliorum generalium, Decretalium ac Ecclesiasticæ Historiæ, qua de causa his supersedere, et eas ut valde notas ommittere licet (2).

---

(1) Ex Decreto, collatis consiliis, die 28 Sep anni 1852 dato, ad Seminariorum studia uniformiter comparanda, in quo hæc verba pro tertio Juris Canonici anno —«*Disciplina del Concilio de Trento y particular de España, conforme á sus Concilios y Concordatos.*»

(2) Vide libellum nuper typis datum, cui titulus *Synopsis Ecclesiasticæ disciplinæ*, a Lic. D. Gregorio Medina.

LECTIO I.

TRIDENTINI CONCILII HISTORIA ET PARTES.

Q. Quænam fuerunt causæ convocationis Synodi Tridentini?

R. Tractare de rebus «quæ ad integritatem et veritatem Christianæ religionis, quæ ad bonorum morum reductionem, emendationemque malorum, quæ ad Christianorum inter se tam Principum, quam populorum pacem, unitatem, concordiamque pertinebant, et ad repellendos impetus barbarorum ac infidelium» (Bohemorum præsertim et Turcarum) ex mente Pontificis erant necessaria. Sic ex Bulla indictionis. Mt.

Q. Quis illud convocavit?

R. Paulus III Pont. M., consultis Carolo V Germaniæ Imperatore et Hispaniarum Rege catholico, aliisque Principibus catholicis, anno Domini 1542.

Q. Quando inceptum fuit?

R. Die 13 Decemb. 1545, præsidentibus Cardinalibus de Monte, (postea Julio III), Cervino et Polo S. R. Ec. Legatis, præsentibusque IV Archiepiscopis, XXII Episcopis, V Generalibus regularium nec non et Cæsareis Legatis.

Q. Quommodo dividitur ratione temporis?

R. In tres partes, prima, sub Paulo III continet X primas *magni* momenti sessiones, usque ad annum 1547;

Secunda, sub Julio III continet sex alias, non exigui sed minoris momenti, ab anno 1551 usque ad initium sequentis;

Tertia, sub Pio IV continet novem ultimas *maximi* momenti, ab initio anni 1562, usque ad finem 1563.

Q. Quommodo dividitur ratione objectorum?

R. Cum varia mens esset, dubitantibus nonnullis an primum de doctrina quam de morum et disciplinæ refor-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ris Canonici pars in postremo studiorum Juris Canonici tempore doceatur, juxta methodum communi consilio sancitum (1), notiones prævias supponit, tam Fontium quam Institutionum Juris Canonici, Conciliorum generalium, Decretalium ac Ecclesiasticæ Historiæ, qua de causa his supersedere, et eas ut valde notas ommittere licet (2).

---

(1) Ex Decreto, collatis consiliis, die 28 Sep anni 1852 dato, ad Seminariorum studia uniformiter comparanda, in quo hæc verba pro tertio Juris Canonici anno —«*Disciplina del Concilio de Trento y particular de España, conforme á sus Concilios y Concordatos.*»

(2) Vide libellum nuper typis datum, cui titulus *Synopsis Ecclesiasticæ disciplinæ*, a Lic. D. Gregorio Medina.

LECTIO I.

TRIDENTINI CONCILII HISTORIA ET PARTES.

Q. Quænam fuerunt causæ convocationis Synodi Tridentini?

R. Tractare de rebus «quæ ad integritatem et veritatem Christianæ religionis, quæ ad bonorum morum reductionem, emendationemque malorum, quæ ad Christianorum inter se tam Principum, quam populorum pacem, unitatem, concordiamque pertinebant, et ad repellendos impetus barbarorum ac infidelium» (Bohemorum præsertim et Turcarum) ex mente Pontificis erant necessaria. Sic ex Bulla indictionis. Mt.

Q. Quis illud convocavit?

R. Paulus III Pont. M., consultis Carolo V Germaniæ Imperatore et Hispaniarum Rege catholico, aliisque Principibus catholicis, anno Domini 1542.

Q. Quando inceptum fuit?

R. Die 13 Decemb. 1545, præsidentibus Cardinalibus de Monte, (postea Julio III), Cervino et Polo S. R. Ec. Legatis, præsentibusque IV Archiepiscopis, XXII Episcopis, V Generalibus regularium nec non et Cæsareis Legatis.

Q. Quommodo dividitur ratione temporis?

R. In tres partes, prima, sub Paulo III continet X primas *magni* momenti sessiones, usque ad annum 1547;

Secunda, sub Julio III continet sex alias, non exigui sed minoris momenti, ab anno 1551 usque ad initium sequentis;

Tertia, sub Pio IV continet novem ultimas *maximi* momenti, ab initio anni 1562, usque ad finem 1563.

Q. Quommodo dividitur ratione objectorum?

R. Cum varia mens esset, dubitantibus nonnullis an primum de doctrina quam de morum et disciplinæ refor-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

matione tractaretur, visum fuit Patribus insimul eastractare, ita ut in unaquaque sessione et de doctrina ab hæreticis controversa, et de ipsi anexa disciplina tractaretur. Itaque primo de symbolo Fidei, libris sacris ac traditione actum fuit, ut scirent hæretici quibus cum armis dimicandum foret. Præterea in VI sessione preciosissimum theologis tractatum de justificatione ediderunt. Cum vero in septima de Sacramentis agere inciperent labori finem ponere opus fuit.

Q. Quænam fuerunt causæ interruptionis?

R. Dissidia propter translationem Concilii in Bononiam, quæ quidem reluctantibus Hispaniæ, ac aliquibus Germaniæ Episcopis, octava sessione decreta fuit. Alphonsus Vargas Cæsaris legatus, ac percelebris jurisconsultus protestavit, ac Imperator male translationem vidit. Bononiæ tamen IX et X nullius fere momenti sessiones, ut pote mere rituales, habitæ sunt.

Q. Quid in secunda celebratione actum fuit?

R. Duæ primæ sessiones sub Julio III (XI et XII nempe) rituales tantum fuere: in XIII et XIV vero Patres, Sacramentorum ordinem sequentes, De Eucharistia, Pœnitentia et Extrema Unctione pretiosos tractatus conscripsere. In parte vero reformationis de causis Episcopalibus et appellationibus juditialibus, quin etiam de Clericorum ordinatione et punitione decreverunt. Aliæ vero duæ rituales tantum fuerunt, Patribus in vanum Protestantes malesuasos spectantibus.

Q. Quænam fuerunt causæ hujus secundæ interruptionis?

R. Bella Germanica, mala protestatium fides, et Mauritii Saxonici in Cæsarem perduellio; qui in Tridentinam urbem imminens Episcopos abire coegit, Concilio in biennium suspenso.

Q. Quid in tertia Concilii serie actum fuit?

R. Hæc ad disciplinæ Ecclesiasticæ studium potissima est Concilii pars: aliæ vero duæ utiliores Theologo. Quatuor primis sessionibus sub Pio IV ommissis (XVII ad XX inclusive) quæ rituales fuerunt, de Communione et sacrifitio Missæ in duabus sequentibus actum fuit; in XXIII

vero de Sacramento Ordinis. Notabilissimæ tamen sunt aliæ duæ postremæ.

Q. Quid peculiaris habent sessiones XXIV et XXV?

R. Hæc duæ bifariam dividuntur cum de reformatione docent. Sessio XXIV, ordinem sacramentorum sequens, de matrimonio tractavit, et postquam de hoc Sacramento partem dogmaticam duodecim canonibus perstrinxit, tractatum edidit specialem de reformat. matrimonii in X capita redactum; deinde vero aliam sectionem de reformatione in genere: ibi de muneribus Episcoporum et præsertim in conferendis benefitiis actum fuit. Sessio XXV post decreta de Purgatorio et veneratione Sanctorum, de reformatione bipartitur etiam. Primo de reformatione regularium 22 capitibus tractat, secundo de reformatione in genere aliis 21 capitibus.

Q. Quommodo citantur hæ sessiones?

R. Cum citantur capita reformat. in genere dicitur—*Cap. T.—sess. XXIV* (vel XXV) *de Ref. in Concilio Trid.* Cum vero citantur aliæ duæ sic dicitur—*Cap. T. de reform. matrim. vel de reform. regularium*: cæteris ut valde notis ommissis. Mt.

Q. Quando finitum fuit Concilium Tridentinum?

R. Cum die 3.ª Decembris anni MDLXIII Patres omnia de reformatione perstringere non potuissent, sequenti die sessionem continuarunt et finierunt Concilium, cum benedictione Cardinalis Moroni, Primi Legati, et acclamationibus á Cardinali de Lotharingia (*Lorena*) lectis.

Q. Confirmatum fuit Concilium á Rom. Pont.?

R. Quamvis Archiepiscopus Granatensis Guerrero et alter Episcopus Hispanus negaverint indigere confirmatione, attamen Patres, sequentes vocem percelebris Antonii Augustini, tunc Ilerdensis, postea Tarraconensis præsulis, pro confirmatione clamaverunt: hæc autem, sponte et summo cum gaudio, data fuit a Pio IV, in Bulla *Benedictus Deus*, die septimo Kal. Februarii, anni MDLXIV.

Q. Quot Patres fuerunt in Concilio?

R. In finiendo Concilio fuerunt 205 Patres, quamvis non omnes subscripserunt; ut pote aliqui eorum voce deliberativa carentes. Erant igitur, IV Legati Pontifitii, duo alii Car-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dinales non Legati, III Pathiarcæ, XXV Archiep., CLXVIII Episcopi, VII Abbates, XXXIX Procuratores absentium, et VII Generales ordinum regularium.

Q. Ex quibus populis Patres convenerant?

R. Hieronymus Ragosini Episcopus Nazianzenus, in sermone in finem Concilii, hæc grandiloquenter habet.—«Ex omnium populorum ac nationum in quibus catholicæ religionis veritas agnoscitur non solum Patres, sed et oratores habuimus. At, quos viros? Si doctrinam spectemus eruditissimos-si usum, peritissimos-si ingenia perspicacissimos si pietatem religiosissimos-si vitam innocentissimos.» Hæc autem oratoris verba verissima sunt. Mt.

Q. Quot Hispani adstiterunt Concilio finiendo?

R. Duo Archiepiscopi, nempe Granatensis jam citatus et Dnus. Gaspar Cervantes Messanensis; ac præterea triginta Episcopi in fine Concilii, et quatuor per procuratores. Adstiterunt etiam plures Theologi celeberrimi. Inter septem Theologos Pontificios emminebant Petrus Soto, Alphonsus Salmeron, Franciscus Turrianus (*Torres*) Antonius Solis et Hieronymus Bravo. Computatis omnibus inveniuntur fere centum Hispanos adstitisse Concilio.

Inter generales ordinum eminebant Franciscus a Zamora generalis Minorum et Jac. Lainez Soc. Jesu.

LECTIO II.

CONCILII TRIDENTINI IN HISPANIA ADMISSIO.—PROVINCIALIA CONCILIA AD ILLIUS ADMISSIONEM.—CONGREGATIO CONCILII.—BULLA APOSTOLICI MINISTERII.

—Admissum fuit Concilium Tridentinum in Hispania?

R. Af. et quidem omnino, integrum et sine restrictione, ut patet ex lege lata a Philipo II, Hispaniarum Rege, die 12 Julii anni 1565, quæ quidem est lex 13, tit. I, libri primi Noviss. Recopil. (1); in qua quidem pragmatica nulla continetur restrictio. Sunt ergo Tridentini Canones et Decreta *Nomo Canones Hispanici*, tam pro ipsa nostra patria quam pro regionibus illis quæ tunc erant ipsi subditæ vel unitæ,

(1) Vide in appendicibus ad calcem hujus libri.

nempe Belgio, Scio, Flandria, Regno Siciliæ et Americæ ditionibus.

—Attamen fuit posterius aliqua adhibita restrictio?

R. Privatis ad Tribunalia rescriptis jussum fuit admissionem intelligi sine præjuditio Regalium jurium. Hoc tamen nihil officit nec jure nec facto:

1.° Quia Concilium ipsum regalia *legitima* jura servari jubebat, ut suis locis apparebit.

2.° Quia privatum, et non promulgatum decretum, et pene ignotum, quin imo aliquantum dubium et obscurum, non potest præferri Pragmaticæ publicæ, promulgatæ, notissimæ et celeberrimæ.

3.° Quid quid sit de privatis et obscuris rescriptis Philipi II et fere ignoratis, Carolus IV anno 1803 in Noviss. Recopilat. celeberrimam et catholicam hanc pragmaticam novis viribus et vigore donavit, loco citato.

—Derogata est hæc lex aliqua posteriori?

R. Nec derogata est, nec post Concordatum, ex pactis conventis et jure gentium, revocari posset inconsulto Rom. Pontifice (1), qua de causa hodie *Nomo Canones Tridentini* tamquam leges vigentes in Tribunalibus citantur a Magistratibus sæcularibus.

—Quænam provintialia Concilia celebrata fuerunt in Hispania ad Tridentini admissionem?

R. Toletanum, 1565, Sede Metropol. vacante, sub præsidentia Cordubensis Episcopi, prout in provintia antiquioris.

Cæsaraugustanum 1565, sub præsid. Archiep. D. Ferdinando ab Aragonia Philipi II, patruo.

Valentinum sub Metropol. Domino Martino Petri (Perez de Ayala) Tridentini Patris, 1566.

Compostellanum, apud Salmanticam, sub Archiep. Domino Gaspare de Zuñiga, 1565 (2).

(1) Atque idcirco utraque contrahentium pars spondet se successoresque suos omnia et singula de quibus in hic articulis utrinque conventum est, sancte servaturos. *Si qua vero in posterum supervenerit difficultas Sanctitas Sua, et Regia Majestas invicem conferent ad rem amice componendam* (ART. 45).

(2) Concilia provincialia apud Toletum, Valentiam et Salmanticam celebrata, non solum ap. Card. Aguirre, sed etiam in Summa Conciliorum P. Villanuño reperies.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tellez

Tarraconense sub D. Ferdinando de Loazes, 24 Octobr. 1564. (Tejada y Ramiro, t. V, fól. 119).

Pro Indiis occidentalibus celebrata fuerunt provincialia Concilia apud Mexicanam et Limensem Sedes.

—Præcepta fuit posteriori tempore Tridentini Concilii observantia?

R. Af. in Bulla Innocentii XIII quæ incipit verbis *Apostolici Ministerii*, quæ quidem lata fuit die XIII Maii 1723.

—Quænam fuerunt ad hanc emittendam Bullam fundamenta?

R. In ipsa Bulla his verbis exponuntur. «Cum itaque dilectus Filius noster Ludovicus S. R. E. Cardinalis Belluga et Moncada nuncupatus, Ecclesiæ Carthag. ex concessione et dispensatione Apostolica præsul, in ipsis Pontificatus nostri primordiis Nobis exposuisset nonnulla Ecclesiasticæ disciplinæ rationibus, ac saluberrimis Sacri OEcumenici Concilii Decretis haud quaquam consentanea sensim in diversis inclytæ Nationis Hispanicæ locis obrepisse, isque ut opportunum remedium adhiberetur á Nobis... Nos Congregationi particulari nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Nostris ejusdem S. R. E. Cardinalibus Concilii Tridentini interpretibus á Nobis deputatorum rem omnem sedulo examinandam demandavimus.»

—Quales hujus Bullæ exitus et fructus?

R. Exigui quidem quamvis ipsa præterito sæculo valde decantata fuerit. Toletana Ecclesia, suo, et aliarum Ecclesiarum Castellæ et Legionis nomine, acriter illam impugnavit, latis ad Sanctam Sedem supplicibus litteris. Abusus præcipuos non reformavit, sed illos tantum qui agebantur á personis in minoribus constitutis. Vix aliquam practicam dispositionem adhibuit, sed tantum ea quæ jam in Tridentino præcepta erant in memoriam revocavit. Hoc tamen culpæ non vertendum, sed indulgendum tempori; quin etiam nihil aliud reclamatum fuit.

—Quænam præcipuæ hujus Bullæ dispositiones?

R. Circa Clericorum ordinationem, parochialium Ecclesiarum decus et administrationem, de Regularium utriusque sexus disciplina, cultu, ceremoniali Episcoporum, in celebratione Sanctæ Missæ sacrifitii decore servando, cau-

sarum tam criminalium quam civilium instructione, apellatione et ordinariorum in illis juribus servandis, quæ omnia XXX articulis continentur, suo quoque loco et lectione deinceps inserendis.

—Quænam posterius præcipuæ nostræ disciplinæ et generalis Tridentinæ observandæ monumenta?

R. Conventio seu *Concordatum* anni 1737 a Clemente XII, de quo exigui fructus, quod incipit *Alias Nos*.

Ejusdem Rom. Pont. Bulla *Cum in exercitibus*, anno 1736, ad Vicariatum generalem Castrensem instituendum.

Conventio Bened. XIV, anno 1753, quæ incipit *Cum alias*, qua Regium Patronatus jus in Hispanienses Ecclesias firmatum est.

Tribunalis Rotæ erectio, Bulla *Clementis*, a Clem. XIV, 1771.

Conventio Pium IX inter et Elisabeth II, 1851, in Apostolica Bulla *Ad Vicariam*.

Denique Conventio alia superaddita huic, die 4 Aprilis 1560.

—Conventio seu *Concordatum* hoc anni 1851 Legis vigorem habet?

R. Af. Sic enim in ipsius Art. 45 sancitum est. «Per solemnem hanc conventionem Leges, Ordinationes et Decreta quovis modo et forma in Hispaniarum dominiis hactenus lata in quantum illi adversantur, abrogata habebuntur: *ipsaque conventio ut lex Status deinceps eisdem in dominiis perpetuo vigebit.* Mt.

—Qua die sancita et firmata Conventio?

R. Matriti die 16 Martii anni 1851.

—Qua vero die promulgata velut *Hispaniæ Lex*?

R. Die 17 Octobris ejusdem anni.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO III.

DE SACRA SCRIPTURA, TRADITIONE, ET FIDEI PROFESSIONE.

—Quænam fuerunt primæ curæ Tridentinorum Patrum?

R. In Sessione prima Concilium indicere:

In secunda: modum vivendi in Concilio.

In tertia symbolum Fidei concinare et quidem Nicænum prouti omnis occidentalis Ecclesia inter Missarum solemnia recitare solet.

In quarta denique Sacrorum librorum Canonem fixit atque decrevit (1).

—Potest aliquis hos libros rejicere vel aliquo modo despicere?

R. «Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, et in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris et canonicis non susceperit, et traditiones prædictas sciens et prudens contempserit; anathema sit.» (Ibidem). Mt.

—Quodnam in hoc objectum præ oculis habuit Trid. Synodus?

R. Non solum Canonicum sed etiam litterarium et morale, ut Catholici scirent quibus armis dimicandum esset, protestantes vero quibus debellandi. «Omnes itaque intelligant, quo ordine et via ipsa Synodus, post iactum fidei confessionis fundamentum, sit progressura, et quibus potissimum testimoniis, ac præsidiis in confirmandis dogmatibus, et instaurandis in Ecclesia moribus sit usura.» (Ib).

—Quid de usu sacrorum librorum Trid. Syn.?

R. «Insuper eadem sacrosancta Synodus considerans non parum utilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex omnibus Latinis editionibus, quæ circunferuntur, sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit innotescat, statuit et declarat, ut hæc ipsa vetus et vulgata editio, quæ longo

(1) Cum hic Canon tam Theologo quam Juris Canonici perito ex studio locorum Theologicorum, vel fontium Juris Canonici, valde notus sit, ejus litteralis insertio omittenda censetur.

tot sæculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, et expositionibus pro authentica habeatur, et ut nemo illam rejicere quovis prætextu audeat vel præsumat.» (Ib).

—Habuit aliam Sacræ Scripturæ versionem Hispana Ecclesia?

R. Af. Qua quidem Divus Isidorus aliique Hispani Patres usi sunt, et cujus versionis accurata supersunt exemplaria (1).

—Quid præterea Sancta Synodus «*ad coercenda petulantia ingenia decernit*?»

R. «Ut nemo suæ prudentiæ innixus in rebus fidei et morum, ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus contorquens contra eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum, aut etiam contra unanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari audeat; etiam si hujusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendæ forent.» (Ib).

—Non ergo licet liberum examen quod protestantes invocare solent?

R. Negatio patet ex verbis Concilii; quin imo qui tale faciunt et defendunt veri Catholici non sunt.

—Quas pœnas Concilium transgressoribus inflingit?

R. «Qui contravenerint, per Ordinarios declarentur, et pœnis á jure statutis puniantur.» (Ib).

—Quænam sunt hæc pœnæ?

R. Ex Sess. decima Lateran. Conc. V. librorum amissio et publica combustio, et pœna pecuniaria, quæ in urbe Roma centum ducatorum est, et Vaticani fabricæ persolvenda: Suspensio etiam officii impressoris per annum, et denique sententia excommunicationis. Si vero in contumatia perseverent scriptor et editor per omnia juris remedia castigandi sunt.

(1) Tam in Toletana Ecclesia, quam in publicis Matriti Bibliothecis aliqua servantur, inter quæ eminet Complutensis codex á Card. Ximenio Cisneros emptus, qui in Universitate Centrali servatur.

—Quid intelligendum per hæc verba *omnia juris remedia*?

R. Reagravatio censurarum et poenarum, recursusque ad civilem potestatem pro impositione pœnarum sæcularium, si relationes Ecclesiam inter ac Statum hoc ferant.

—Quid in Hispania hac de re hodiedum?

R. Librorum amissio et combustio ex antiquis non derogatis legibus viget (1) quin etiam ex art. 3.° Concord. qui quidem in finem hæc habet: «Aderunt item Regia Majestas ejusque Gubernium potenti patrocinio, ac præsidio suo Episcopis illud pro re nata postulantibus, maxime autem ubi improbitati obsistendum sit hominum, qui fidelium mentes pervertere vel eorum mores corrumpere conentur, aut editio. introductio et circumlatio pravorum noxiorumque librorum impedienda sit.» (Mt.) Ergo præter censurarum impositionem etiam recursus ad brachium sæcularem patet pro civilibus pœnis imponendis. Quod vero attinet ad pecuniariam pœnam ejusque impositionem dicetur infra cum de pœnis temporalibus, quas Ecclesia per se inflingere potest, quamvis eas aliquamdiu in praxi non habeat, temporibus indulgendo, jus vero servando.

—Hæc dispositio Lateranensis pœnalis in Hispania admissa erat?

R. Af. Admisso enim Tridentino Concilio instaurabatur etiam hoc Lateranense Decretum ab eo renovatum.

—Quæ igitur Tridentini hac de re dispositio?

R. «Sed et impressoribus modum in hac parte ut par est, imponere volens, qui jam sine modo, hoc est, putantes sibi licere quidquid libet, sine licentia superiorum Ecclesiasticorum, ipsos sacræ Scripturæ libros, et super illis annotationes, et expositiones quorumlibet indifferenter, sæpe tacito, sæpe etiam ementito prælo, et quod gravius est, sine nomine auctoris imprimunt; alibi etiam impressos libros hujusmodi temere venales habent: decernit, et statuit, ut posthac, sacra Scriptura, potissimum vero hæc ipsa vetus et vulgata editio, quam emendatissime imprimatur: *nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quosvis libros*

(1) Lateranensem canonem in fine libri require.

de rebus sacris sine nomine auctoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati, probatique fuerint ab ordinario, sub pœna anathematis, et pecuniæ in canone Concilii novissimi Lateranensis apposita.» (Ib). Mt.

—Quid de librorum res sacras tractantium probatione statuit Concilium?

R. «Si regulares fuerint, ultra examinationem, hujusmodi licentiam quoque á suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris, juxta formam suarum ordinationum. Qui autem scripto eos communicant, vel evulgant, nisi antea examinati probatique fuerint, eisdem pœnis, subjaceant, quibus impressores. Et qui eos habuerunt, vel legerint, nisi prodiderint auctores, pro auctoribus habeantur.» (Ib).

—Sufficit obtinere ordinarii licentiam?

R. N. «Ipsa vero hujusmodi librorum probatio in scriptis detur, atque ideo in fronte libri, vel scripti, vel impressi, authentice appareat: idque totum, hoc est, et probatio, et examen gratis fiat, ut probanda probentur, et reprobentur improbanda.» (Ib).

—Quare ergo hodiedum pro licentia concedenda pecuniæ quantitas, etsi modica, exigitur?

R. Hæc sunt curialium, non vero censorum jura, quia in Hispania, juxta Concilium, gratis hoc et ex charitate servitium censores præstant.

—Quid de Sacræ Scripturæ usu vel abusu etiam verbis vel depictis imaginibus?

R. «Post hæc temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque convertuntur, et torquentur verba, et sententiæ sacræ Scripturæ, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones impias, et diabolicas incantationes, divinationes, sortes, libellos etiam famosos; mandat et præcipit, ad tollendam hujusmodi irreverentiam et contemptum, ne de cætero quisquam quomodolibet verba Scripturæ sacræ ad hæc et similia audeat usurpare: ut omnes hujus generis homines, temeratores et violatores verbi Dei juris et arbitrii pœnis per Episcopos coerceantur.» (Ib).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid circa professionem fidei!

R. Concilium Tridentinum illam omnibus beneficia ecclesiastica obtenturis cum cura animarum et in cathedralibus imposuit; eamque Pius IV non solum confirmavit sed etiam formam dedit juxta quam fieri deberet, ut patet ex Bulla *Injunctum nobis*. Idem Pontifex in Bulla *In Sacrosancta* eam ad professores porrexit.

—Sufficit tantum simbolum Fidei, et sacræ Scripturæ libros credere et profiteri?

R. Juxta Catholicum dogma et doctrinam Patrum etiam profitetur traditio Apostolica contra protestantes, qua de causa in Fidei professione, post illarum declarationem, dicitur «*Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiæ observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector.*»

LECTIO IV.

DE SACRORUM CANONUM OBSERVANTIA, ET ROMANI PONTIFICIS AUCTORITATE AD ILLORUM DISPENSATIONEM ET INTERPRETATIONEM.

—Quid Concilium circa Canonum suorum admissionem præcepit?

R. «Cum Concilio finem imponere necesse sit: superest nunc, ut Principes omnes, quod facit, in Domino moneat, ad operam suam ita præstandam, ut, quæ ab ea decreta sunt, ab hæreticis depravari aut violari non permittant; sed ab his et omnibus devote recipiantur, et fideliter observentur.» (Sess. XXV in fine). Mt.

—Cujus est juxta Tridentinam dispositionem suorum Canonum declaratio et interpretatio?

R. Romani tantum Pontificis ut patet ex his verbis. «Quod si in his recipiendis aliqua difficultas oriatur; aut aliqua inciderint, quæ declarationem, quod non credit, aut definitionem postulant, præter alia remedia in hoc Concilio instituta; confidit sancta Synodus, Beatissimum Romanum Pontificem curaturum, ut vel evocatis ex illis præsertim

provinciis, unde difficultas orta fuerit, iis, quos eidem negotio tractando viderit expedire, vel etiam Concilii generalis celebratione, *si necessarium judicaverit*, vel commodiore quacumque ratione ei visum fuerit, provinciarum necessitatibus pro Dei gloria et Ecclesiæ tranquillitate consulatur.» (Ib).

—Potest ergo cogi Rom. Pont. ad Concilium generale celebrandum (1)?

R. N. Concilium enim ulteriorem celebrationem tantum indicavit in casu *si necessarium judicaverit*. Ergo non licet inferre coactionem ubi Concilium dedit libertatem. Quin etiam libertas extaret quamvis Tridentinum nihil hac de re decrevisset in Rom. Pont. obsequium, et obsequentiam.

—Quare nullum Concilium generale celebratum fuit tribus his sæculis á Tridentino lapsis?

R. 1.° Quia Sancta Sedes illud necessarium non judicavit.

2.° Quia timenda foret Cæsarea oppressio, quæ adeo in Basileensi Synodo noxia fuit.

3.° Quia quæ obortæ fuerunt hæreses a Sancta Sede conquassatæ fuerunt quin generale indiceretur Concilium, ut patet in Jansenistarum tam Theologorum quam Canonistarum profligatione. Frustra ergo fiunt per plura quæ fieri possunt per pauciora, ut axioma philosophico-juridicum ait.

—Quando Sancta Sedes Jansenismum Theologicum profligavit?

R. Præter alias in Bulla *Unigenitus*, quæ in Hispania admissa fuit anno 1717, et ab omnibus Universitatibus jurata.

—Quando Sancta Sedes Jansenismum Canonisticum debellavit?

R. Præter alias in Bulla *Auctorem Fidei*, a Pio VI inclitæ mem. latæ, quæ quidem, quamvis malis artibus re-

(1) Frequenter, inter turbas et dissensiones sæculi XVII, politici, ei Hispani et Galli, Romanum Pont. minabuntur irreverenter, et dicebant, cogendum esse ad celebrationem Concilii generalis, quin et Jansenismus appellationem ad futurum Concilium indicabat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tardata: attamen detecta fraude a pio Rege Carolo IV, et ministros malesuados severe punivit, et lege lata hanc Bullam admissit, quæ *instar nomocanonis* paulo post Pragmaticam Tridentinam habetur, lege 22, tit. 1, lib. 1. Noviss. Recopil. ad hanc usque diem vigente.

—Subjacet Rom. Pont. Canonum et præsertim Tridentinorum observantiæ?

R. Af. Quamvis enim hoc S. Sedi a jure scripto non imponatur, tamen debetur ex æquitate et conscientia.

1.° Quia debet dare exemplum, prout Dom. N. Jesus Christus, cujus Vicarius est, qui quidem *cœpit facere et docere*, et parum doceret verbo nisi suaderet exemplo.

2.° Quia Sacratissimos Canones ab *omnibus* servandos jussit Tridentinum, ut dicetur modo.

Nos vero hac de re parum in scholis, cum illarum professores, non docere in Ecclesia, sed ab Ecclesia doceri debeant, et non Rom. Pontifici invidiam, sed obedientiam et reverentiam profiteri. Idem dicendum de quæstionibus superioritatis Pontificis supra Concilium, vel e contra, quæ et speculativæ et extemporaneæ sunt (1).

—A quo ergo exigitur Romano Pont. damni reparatio, seu quod dicitur vulgari voce *responsabilitas*?

R. A nemine nisi a Deo, unus enim Deus ejus superior est.

—Concilium Tridentinum Pontificiam auctoritatem restrinxit?

R. N. Quin imo illam magna cum reverentia agnovit, firmavit et illibatam traduxit, his nitidissimis verbis: «Postremo sancta Synodus, omnia, et singula, sub quibuscumque clausulis et verbis, quæ de morum reformatione, atque Ecclesiastica disciplina, tam sub fel. record. Paulo III, ac Julio III, quam sub Beatissimo Pio IV, Pontificibus Maximis, in hoc sacro Concilio statuta sunt, declarat, ita decreta fuis-

(1) Pauca hac de re. Ecclesia Christiana corpus est, et humano corpori assimilatur. Caput autem hominis non infra sed supra corpus est, corporisque *pars essentialis*. Concilium generale sine Papa non est Concilium. Quæstiones hac de re schismatum tempore agitatæ, et a jansenistis suscitatæ, hodie male reddolent. Sunt idem ac in politicis suprematia popularis, seu *la soberanía nacional*.

se, ut in his salva semper auctoritas Sedis Apostolicæ et sit, et esse intelligatur.» (Sess. XXV, cap. 21). Mt.

—Permissa est Canonum dispensatio a Trident. Syn.?

R. «Sicuti publice expedit legis vinculum quandoque relaxare, ut plenius, evenientibus casibus et necessitatibus, pro communi utilitate satisfiat: sic frequentius legem solvere, exemploque potius, quam certo personarum rerumque delectu, petentibus indulgere, nil aliud est, quam unicuique ad leges transgrediendas aditum aperire.» (Sess. XXV, cap. 18).

—Quid ergo de ipsorum Canonum observantia?

R. «Quapropter sciant universi, sacratissimos Canones exacte ab omnibus, et quoad ejus fieri poterit, indistincte observandos.» (Ib.)

—Quænam sunt juxta Tridentinum dispensationis causæ?

R. «Quod si urgens justaque ratio, et major quandoque utilitas postulaverit, cum aliquibus dispensandum esse; id causa cognita, ac summa maturitate, atque gratis, a quibuscumque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum: aliterque facta dispensatio, surreptitia censeatur.» (Ib.) Mt.

—Quid de dispensationibus extra Curiam?

R. «Dispensationes. quacumque auctoritate concedendæ, si extra Romanam Curiam committendæ erunt, committantur Ordinariis illorum, qui eas impetraverit; cæ vero quæ gratiose concedentur, suum non sortiantur effectum, nisi prius ab eisdem, tamquam delegatis Apostolicis, summarie tantum, et extrajudicialiter cognoscantur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subjacere.» (Ib.) Mt.

—Potest alegari ignorantia invencibilis Tridentinorum Canonum a Prælatis et J. Cons.?

R. N. Promulgati enim et publicati satis fuerunt.

—Potest allegari desuetudo?

R. N. Nisi in casibus a jure communi permissis, vel ex revocatione speciali.

—Potest Rom. Pont. in rebus ad essentialem Disciplinam pertinentibus dispensare?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Af. Et Concilium ipsum Tridentinum talem facultatem non modo dedit, sed existentem agnovit; cum ipsi Romano Pontifici quæstiones de usu Calicis pro laicali statu resolvendas reliquit. Attamen usus calicis pro laicali statu non tantum *internæ* ut dicunt disciplinæ, sed etiam *essentialis* est; cum ad Sacramenti Augustissimi administrationem referatur.

—Quid ergo Tridentinum hac in re dispensandum decrevit?

R. In decreto *Insuper*, ad finem Sess. XXII, sic ait: «Insuper, cum eadem sacrosancta Synodus superiori Sessione duos articulos, alias propositos, et tum nondum discussos, videlicet;—An rationes, quibus S. Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos, atque etiam non celebrantes Sacerdotes, sub una panis specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione Calicis usus cuiquam sit permittendus: et—An, si honestis, et Christianæ charitati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi vel regno Calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, et quænam illæ sint, in aliud tempus, oblata sibi occasione, examinandos, atque definiendos reservaverit; nunc, eorum, pro quibus petitur, saluti optime consultum volens, decrevit, integrum negotium ad Sanctissimum Dominum nostrum esse referendum, prout præsenti decreto refert; *qui pro sua singulari prudentia id efficiat*, quod utile Reip. Christianæ, et salutare petentibus usum Calicis, fore judicaverit.»

—Quid de matrimonio in prohibitis gradibus contrahendo dispensari potest ex Trid. Conc.?

R. De hoc in lectionibus de Matrimonii Sacramento suo loco dicetur.

PARS PRIMA.

De superiori jurisdictione.

LECTIO V.

DE S. R. E. CARDINALIBUS.

—Qui in hodierna disciplina dicuntur Cardinales?

R. Clerici in Ecclesia dignissimi, Collegium Romano Pontifici auxiliando in Ecclesiæ regimine componentes, et Sede vacante supplentes.

Hi a temporibus Tridentini Concilii, ex mandato Sixti V, LXX sunt: horum VI Episcopi, L Presbiteri, XIV Diaconi, Sex Episcopi suburvicarii sunt Ostiensis (á quo Papa coronatur) Portuensis, Albanus, Prænestinus, Sabinus et Tusculanus.

—Cardinales constituunt capitulum Rom. Pontificis?

R. Neg. Ad hoc enim, tamquam Romæ Episcopus et metropolitanus, habet Lateranensem Ecclesiam et Capitulum, qui ejus prout Episcopi senatus est.

—Collegium Cardinalium habet vim Concilii?

R. Af. Et quidem provincialis, sex enim Episcopi suburvicarii, qui Rom. Pontif. prouti Metropolitano subjacent, Romæ degunt et antiquiores sunt: ideo cum Papa consistorialiter agit etiam conciliariter agere videtur, quin illi hac de causa legi residentiæ deficiant.

—Cardinales etiam Diaconi debent præcedere Episcopis?

R. Af. Eadem ratione qua Canonici Cathedralis, diaconi vel subdiaconi, præcedunt parochis et cæteris presbyteris, id est quia unum cum Episcopo corpus sunt; hi vero unum cum Romano Pontifice sunt.

—Quænam eis onera et virtutes commendantur?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Eadem ac Episcopis. Ait enim Concilium. (Sess. XXV cap. 1.º) «Quæ vero de Episcopis dicta sunt, eadem non solum in quibuscumque beneficia Ecclesiastica, tam sæcularia quam regularia obtinentibus, pro gradus sui conditione observari, sed ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit: quorum consilio apud Sanctissimum Romanum Pontificem cum universalis Ecclesiæ administratio nitatur, nefas videri potest non iis etiam virtutum insignibus ac vivendi disciplina eis fulgere, quæ merito omnium in se oculos convertant.»

—Potest Papa Cardinalem deponere?

R. Af. Et etiam sine consensu Consistorii; quamvis melius sit consilium saltem explorare fratrum. Urbanus VIII Cardinales e familia Columnæ (*Colonna*) deposuit. Nulla est tamen Canonica lex qua Pontifex ad inquirendum, et multo minus ad sequendum Cardinalium consilium cogatur.

—Quid de Cardinalium dignitate Trid. Syn.?

R. «Ea vero omnia et singula, quæ de Episcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina et cæteris qualitatibus alias in eadem Synodo constituta sunt, decernit eadem, etiam in creatione sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, etiam si Diaconi sint, exigenda.» (Sess. XXIV, cap. 1.º) Mt.

—Quibus ex regionibus Cardinales nominandi?

R. «Sanctissimus Romanus Pontifex ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commode fieri poterit, prout idoneos repererit, assumet.» (Ib.) Mt.

—Debent esse lectissimi de Clero?

R. «Postremo, eadem sancta Synodus, tot gravissimis Ecclesiæ incommodis commota, non potest non commemorare, nihil magis Ecclesiæ Dei esse necessarium, quam ut Beatissimus Romanus Pontifex, quam sollicitudinem universæ Ecclesiæ ex muneris sui officio debet, eam hic potissimum impendat, ut lectissimos tantum sibi Cardinales adsciscat.» (Ib.) Mt.

—Quid in creatione Cardinalium observandum?

R. Vide Constitutiones Sixti V, *Postquam*, 1586, et *Religiosa*, 1587.

—Subest hac de causa Rom. Pont. alicui potestati vel etiam Concilio?

R. Neg. Equidem Trid. Syn. Divinam iram, non autem aliquam aliam in terris ipsi minitatur, cum de Cardinalium et etiam Episcoporum electione docet. «Et bonos maxime atque idoneos pastores singulis ecclesiis præficiat: idque eo magis, quod ovium Christi sanguinem, quæ ex malo negligentium, et sui officii immemorum pastorum regimine peribunt, Dominus noster Jesus Christus, de manibus ejus sit requisiturus.» (Ib.)

—Disposuit aliquid S. Syn. erga Pont. electionem?

R. Neg. Unde hac in parte sequitur jus antiquum a Concilio Lugdunensi (1274) usque ad nostra tempora protractum, quamvis á Pont. Max. sæc. XVI et XVII temperatum.

—Qui in Cathedralibus Hispaniæ Cardinales vocabantur?

R. Ante novam convent. anni 1851, septem canonici presbyteri Cardinalium titulo donabantur in Cathedralibus Compostellana et Auriensi.

LECTIO VI.

DE CONGREGATIONIBUS S. R. E.

—Quænam sunt Romanæ Congregationes?

R. Præter Consistorialem sunt sequentes:

1.ª Inquisitionis, quæ præcellentior censetur, a Paulo III, 1542, instaurata et a Sixto V, 1588.

2.ª Indicis, ad proscribendum perniciosos libros, a Sixto V pariter erecta.

3.ª Concilii Tridentini interpretum, a Pio IV et Pio V.

4.ª Rituum, á Sixto V, 1587.

5.ª Episcoporum et Regularium, a Gregorio XIII y Sixto V, versus 1584 vel 86.

6.ª De propaganda Fide a Gregorio XV, 1622.

7.ª Immunitatis Ecclesiasticæ ab Urb. VIII, 1624.

8.ª Indulgentiarum a Clemente IX, 1669.

9.ª Super residentia ab Urbano VIII: non est periodica.

10.ª Super negotiis ecclesiasticis, a Pio VII, 1814, quæ ad Status negotia, Concordata et alia, VIII Cardinalibus constat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

11.ª De statu Regularium: a Pio IX, 1847, immutata aliquantum Congregatione *Super disciplina Regulari*. Hæc vero a Clemente IX an. 1668 creata fuerat.

—Quæ Congregationes Tridentinæ dici possent?

1.ª Consistorialis. 2.ª Inquisitionis. 3.ª Indicis. 4.ª Interpretum. 5.ª Rituum. 6.ª Indulgentiarum.

—Quid Tridentinum de Consistoriali?

R. Vid. Sess. XXIV cap. 1.° deinceps citandam, cum de de Episcoporum electione. (Infra lect. XIII).

—Quid de Congregatione Indicis.

R. Sess. XVIII, cap. unico, Concilium hæc habet. «Cum omnium-primum animadverterit suspectorum ac perniciosorum librorum, quibus doctrina impura continetur, et longe lateque diffunditur, numerum nimis excrevisse; quod quidem in causa fuit, ut multæ censuræ in variis provinciis, et præsertim in alma urbe Roma, pio quodam zelo editæ fuerint; neque tamen huic tam magno, ac pernicioso morbo salutarem ullam profuisse medicinam; censuit, ut delecti ad hanc disquisitionem Patres de censuris, librisque, quid facto opus esset, diligenter considerarent, atque etiam ad eamdem sanctam Synodum suo tempore referrent.»

—Concilium hoc negotium finivit?

R. N. Quin imo hoc finiendum Rom. Pont. reliquit, his verbis: «Sacrosancta Synodus in secunda sessione, sub Sanctisimo Domino nostro Pio IV celebrata, delectis quibusdam Patribus commisit, ut de variis censuris ac libris, vel suspectis vel perniciosis, quid facto opus esset, considerarent; atque ad ipsam sanctam Synodum referrent: audiens nunc, huic operi ab eis extremam manum impositam esse; nec tamen, ob librorum varietatem et multitudinem possit distincte et commode a sancta Synodo dijudicari; præcipit, ut quidquid ab illis præstitum est, sanctissimo Romano Pontifici exhibeatur: ut ejus judicio atque auctoritate terminetur, et evulgetur. Idemque de Catechismo á Patribus, quibus illud mandatum fuerat, et de Missali, et Breviario fieri mandat.» (Sess. XXV in continuat. versus finem.)

—Quid de Concilii interpretatione?

R. Pius IV in Confirmationis Bulla, quæ ideo Concilii pars, et quidem maxima est, sic ait. «Ad vitandum præterea

perversionem et confussionem, quæ oriri posset, si unicuique liceret, prout ei liberet, in decreta Concilii commentarios et interpretationes suas edere, Apostolica auctoritate inhibemus, tam ecclesiasticis personis, cujuscumque sint ordinis conditionis et gradus, quam laicis, quocumque honore ac potestate præditis; prælatis quidem sub interdicti ingressus ecclesiæ, aliis vero quicumque fuerint, sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis; ne quis sine auctoritate nostra audeat ullos commentarios, glossas, annotationes, scholia, ullumve omnino interpretationis genus super ipsius Concilii decretis quocumque modo edere, aut quidquam quocumque nomine, etiam sub prætextu majoris decretorum corroborationis, aut executionis, aliove quæsito colore, statuere.» Mt.

—«Si cui vero in eis aliquid obscurius dictum, et statutum fuisse; eamque ob causam interpretatione aut decissione aliqua egere visum fuerit?»

R. «Ascendat ad locum, quem Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apostolicam, omnium fidelium magistram, cujus auctoritatem etiam ipsa Sancta Synodus tam reverenter agnovit.» (Ib.) Mt.

—Quid si aliter actum fuerit?

R. «Decernentes nihilominus irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.» (Ib.) Mt.

—Quid insuper Pius IV ad strictiorem Concilii observantiam?

R. Motu proprio edidit Constitutionem, in qua hæc continentur: «*Alias Nos* nonnullas constitutiones, et ordinationes, reformationem majoris Pœnitentiarii, ac sacræ Pœnitentiariæ nostræ, ac Vicarii nostri, ac ejus officii, nec non Camerarii, et Cameræ Apostolicæ, ac illius causarum Auditoris, nec non Palatii Apostolici causarum Auditorum, ac Gubernatoris, et Capitolinæ curiarum, et Contradictarum, aliorumque almæ Urbis nostræ, ac Romanæ Curiæ tribunalium, et officiorum concernentes, edidimus: quæ tamen (ut intelleximus) ab eorumdem officiorum, et tribunalium præfectis, ac officialibus minus diligenter observantur. Cum autem enixæ nostræ voluntatis sit, ut illa, et

pariter decreta sacri Concilii Tridentini, in his, quæ ad eorum officia spectant, ab eisdem omnino observentur...»

—Quid ad eorum executionem?

R. Congregationem octo Cardinalium ibi nominatorum instituit, «Considerans parum esse jura condere, nisi sint, qui ea executioni demandari faciant, qui quidem decreta Concilii etiam sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis officiorum, et aliis eisdem Cardinalibus bene visis, etiam pecuniarum eo ipso incurrendis pœnis, firmiter observari faciant, et cum effectu.» (Ib.)

—Quid tamen «si in executione dictorum decretorum Concilii aliqua dubietas aut difficultas emerserit?»

R. Hoc casu, ait, «ad Nos referant, invocato, etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis; ac eos, qui litteris, et decretis prædictis, et eorumdem Cardinalium mandatis non paruerint, ex nunc, prout ex eadem die, et e contra, illorum officiis privatos, nec non ad illa, et alia Romanæ curiæ officia in posterum obtinenda inhabiles » (Ib.) Mt.

—Quid de Indulgentiarum Congregatione?

R. Sess. XXV versus finem, cum veras Indulgentias a falsis et perniciosis secernere vellet, præcepit omnibus Episcopis, «ut diligenter quisque hujusmodi abusus Ecclesiæ suæ colligat, eosque in prima Synodo provinciali referat: ut aliorum quoque Episcoporum sententia cogniti, statim ad Summum Romanum Pontificem deferantur, cujus auctoritate et prudentia, quod Universali Ecclesia expediet, statuatur; ut ita sanctarum Indulgentiarum munus pie, sancte et incorrupte omnibus fidelibus dispensetur.»

—Quid de Congregatione Rituum?

R. Sess. XXV cap. præliminari, cum de invocatione et veneratione Sanctorum, hæc in fine habet. «Quod si aliquis dubius aut difficilis abusus sit extirpandus; vel omnino aliqua de iis rebus gravior quæstio incidat: Episcopus, antequam controversiam dirimat, Metropolitani et comprovincialium Episcoporum in Conciiio provinciali sententiam expectet; ita tamen; ut nihil, inconsulto sanctissimo Romano Pontifice, novum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernatur.» Mt.

Harum Congregationum auctoritatem et procedendi modum, quin etiam et commisionum ac Tribunalium intra Romanam Curiam suis in locis pro materiarum et lectionum necessitate reperies (1).

LECTIO VII.

DE LEGATIS APOSTOLICIS, NUNTIATURIS, ET ROTÆ, APUD NOS TRIBUNALI.

—Quis dicitur Legatus?

R. Prælatus qui ex commissione Apostolica Romanam Sedem in aliqua particulari Ecclesia representat.

—Quotuplices sunt?

R. 1.° Nati, Missi a latere, et Nuntii.
2.° Delegati et Ablegati.
3.° Vicarii Apostolici, Commisarii Ap. et Præfecti Apostolici.
4.° Protonotarii participantes, et ad instar participantium.

—Qui dicebantur Nati?

R. Qui Romanam Ecclesiam in aliqua nobiliori Ecclesia, ex antiqua disciplina, constanter representabant?

His postea Primates succeserunt.

—Fuerunt tales Legati nati in Hispania?

R. Dubium est; siquidem Vicariatus Apostolici concessi Hispalensibus Metropolitanis, et aliis, personales censentur, non perpetui, nec omnibus, nec ratione Sedis; quæ quidem omnia ad Legationem natam requiri videntur (1).

—Qui dicuntur Delegati?

R. Qui uni tantum, vel aliquibus, sed determinatis negotiis juditialiter congnoscendis commissionem habet. Talis

---

(1) Vid. pretiosum opus *De Curia Romana* a claro viro Ab. D. Bouix, in quo multa et nova hac de re inveniuntur.

(1) Ab anno 467 ad 521 missæ fuerunt Epistolæ Zenoni Hispalensi, a S. Simplicio Papa; Joanni Tarraconensi (alias Illicitano) a S. Hormisda, an. 517; Sallustio Hispalensi ab eodem Papa, an. 521, qui in Hispania fuerunt Vicarii Sanctæ Sedis. Sed eorum munia potius negativa quam positiva erant, nempe ut vitarent errores et excessus bizantinorum et gotthorum in Hispania degentium. Demum Greg. M. Divo Leandro Hispalensi pallium missit.

in Hispania percelebris Joannes Defensor, a Divo Greg. M. missus, datis litteris ad sedandas lites inter Episcopos Bæticos sub ditione Bizantinorum inter se contendentium.

—Qui dicuntur *á latere*?

R. Qui dignitate Cardinalitia fulgent, ideoque jure communi magnis privilegiis aucti. Hodie vero parum in usu.

Hi autem jam in antiqua disciplina noti erant, nam Sardicensis Syn. ait: «Si Episcopus a suis provincialibus condemnatus reprehensione sua moverit Episcopum Romanum *ut de latere suo presbiterum mittat*, erit in potestate Episcopi quid velit, et quid æstimet.»

Hoc vero notissimo canone et Legationes Apostolicæ et appellationes ad Romanam Sedem non invectæ sed sancitæ, et confirmatæ sunt.

—Qui dicuntur Nuntii?

R. Succeserunt antiquis responsalibus et apocrisiariis, qui apud Bizantinos imperatores Romanam Sedem in politicis, et etiam in ecclesiasticis representabant (1). Hinc hodierni Nuntii et canonicum et diplomaticum munus exerceant; eorum vero munera datis litteris ampliantur vel restringuntur. In catholicis regionibus consulari corpori præsunt.

—Quotuplices sunt Nuntii?

R. Primi et secundi ordinis, quin etiam si Cardinales non sint, sed tamen ampla illis jura committantur, dicuntur Nuntii missi cum potestate Legatorum a latere.

—Quid Tridentinum Concilium de Legatis et Nuntiis?

R. Fere nihil hac de re, integrum enim negotium Rom. Pont, prouti decebat, reliquit; attamen aliquas prohibitiones illis imposuit, præsertim ut non agnoscerent in prima instantia in præjuditium ordinariorum, qua lege derogatum est quod jure communi inductum erat?

—Quænam Concilii verba?

(1) Imperator Constantinus Pogonatus Leoni II dicebat. anno 682. «Ut quam primum mittat quem designare solet apocrysiarium... et in emergentibus sive dogmaticis, sive canonicis, ac prorsus in ecclesiasticis omnibus negotiis vestræ Sanctitatis referat personam.» (Hard. col. Concil. t. 3.° col. 1463) S. Gregorius M. apocrysiarii apud Constantinopolim munus egit.

R. «Legati quoque, etiam de latere, Nuntii, Gubernatores Ecclesiastici, aut alii, quarumcumque facultatum vigore, non solum Episcopos in prædictis causis impedire, aut aliquo modo eorum jurisdictionem iis præripere aut turbare non præsumant; sed nec etiam contra Clericos, aliasve personas Ecclesiasticas, nisi Episcopo prius requisito, eoque negligente, procedant: alias eorum processus ordinationesve nullius momenti sint, atque ad damni satisfactionem partibus illati, teneantur.» (Sess. XXIV, cap. 20). Mt.

—Quid amplius de appellationibus?

R. «Legati, et Nuntii Apostolici, Patriarchæ, Primates, et Metropolitani in appellationibus ad eos interpositis, in quibusvis causis, tam in admittendis appellationibus, quam in concedendis inhibitionibus post appellationem, servare teneantur formam et tenorem sacrarum Constitutionum, et præsertim Innocentii IV, quæ incipit: *Romana*: quacumque consuetudine, etiam immemorabili, aut stylo, vel privilegio, in contrarium non obstantibus: aliter inhibitiones et processus, et inde secuta quæcumque, sint ipso jure nulla.» (Sess. XXII, cap. VII). Mt.

—Quando inductum in Hispania Nuntii munus?

R. Sæculo XV, anno vero 1476, jam erat in Castella Nicolaus Francus, cum *Nuntii nomine*, et jurisdictione, saltem gratiosa; et paulo post Canonicus Ortiz Toletanus, qui celebre nosocomium pro dementibus curandis fundavit, vulgariter vocatum *el Nuncio*.

—Quando cœpit Tribunal fixum et permanens habere?

R. Dubium est: dicitur tamen versus annum 1528 (1) et rogante Imp. Carolo V, ut causæ ad Sanctam Sedem appellatæ in Hispania finirentur.

—Quid hac de re in Romana Rota?

R. Ad cognitionem causarum duo Capellani Pontifitii, seu Rotæ auditores, a sæculo XIII inducebantur, qui Hispanica Jura callerent, unde unus ex Aragoniæ partibus, pro regionibus *foralibus*, alter pro Castellæ lingua inducebar-

(1) Ita Macanaz, cujus testimonia non facile credenda sunt. Primus vero Nuntius cum Tribunali dicitur Joannes Poggius, a Card. Pallavicini in Hist. Concilii frequenter citatus.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tur. Inter primos computatur Sanctus Raimundus á Pennafort, Decretalium celebris compillator, et Gregorii IX Capellanus.

—Quando inductus fuit qui in Hispanicæ Nuntiaturæ regimine viget hodiedum ordo?

R. Tam pro dispensationibus, quam pro negotiorum expediendorum cursu, facta fuit concordia, anno 1640, inter Nuntium D. Cæsarem Fachenetti, Urbani VIII nepotem, et Hispanum Gubernium, quam in Noviss. Recop. libro III tit. 4.°, lege vero 2.ª reperies.

—Quando inductum Rotæ Tribunal in Hispania?

R. A Clemente XIV, Brevi dato anno 1773, die vero 26 Martii, quod litteraliter insertum in lege 1.ª, tit. V, libr. II. Noviss. Recopil. reperies.

—Quibus Auditoribus constat?

R. Sex numerarii sunt, duo supernumerarii, quibus acceserunt Fiscalis, Abreviator, et Auditor, qui Assesor Nuntii est. Judices a Rege eliguntur, et a Rom. Pont. approbantur et confirmantur: alios Pont. nominat, et Rex probat.

—Qui antea ad hoc tribunal sæculo præsertim XVII vocabantur.

R. Protonotarii Apostolici, qui a Nuntio eligebantur ut illis causarum cognitio commiterentur.

—Qui dicuntur Protonotarii apostolici?

R. Clerici qui ad graviores Ecclesiæ causas notariorum titulo a Romano Pont. decorantur. Hi a S. Clemente I inducti dicuntur.

—Quænam eorum species?

R. *Participantes* dicuntur qui in Romana ipsa Curia et officio et dignitate gaudent, unde emolumentis fruuntur.

Ad instar participantium, qui honoribus, non offitio nec emolumentis donantur.

Titulares vero nec offitium nec dignitatem habent, sed tantum causarum commissiones (1).

(1) De his omnibus vide citatum opus Ab. D. Bouix, de Curia Romana.

LECTIO VIII.

DE PATRIARCHIS, PRIMATIBUS ET NATIONALIBUS CONCILIIS.

—Quis dicitur Patriarcha?

R. Episcopus qui in Diœcesi plures ecclesias privatas seu nationales continente præest.

—Quid in antiqua disciplina Diœcesis nomine intelligebatur?

R. Plurium nationum collectio sub uno capite, qui in ecclesiasticis Patriarcha dicebatur.

—Quænam primæ Patriarchales Sedes?

R. Tres tantum a Divo Petro fundatæ. Antiochena, in qua septem annis, Alexandrina per Marcum discipulum a se missum, et Romana, in qua demum ipse, juxta catholicam et inconcusam traditionem, Sedem non ammovendam fixit (1).

Hierosolymitana etiam ab ipso Petro primum breve per tempus recta.

—Quænam medio ævo Patriarchales Sedes?

R. Romana, non Patriarchalis tantum, sed *Suprema* dignitate a primævis temporibus ornata, Patriarchalis nominari non consuevit: Antiochenæ et Alexandrinæ accesit Constantinopolitana, potius Imperatorum ambitu quam Pontificum spontanea voluntate, nam ex ejus elationes plura mala conjectabant. Postea vero accesit etiam Hierosolimytana, quæ vix Metropolitana erat.

—Quid jus commune de Patriarchali dignitate?

R. Sancta Romana Ecclesia, ut pote mater et magistra omnium ecclesiarum, quatuor Patriarchales Sedes instituit inter quas post ipsam Romanam Ecclesiam Constantinopolitanam primum, Alexandrinam secundum, Antiochenam

(1) Cum multi sint Apostoli pro ipso tamen Principatu solius Principis Apostolorum Sedes in auctoritate convaluit. quæ in tribus locis unius est etc. (Sanctus Gregor. Magnus, Epistolarum lib. VII Ep. XI).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tertium, Hierosolimitanam quartum locum obtinere voluit, ipsasque multis privilegiis decoravit (1).

Ergo ex voluntate Pontif. dignitas Patriarchalis pendet.

—Quid Concilium Tridentinum de Patriarchali dignitate?

R. Fere nihil: eam agnovit sed non auxit, quin imo potius restrinxit. «Declarat Sancta Synodus omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis ac Cathedralibus ecclesiis quibuscumque, quocumque nomine et titulo præfectos, etiamsi Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia vel Diœcesi residentiam.» (Sess. XXIII, cap. 1.°) (2).

—Sunt ergo ipsis aliqua jura?

R. Neg. Sed meri tituli et honores tantum, excepto Hierosolymitano, cui, novissimis hisce temporibus, reddita est jurisdictio, nam in sua Sede hodie residentiam habet.

—Sunt alii quoque orientales Patriarchæ?

R. Tres sunt Patriarchæ Antiocheni: alius pro Melchitis, alius pro Maronitis, alter vero qui dicitur Syrorum: tres autem hi orthodoxi sunt, et S. Sedi submissi, de schismaticis enim loqui supervacaneum longumque foret.

—Quinam in novissima disciplina additi Patriarchatus?

R. Aquileensis, hodie Venetensis, Ulyssiponensis, quin etiam Patriarchatus Indiarum occidentalium. Hic in Hispania degit, et titularis tantum est, cum prohibitione transfretandi in Indias, sub pœna excommunicationis majoris, et in mero tantum honore consistit.

—Hi Patriarchatus æquiparantur quatuor majoribus et antiquis?

R. In stilo Curiæ appellantur Patriarchæ minorum gentium.

—Quis dicitur Primas?

---

(1) Extrav. communes Cap. Sancta Rom. Eccles. de electione, lib. 1.°

(2) Eorum etiam obligationes habentur cum de Metropolit. Sess. XXII, cap. 7, et Sess. XXIV, cap. 3.° Sess. XXIII, cap. 18, cum de Seminarii erectione.

R. Metropolitanus qui aliis Metropolitanis in privata Ecclesia nationali præest (1).

—Quænam est Primatus origo?

R. Primates in antiqua disciplina dicebantur Metropolitani. Origo tamen juris Pontificii est.

—Quid Primates medio ævo?

R. Eorum dignitas Patriarchali æquiparata est.

Pontifex Martinus V in Bulla ad Archiep. D. Joannem Contreras Toletanum Primatem, eum his verbis in exordio alloquitur: «Cum dignitas Patriarchalis nihil aliud sit quam dignitas Primatialis.»

—Quis in Hispaniæ ecclesia Primas?

R. A sæculo VII labente, et præsertim a Toletano XII. Nationali Concilio, Primatus Hisp. penes Toletanum Antistitem est.

—Quænam illius origo?

R. Præsertim a temporibus Regis Wambæ, cum Toletum magnis fuit ædibus et honoribus aucta, tunc enim illa civitas *Urbs Regia* vocari cœpit.

—Quodnam primum vestigium?

R. Jus assistendi Regi in Episcoporum electione, quod quidem in Concilio XII, Canone VI, sancitum est, his verbis: «Placuit omnibus Pontificibus Hispaniæ, ut salvo privilegio uniuscujusque provinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici quoscumque Regalis potestas elegerit, et jam dicti Toletani Episcopi juditio dignos esse probaverit, in quibuslibet provintiis, in præcedentium sedibus præficere Præsules, et decedentibus Episcopis eligere succesores.» Mt.

—Quid de Primatu Hispaniensi medio ævo?

R. Calixtus II post varias lites inter Tarraconensem, Hispalensem, Bracharensem et Compostellanum, contra Toletanum Antistitem, huic rescribit:—*Te itaque Hispaniarum præsules Primatem respiciant.*

Non tamen inde sedatæ lites.

—Quid Tridentinum Concilium de Primatibus?

---

(2) Primado tanto quiere decir como Primero despues del Papa; e essa mesma dignidad tiene que Patriarca, como quiera que los nomes fuessen departidos. Partida 1.ª, ley 9, tit. 5.°

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Eorum existentiam agnovit, capite supra citato, jura tamen nulla indixit, unde in novissima disciplina fere honorarius titulus tantum est, nulla enim jurisdictione donantur.

—Quænam eorum munia in novissima discipl.?

R. 1.° Concilium Nationale indicere, si celebrandum foret.

2.° Primum locum in Ecclesia nationali habere.

3.° Nomine aliorum loqui, sed commissione data.

—Quænam in Hispania Toletani Primatis munia et honores?

R. 1.° Ex Convent. noviss., in qua primus inter omnes nominatur, majorem pensionem habet.

2.° In politicis et Regalibus functionibus, quum Reges non prout catholici sed prout Reges agunt, illi Pontificalia exercent: v. g. in actu Coronationis, hic enim non parochialis sed nationalis est.

3.° In politicis fiunt primati honores uti supremo militiæ armatæ gradui debito.

4.° In Beneficentiæ Nationalis Supremo Consilio uti Vicepræses primus habetur.

5.° Commissarii generalis ad Sanctæ Cruciatæ Bullam indicendam et explicandam munia explet.

—Quænam Commissarii generalis munia et privilegia?

R. Videatur summarium, quod annuatim publicatur. Hæc vero privilegia non Primatialia sed adventitia sunt.

—Prima Concilia Nationalia Hispana celebrata fuere a Primatibus?

R. N. Sed sub præsidentia et directione antiquioris Metropolitani.

—Quænam hæc Concilia fuere?

R. Plura habita sunt a sæculo IV usque ad XII inclusive. Inter ea nobiliora sunt,

Illiberitanum versus sæculi IV initium, anno 300-302, juxta potiores conjecturas.

Cæsaraugustanum I, anno 380, contra Priscillianistas.

Toletanum I, anno 400, et III, anno 589, in quo Reccaredus Rex Arrianam sectam ejuravit.

Toletanum IV, anno 633, præside Divo Isidoro Hispal.

Toletanum XII, nuper citatum, anno 681, et XVIII Toletanum etiam, tempore Witizæ.

Denique Concilium Cojacense, (*de Coyanza*) anno 1050, á pientissimo Ferdinando I. Legionis Rege vocato.

—Hæ autem Toletanæ Synodus, assistente Rege ut plurimum habitæ, erant Concilia vel Comitia?

R. Magno æstu hac de re disputatum; sed quidquid de politica significatione dicatur, indubium est fuisse Concilia legitima, eorumque sanctiones in Hispania *Nomo canones* censeri debent, saltem pro temporibus in quibus conditi fuerunt.

—Possunt hodiedum celebrari Nationalia Concilia?

R. Tridentinum provincialia et diœcesana Concilia periodice celebranda decrevit, nihil vero de nationalibus sancivit, nec de illis verbum quidem protulit. Attamen nullam legem prohibitivam seu negativam induxit, unde potius juste ommissa dicenda sunt.

—Quænam justæ hujus ommissionis causæ?

R. Magnum periculum eorum, præ nimia aliquarum civilium potestatum oppressione, uti in nationalibus apud Parissium Conciliis, Napoleonis tempore, quæ male a Catholicis audiunt; aliud enim est tuba imperialis, aliud vox Spiritus Sancti.

LECTIO IX.

DE METROPOLITANIS, ET ANTIQUIORI EPISCOPO.

—Quis dicitur Metropolitanus?

R. Episcopus in Ecclesia provinciæ Ecclesiasticæ capite constitutus, qui, ex institutione Canonica et Pontificia, Episcopis suis suffraganeis præest.

—Quæ hujus dignitatis origo?

R. Non juris Divini, nihil enim de ea in Sacris libris, sed in jure Divino aliquod fundamentum habet; Paulus enim reliquit Titum Ecclesiæ Cretensis præsulem, ut constitueret alios Episcopos, et pariter in Asia: quin Apostoli

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ipsi et Paulus viventes aliquam superioritatem super electos suos habebant, unde Metropolitica institutio Apostolicæ institutionis originarie dici potest, non vero Divinæ.

—Quænam suorum jurium origo?

R. Ex institutione Pontificia, cum enim mortuis Apostolis omnes Episcopi pari dignitate gauderent, solius Rom. Pont. erat illa amplificare vel restringere. Attamen primis temporibus potius jure consuetudinario inducta erant, cum Romani Pontifices disciplinæ uniformitati parum intendere possent, doctrinæ potius intenti et persecutionibus impediti.

—Quot erant in antiqua disciplina ipsorum jura?

R. 1.° Episcopos suffraganeos confirmare et consecrare.

2.° Dare litteras formatas Episcopis, qui absendi necessitatem haberent.

3.° Appellationes admittere.

4.° Negligentiam supplere.

5.° Contentiones inter suffraganeos breviter finire, si exigui essent momenti.

6.° Paschatis celebrationem indicere.

—Quænam sunt hodiedum Metropolitanorum jura?

R. 1.° Appellationes a suffraganeorum sententis admittere, quod jus appellationum dicitur.

2.° Negligentiam in administratione supplere, quod jus devolutum, seu jus devolutionis.

3.° Ad residentiam suffraganeos compellere.

4.° Concilium provinciale, convocare, præsidere et dirigere.

5.° Regulares parochias visitare tamquam Apost. Sedis Delegati.

6.° Suæ dignitatis insignia gestare.

7.° Primos in Ecclesiastica provintia honores habere, et illius representationem gerere.

8.° Judicare causas minores Episcoporum in Concilio.

9.° Congregationes regularium erigere.

—Quænam circa jus appellationis Tridentini verba?

R. Jam dicta sunt in Lect. II *De Legatis*, ex Sess. 22. cap. VII. «Legati et Nuntii» etc.

—Quibus in casibus negligentiam supplent?

R. 1.° In beneficiorum provissione.

2.° In Vicarii Capitularis electione.

3.° In Diœcesis visitatione.

4.° In Seminarii Conciliaris erectione.

5.° In visitatione parochiarum Diœcesis nullius alicui monasterio subditis. De quibus omnibus suis locis latius dicetur.

—Quænam sunt in collatione benefitii devoluti Metropolitica jura?

R. Hoc non jure Tridentino sancitur, sed jure Decretalium, juxta Clementinam nempe de *supplenda negligentia prælatorum.*

—Quænam sunt in Vicarii Capitularis electione?

R. «Si secus factum fuerit ad Metropolitanum deputatio hujusmodi *devolvatur*.» (Sess XXIV, cap. 16.)

—Quænam Metropolitani in visitanda Diœcesi suffraganei negligentis jura et munia?

R. «A Metropolitanis vero, etiam post plene visitatam propriam diœcesim, non visitentur Cathedrales Ecclesiæ, neque diœceses suorum comprovincialium, nisi causa cognita et probata in Concilio provinciali.» (Sess. XXIV, cap. 3.°)

—Quæ in Seminarii conciliaris erectione?

R. «Quod si Cathedralium et aliarum majorum Ecclesiarum prælati in hac Seminarii erectione ejusque conservatione negligentes fuerint, ac suam portionem solvere detrectaverint; Episcopum Archiepiscopus, et Superiores Synodus provincialis acriter corripere, eosque ad omnia supradicta cogere debeat; et ut quamprimum hoc sanctum et pium opus, ubicumque fieri poterit, promoveatur, studiose curabit.» (Sess. XXIII, cap. 18.)

—Quid si Ecclesiæ in aliqua provincia magna paupertate laborent?

R. «Synodus provincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus Suffraganeis in Ecclesia Metropolitana, vel alia provinciæ Ecclesia commodiori, unum aut plura collegia, prout opportunum judicabit, ex fructibus duarum aut plurium Ecclesiarum, in quibus singulis collegium commode institui non potest, erigenda curabit, ubi pueri illarum Ecclesiarum educentur.» (Ib.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quodnam munus et jus Metropolitani contra suffraganeos non residentes?

R. «Metropolitanus Suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum vero absentem Suffraganeus Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ, eo ipso incurrenda, infra tres menses per litteras, seu nuntium Romano Pontifici denunciare teneatur: qui in ipsos absentes, prout cujusque major, aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ Sedis auctoritate animadvertere, et Ecclesiis ipsis de Pastoribus utilioribus providere poterit, sicut in Domino noverit salubriter expedire.» (Sess. V, cap. 1.°)

—Causæ absentiæ probari debent a Metropolitano?

R. Af. «Decernit eadem Sancta Synodus has legitimæ absentiæ causas a Beatissimo Romano Pontifice, aut a Metropolitano, vel eo absente, Suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit, in scriptis esse approbandas.» (Sess. XXIII, cap. 1.°)

—Excipitur aliquis casus?

R. Af. Prosequitur enim Concilium dicens: «Nisi cum absentia inciderit proter aliquod munus, et Reipub. officium, Episcopatibus adjunctum: cujus quoniam causæ sunt notoriæ, et interdum repentinæ, ne eas quidem significari Metropolitano necesse erit: ad eundem tamen cum Concilio Provinciali spectabit judicare de licentiis a se, vel a Suffraganeo datis; et videre, ne quis eo jure abutatur; et ut pœnis Canonicis errantes puniantur.» (Ib).

—Quid de Concilii provincialis celebratione?

R. Vide lectionem sequentem.

—Quid de Parochialibus Ecclesiis monasterio subditis si superiores negligentes hujus sint?

R. «Si quæ vero parochiales Ecclesiæ reperiantur subjectæ monasteriis in nulla diœcesi existentibus; si Abbates, et regulares Prælati in prædictis negligentes fuerint, a Metropolitanis, in quorum provinciis diœceses ipsæ sitæ sunt, tanquam, quoad hoc, Sedis Apostolicæ delegatis, compellantur. Neque hujus decreti executionem consuetudo, vel exemptio, aut appellatio aut reclamatio, sive recursus impedire valeat, quousque desuper a competenti judice, qui summarie et sola facti veritate inspecta procedat, cognitum, et decissum fuerit.» (Sess. V, cap. 2.)

—Quid vero in supplenda negligentia congregationum monasticarum?

R. Monasteria debent in congregationem coalescere: «Quod si in his negligentes fuerint, liceat Metropolitano, in cujus provintia prædicta monasteria sunt, tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, eos pro prædictis causis convocare.» (Sess. XXV de ref. Regul. cap. 8.)

—Quid de cognitione causarum criminalium contra Episcopos?

R. «Causæ criminales graviores contra Episcopos, etiam hæresis, quod absit, quæ depositione aut privatione dignæ sunt, ab ipso tantu Summo Romano Pontifice cognoscantur et terminentur.» (Sess. XXIV, cap. 5.)

—Quid faciendum si hujusmodi causa Romæ expediri vel prosequi faciliter non possit?

R. «Quod si ejusmodi sit causa, quæ necessario extra Romanam curiam sit committenda, nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis, aut Episcopis, a Beatissimo Papa eligendis.» (Ib.)

—Quænam in hac commissione explenda regulæ?

R. «Hæc vero commissio 1.° et specialis sit, 2.° et manu ipsius Sanctiss. Pontificis signata, 3.° nec unquam plus his tribuat, quam ut solam facti instructionem sumant, processumque conficiant, 4.° quem statim ad Romanum Pontificem transmittant.» (Ib.)

—Quæ sunt Metropolitanorum insignia?

R. Crux Archiepiscopalis et Pallium.

—Quid est Pallium?

R. Ornamentum Archiep. in antiqua disciplina splendidum et purpureum, hodie vero modestum insigne, et quasi scapularis formam habens, quod quidem vicariam Rom. Pont. dignitatem representat. Illud S. Leandro Hispalensi a S. Greg. M. missum fuit his verbis. «Præterea ex benedictione Beati Petri Apostolorum Principis pallium vobis transmissimus ab ad sola Missarum solemnia utendum. Quo transmiso valde debui qualiter vobis esset vivendum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

admonere. Sed locutionem supprimo quia verba moribus anteitis.»

Quid in hodierna disciplina Pallium?

R. Eamdem fere habet formam ac antiquum: ex lana conficitur, et a corpore Apostolorum in ipsorum vigilia assumitur (1). Hodie significat Metropoliticam institutionem ita ut ante ipsius receptionem Metropolitanus, etiam præconizatus, *electus* tantum in Metropolitanam dicitur. Sine pallio celebrare Pontificaliter nequit, nec Pontificalia exercere, quamvis alias Episcopus, vel alterius Ecclesiæ Metropolitanus extiterit. Illud non nisi inter Missarum solemnia, statis diebus, et in Ecclesiis sibi subditis gestat, quin etiam cum Metropolitani cadavere sepelitur.

—Archiepiscopus et Metropolitanus sunt verba synonima?

R. N. Metropolitanus enim provinciæ, præest, et Ecclesiam habet in Cathedrali Metropolis. Archiepiscopus autem potest esse titularis, vel donari titulo Archiepiscopali ad honorem quin provintiæ alicui præsit. Hinc omnes Metropolitani sunt Archiepiscopi, sed non omnes Archiepiscopi sunt Metropolitani.

—Antiquior Episcopus in veteri disciplina aliqua auctoritate pollebat?

R. Aff. Nam disciplina non in hac parte uniformis erat.

In orientali Ecclesia ut plurimum antiquior. In occidentali vero, non antiquitatis gratia, sed dignitate Urbis et Sedis Metropolitica jurisdictio dabatur.

—Quænam jure Tridentino antiquioris Episcopi munera?

R. 1.° Antiquior Episcopus, Metropolitano impedito, Concilium provinciale cogit, ut dicetur in lectione seq.

2.° Absente Episcopo absentiæ causas cognoscit, et judicat eas, ut supra dictum est.

3.° Capitulo Metropolitano negligente nominationem Vicarii capitularis Œconomum et Vicarium nominat, ut infra lectione de Vicario Capitulari dicetur.

---

(1) De ejus mistica signif. consule Ben. XIV.

LECTIO X.

DE METROPOLITANIS EX HISPANÆ ECCLESIÆ DISCIPLINA.

—Quid in nostra antiquiori disciplina de Metropolitanis?

R. In Canone LVIII Concilii Illiberitani hæc inveniuntur: «Placuit ut ubique, et maxime in eo loco *in quo prima Cathedra constituta est Episcopatus*, ut interrogentur hi qui communicatorias litteras tradunt an omnia rate habeant et suo testimonio comprobent.»

—Quis dicebatur Episcopus primæ Cathedræ?

R. Forsan Episcopus antiquior in consecratione; dubium est enim an tunc temporis Metropolitica Sedes fixa foret.

—Quo tempore Metropolitani nomen in Hispania invectum esse certo apparet?

R. Sæculo V, ut patet ex Epistola Hilarii Papæ ad Ascanium Tarraconensem, in quo hic jam Metropolitani titulo donatur; anno videlicet 465.

—Designatur aliquod jus Metropolitano illi?

R. Af. Ait enim Pontificis rescriptum: «Hoc autem primum juxta eorumdem Patrum regulas volumus custodiri, ut nullus præter notitia m atque consensum Fratris Ascanii *Metropolitani* aliquatenus consacretur Antistes.»

—Quænam ex his verbis inferes?

R. Primo *Dependentiam immediatam* Metropolitanorum Hispanorum a Rom. Pont.

2.° Discretionem juris quæ continetur in verbo *volumus*.

3.° Consuetudinem inconcussam recurrendi ad Sanctam Sedem in casibus inobedientiæ contra suffraganeos.

—Quot erant tunc Metropoliticæ Sedes in Hispania?

R. Quinque respondentes aliis civilibus provinciis, nempe, Tarraco in Tarraconensi provincia, Carthago nova in Carthaginensi, Emerita in Lusitania, Hispalis in Bætica, et Braccara in Gallæcia.

—Quid illius temporis Hispani Canones?

R. Tres reperiuntur in Concilio Tarraconensi 1.°, anno 516, de consecratione et convocatione ad Synodum provincialem.

—Quid de consecratione?

R. Canon V sic habet. «Si quis in Metropolitana civitate non fuerit Episcopus ordinatus, postea cum susceperit benedictionem per Metropolitani litteras honorem fuerit Episcopatum adeptus, id optimum esse decrevimus ut postmodum... impletis duobus mensibus, se Metropolitani sui repræsentet aspectibus, ut ab illo monitis Ecclesiasticis instructus, plenius quod observare debeat recognoscat.»

—Quod si forte neglexerit?»

R. Sequitur Canon: «In Synodo increpatus a fratribus corrigatur.»

—«Quod si forte infirmitate aliqua ne hoc impleat fuerit præpeditns?»

R. «Hæc suis litteris Metropolitano indicare procuret.»

—Hic Canon est tantum Hispanæ disciplinæ?

R. N. Sed juris communis medio ævo factus fuit, cum in Decreto compilatus apparuit, D. 65. *Si quis* etc., et undequaque acceptus.

—Quid alii duo Tarraconenses Canones?

R. Eos in lectione sequenti require, utpote de Concilio provinciali tractantes.

—Sunt alii de Metropolitana jurisdictione in nostra disciplina Canones?

R. Quam plures, inter quos notari debent qui in collectione Martini Braccarensis reperiuntur, de quibus infra cum de Episcopi consecratione, ubi etiam quæ in Concilio Toletano IV fuerunt sancita.

—Quid de præeminentia Episcopi eadem Martini Collectio habet?

R. «Per singulas provintias opportet Episcopum cognoscere primatum Metropolitani sui, et ipsum curam suscipere nihil autem agere cæteros Episcopos præter eum... Propter quod et Metropolitanus nihil sibi præsumptive adsumat absque consilio cæterorum.»

—Quænam cæterarum provinciarum origo?

R. Toletana Diœc. Metropolitica jura a Carthaginensi mutuavit, cum hæc Sedes a Vandalis pene diruta, anno 425, postea fuit a Byzantinis occupata, sæculo vero VII, facta Urbe Regia, Primatum obtinuit.

Compostellana ab Emerita Augusta, pene quoque diruta, privilegio Apostolico metropolim quoque provinciæ mutuavit, anno 1124.

Cæsaraugustana a Joanne XXII anno 1318.

Valentina, anno 1492, ab Inocentio VIII.

Granatensis quo tempore fuit a mauris vindicata, anno 1492.

Burgensis á Gregorio XIII, anno 1574.

Villisolletana demum in noviss. conventione, anno 1851.

—Quænam est hodierna divissio provinciarum?

R. Diœcesium distributio, in eo quod ad cujusque subjectionem suis Metropolitanis attinet, in art. VI citatæ Conventionis reperitur, quam ad calcem libri reperies, super vacaneum enim esset hic illam ex integro scribere.

—Quænam sunt in Hispania Metrop. Ecclesiæ?

R. Ex art. 5.° Convent. novem sunt, quæ non antiquitatis sed alphabeti ordine consignantur. «Attentis gravibus causis quæ id pro spirituali bono et majori fidelium commodo neccessarium et conveniens esse suadent, nova fiet in universa Peninsula et insulis adjacentibus Diœcesium divisio ac circunscriptio. Atque ideo:

Metropolitanæ quæ nunc sunt, Sedes Burgensis, Cæsaraugustana, Compostellana, Granatensis, Hispalensis, Toletana et Valentina conservabuntur, et ad hunc ipsum gradum Cathedralis Vallisoletana evehetur.»

Unde qualibet provincia, fere uniformi ordine, Metropolitana ecclesia et quinque vel sex suffraganeis constat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO XI.

DE PROVINCIALIBUS CONCILIIS.

—Quid est Concilium Provinciale?

R. Congregatio Canonica Episcoporum alicujus Ecclesiasticæ provinciæ et aliorum de jure asistentium, quos Metropolitanus vel ejus vices agens vocat et præsidet ad negotia communia illius provinciæ tractanda.

—Quænam sunt res de quibus in Prov. Concilio agendum est?

R. «Provincialia Concilia, sicubi omissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, aliisque ex sacris Canonibus permissis renoventur.» (Sess. XXIV, c. 2.)

—Quis debet hoc Concilium cogere?

R. «Metropolitani per se ipsos, seu, illis legitime impeditis Cœpiscopus antiquior, intra annum ad minus a fine præsentis Concilii, et deinde quolibet saltem triennio post octavam Paschæ Ressurrectionis Domini nostri Jesu Christi, seu alio commodiori tempore pro more Provinciæ, non prætermittat Synodum in Provincia sua cogere.» (Ib.)

—Quinam sunt convocandi?

R. «Episcopi omnes, et alii qui de jure vel consuetudine interesse debent, exceptis iis, quibus cum imminenti periculo transfretandum esset, convenire omnino teneantur.» (Ib.)

—Possunt extra casum cogi comprovinciales Episcopi?

R. Neg. «Nec Episcopi comprovinciales prætextu cujuslibet consuetudinis ad Metropolitanam Ecclesiam in posterum accedere inviti compellantur.» (Ib.)

—Quid de Episcopis exemptis?

R. «Itidem Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subjiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant, in cujus Synodo Provinciali cum aliis interesse debeant; et quæ ibi ordinata fuerint, observent, ac observari faciant. In

reliquis omnibus eorum exemptio, et privilegia salva atque integra maneant.» (Ib.)

—Sustulit hoc S. Syn. prælatorum exemptiones?

R. Neg. «In reliquis omnibus eorum exemptio et privilegia salva atque integra maneant.» (Ib.)

—Quinam in hoc casu in Hispania erant?

R. Episcopus Ovetensis, Legionensis, Abbas Alala-Regalensis, et Episcopi Priores ordinis Sti. Jacobi ap. Ucles et Stum. Marcum Legionensem, qui omnes exempti erant, et etiam alii Prælati inferiores.

Hodie Ovetensis ex novissimo Conc. Compostellanæ Prov. pars est, Legionensis vero Burgensi Metropolitanæ respondent.

—Quinam notantur illis verbis de *jure interesse debent*?

R. 1.° Capitula Canonicorum Ecci. Metropol. et Cathedralis.

2.° Abbates mitra donati et jurisdictionem in laicos habentes; qui non solum vocantur de jure sed coguntur interesse, cum eorum dignitas quasi Episcopalis sit, et patet ex dictis.

—Quo jure vocantur Capitula.

R. Ex deciss. lib. III, Decret. 2. cap. 10, De his quæ fiunt a Prælato etc., ubi Innoc. III sic ait: «*Visum fuit nobis et fratribus nostris, ut Capitula ipsa ad hujusmodi Concilia* (provincialia nempe de quibus agit) *debeant invitari et eorum nuntii ad tractatum admitti.*» Et ita decissum est á Sacra Congregat.: ideo capitula vocanda sunt, non vero cogenda.

—Quinam notantur illis verbis *vel consuetudine*?

R. 1.° Simplices Abbates, sive mitra donati, sive ipsa carentes, qui monasticam tantum jurisdictionem habent, sive titularem sive commendatam.

2.° Superiores ordinum mendicantium intra provinciam, qui ideo Provinciales dicebantur.

Ita moris et bonæ praxis in Hisp.

—Quænam sunt alia munia Provincialis Concilii?

R. Ex jure Tridentino. 1.° Tractare de forma examinis et inquisitionis ad eligendos Episcopos. (Sess. XXIV, cap. 1.)

2.° Permittere Metropolitano visitationem Diœcesis a suffraganeo non visitata. (Ib., cap. 3.)

3.° Cognoscere de tenuitate reddituum Ecclesiarum Cathedralium. (Ib. cap. 13.)

4.° Judicare de casibus et licentiis absentiæ a residentia, nequis eo jure abutatur. (Sess. XXIII, cap. 1.°)

5.° Denique examinare quæstiones emergentes circa ritus et indulgentias, juxta ea quod in lectione de Congregationibus S. R. E. dicta sunt. (V. supra. fol. 30.)

6.° Adimplere mandata Ss. v. la pag. 582

—Quid primo Concilio provinciali post Trid. celebrando injunxit eadem S. Syn.?

R. «Cogit temporum calamitas, et invalescentium hæresum malitia, ut nihil sit prætermittendum, quod ad populorum ædificationem, et Catholicæ fidei præsidium videatur posse pertinere, præcipit igitur sancta Synodus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, et omnibus aliis, qui de jure vel consuetudine in Concilio provinciali interesse debent, ut in ipsa prima Synodo provinciali, post finem præsentis Concilii habenda, ea omnia et singula, quæ ab hac sancta Synodo definita et statuta sunt, palam recipiant; nec non veram obedientiam Summo Romano Pontifici spondeant et profiteantur; simulque hæreses omnes, a sacris Canonibus et generalibus Conciliis, præsertimque ab hac eadem Synodo damnatas, publice detestentur et anathematizent.» (Sess. XXV, cap. 2.)

—Hæc dispositio erat transitoria et tantum pro illis temporibus?

R. N. Subjungit enim. «Idemque in posterum quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos Episcoposque promovendi, in prima Synodo provinciali, in qua ipsi interfuerint, omnino observent. Quod si quis ex supradictis omnibus, quod absit, renuerit; Episcopi comprovinciales statim Summum Romanum Pontificem admonere sub pœna Divinæ indignationis teneantur.» (Ib.)

—Possunt alii vocari ad Concilium?

R. 1.° Ex praxi vocabantur procuratores Capitulorum Collegialium, sed non ex jure.

2.° Priores conventuales aliqui spectabiles.

3.° Theologi et Juris Canonici periti, sed Clerici, præ-

sertim qui in Universitatibus majoribus eminebant (1).

—Possunt etiam laici his Conciliis assistere?

R. Af. Si ita ferat consuetudo. Monet tamen Episcopos Bened. XIV de Syn. Dixc. lib. 3, cap. 9, caute in hoc se gerere: «*ne quod ab initio bonæ voluntatis et urbanitatis fuit tractu temporis fiat necessitas.*»

—Possunt admitti in Conciliis provincialibus pro Reges, seu Regii Legati aut Commissarii?

R. N. Expresse enim prohibitum fuit a S. Pio V, et in aliis Sacræ Congreg. decissionibus vetitum, unde magnæ in Hisp. et extra Hisp. lites obortæ, præsertim tempore Philipi II, occasione celebrationis Concilii Tolet., anni 1582, de cujus validitate adhuc sub judice lis est.

—Quænam pro assistentia sæcularium Legatorum?

R. 1.° Jure Majestatico nulla congregatio fieri potest in Statu, Rege inconsulto et contra illius voluntatem.

2.° In Conciliis provintialibus judicantur negotia mixti fori, quæ inconsulto Rege resolvi nequeunt.

3.° Ex injustis hac de re deliberationibus contra leges mala sequebantur aliquando et rebelliones.

4.° Jure consuetudinario Reges præscriptionem habebant assistendi his et etiam nationalibus Synodis.

Attamen e contra his argumentis respondetur breviter hoc axiomate, in scholis tritisimo, *distingue tempora et concordabis jura.*

—Concilii provincialis celebratio ad mentem Tridentini hodiedum dessueta est?

R. Neg. Concilium enim expresse vetuit ommissionem eorum pro legitima causa haberi, his verbis. «Provincialia Concilia sicubi ommissa sunt.»

2.° Vox *rennoventur* est imperativa, non mere potestativa.

3.° Non semel a Sancta Sede, quin etiam ab ipso Pio IX P. P. celebrari jussa sunt, uti fieri possit.

—Quænam ergo causæ hujus infrequentiæ?

---

(1) Compostellanis Conciliis apud Salmant. adstiterunt illius Univ. Professores, qui Regiis schedulis, et interesse et opem ferre a Philippo II jussi sunt.

R. Quamplures lites obortæ inter Metropolitanos et Episcopos eorumque Capitula Synodorum causa vel prætextu.

2.° Oppositio exemptorum qui ægre ea ferebant.

3.° Oppressio sæcularis potestatis, præsertim in Gallia et inter gallicanæ scholæ aseclas (1).

4.° Quæstio super Legatorum sæcularium assistentia et revissione statutorum a civili potestate.

5.° Doctrina aliquorum Juris Consultorum, sæculi XVII, qui ea parvi pendebant.

6.° Facilior recursus ad Sacras Congregationes pro casuum difficilium ressolutione.

—Quænam in Hispania praxis?

R. Concilia provintialia celebrata fuerunt in Tarraconensi provincia usque ad annum 1752, quo, sub Arch. Copons, Concilium celebratum fuit (2). Varia tamen erat disciplina circa præsentiam Legatorum, quæ adhuc sub judice est, ut patet ex conventione inter Sanctam Sedem ac Hispaniæ Gubernium (3), anno 1859 sancita.

—Quid de Concilii provincialis celebratione Hispanienses antiqui Canones?

R. Concilium Tarraconense primum, anno 516, Canone vero 6.°, hæc habet. «Si quis Episcopus commonitus a Metropolitano, ad synodum, nulla gravi intercedente necessitate corporali, venire contempserit, sicut statuta Patrum sanxerunt, usque ad futurum Concilium cunctorum Episcoporum communione privetur.»

—Hic Canon aliqua celebritate donatus fuit?

R. Af. Invenitur enim in Decretis, Dist. 18, *Si quis Ep.*

—Quid ulterius in eodem Concilio?

R. Canone XIII et ultimo dicitur: «Epistolæ tales per

(1) Ludovicus XIV abusive prohibuit Concilia provincialia celebrari in ditionibus suis, quin prius negotia pertractanda ipsi refferrentur: hæc una ex *libertatibus servilibus* gallicanorum.

(2) Vide Opus D. Ramiro et Tejada. Colecc. de Cánones, etc. tomo V.

(3) Art. 19. Asimismo declara que sobre la celebracion de Sínodos provinciales y sobre otros puntos árduos é importantes, se propone ponerse de acuerdo con la Santa Sede, consultando el mayor bien y esplendor de la Iglesia.

fratres a Metropolitano sunt dirigendæ, ut non solum a Cathedralibus ecclesiis presbyteri, verum etiam de Diœcessanis ad Concilium trahant, et aliquos de filiis ecclesiæ sæcularibus secum adducere debeant.»

—Quis methodus in Conciliorum Provincialium celebratione servatur.

R. Canon IV Concilii Toletani IV, de *celebratione Concilii*, adeo celebris est, ut adhuc in his piis cœtibus magna cum reverentia legatur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PARS SECUNDA.

De Episcopis et eorum Auxiliaribus, ubi de Jurisdictione ordinaria.

LECTIO XII.

DE EPISCOPIS.

—Episcopi sunt pars Ecclesiasticæ Hierarchiæ?

R. Af. Et quidem jure Divino. Concilium sic habet «Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, presbyteris, et ministris; anathema sit.» (Sess. XXIII, Can. 6). Mt.

—Sunt presbyteris superiores?

R. Af. Et quidem jure Divino, juxta validissimam et fere unanimem opinionem, quamvis Concilium eam definire noluerit. (1) «Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem; vel Ordines ab ipsis collatos sine populi, vel potestatis sæcularis consensu, aut vocatione, irritos esse, aut eos, qui nec ab Ecclesiastica, et Canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi et Sacramentorum ministros; anathema sit.» (Can. 7). Mt.

—Episcopi sunt Apostolorum succesores?

R. Af. «Proindeque Sacrosancta Synodus declarat, præter cæteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum sucesserunt, ad hunc hierarchicum ordinem

(1) V. Pallavicini, Historia Trid. Concilii, lib. 18, cap. 16, et sequentibus, ubi exponit quæstiones acriter agitatas ab Hispanis Episcopis.

præcipue pertinere; et positos sicut idem Apostolus ait, a Spiritu Sancto regere Ecclesiam Dei; eosque Presbyteris superiores esse.» (Sess. XXIII, cap. 4.°)

—Sunt eadem munia presbyterorum ac Episcoporum?

R. N. Ait enim S. Syn.: «Episcopos Sacramentum Confirmationis conferre; ministros Ecclesiæ ordinare; atque alia pleraque peragere ipsos posse; quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent.» (Ib). Mt.

—Quid Episcopi nomine significatur?

R. Episcopus a græco *Scopeos*, seu inspicere dicitur, ideoque idem sonat ac *inspector*, seu superintendens, dicturque ordinarius Ecclesiæ Magistratus, Apostolorum succesor, qui munere proprio et stabili in Ecclesiastica diœcesi præest, tamquam unicus pastor.

—Quomodo probatur Apostolica successio?

R. Verbis ipsius Dni. N. Jesu Christi: «Sicut missit me Pater et ego mitto vos, euntes ergo docete omnes gentes.» Et Apostolus Paulus (Actuum cap. XX, v. 28). «Attendite vobis, et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus *posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.*» Ideo ait Concilium positos ab Spiritu Sancto, ut supra dictum est.

—Episcopi habent jurisdictionem ordinariam?

R. Af. Habent enim territorium certis limitibus clausum, fixosque et determinatos in ea subditos, super quos fixam pariter ac propriam potestatem habent.

—Hæc jurisdictio originem habet immediate a Christo, vel a Rom. Pont.?

R. Hæc quæstio, potius Theologica quam Canonica, theoretica est, non practica neque disciplinæ propria, cumque Trid. Concilium eam intactam reliquerit, Theologis etiam plus quam Juris tironibus pariter relinquenda videtur.

—Quotuplex est Episcopi conceptus?

R. 1.° Respectu Ecclesiæ universalis in summissione et obedientia Rom. Pontificis, et in assistentia generalibus Conciliis ab eo convocatis.

2.° Respectu Ecclesiæ particularis, sive provincialis si suffraganeus sit, sive nationalis si Metropolitanus, et aliquam dependentiam habeat a Primate, saltem honorificam.

3.° Respectu suæ propriæ et peculiaris Diœcesis.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
FONDO UNIVERSITARIO
007361

—Quænam in hac ejus munia?

R. 1.° Doctoris. 2.° Pastoris. 3.° Judicis, ut dicetur infra cum de episcoporum officio. (Lect. XVI.)

—Episcopi sunt mere Apostolicæ Sedis delegati?

R. N. 1.° Quia tali casu non distinguerentur a Vicariis Apostolicis.

2.° Quia Concilium distinguit casus in quo Episcopi procedunt tamquam Apostolicæ Sedis delegati, ut dicetur quum de exemptionibus.

—Potest Episcopus duas Ecclesias cummulare?

R. N. Nec Ecclesia potest esse biceps, et duo capita seu duos Episcopos habere, nec Episcopus potest esse bigamus et duas Ecclesias habere.

—Quid hac de re Trid. Concilium?

R. «Nemo, quacumque etiam dignitate, gradu, aut præeminentia præfulgens, plures Metropolitanas, seu cathedrales ecclesias in titulum, sive commendam, aut alio quovis nomine, contra sacrorum canonum instituta, recipere, et simul retinere præsumat: cum valde felix sit ille censendus, cui unam ecclesiam bene, ac fructuose, et cum animarum sibi commissarum salute regere contigerit.» (Sess. VII, cap. 2.°)

—Erat ergo tunc temporis corruptela plures habendi ecclesias.

R. Af. Et quidem ex ambitu et avaritia, quin etiam in ecclesiarum pernitiem, ideo subjungit Concilium; «Qui autem plures ecclesias, contra præsentis decreti tenorem nunc detinent, una, quam maluerit, retenta, reliquas infra sex menses, si ad liberam Sedis Apostolicæ dispositionem pertineant; alias infra annum dimittere teneantur; alioquin ecclesiæ ipsæ, ultimo obtenta dumtaxat excepta, eo ipso vacare censeantur.» (Ib). Mt.

—Potest autem Episcopus alterius Diœcesis Administrator esse?

R. Af. Sed ex mandato Apostolico necessitatis causa vel utilitatis ergo.

LECTIO XIII.

NORMA PROCEDENDI AD CREATIONEM EPISCOPORUM.

—Interest valde Ecclesiæ Catholicæ Episcoporum electio?

R. «Si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus providenter scienterque curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque præposterum; multo magis elaborandum est, ut in electione ejus qui supra omnes gradus constituitur, non erretur.» (Sess. XXIV, cap. 1.°) Mt.

—Qua de causa talis regula datur?

R. «Nam totius familiæ Domini status et ordo nutabit, si, quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite.» (Ib.) Mt.

—Quid ergo hac de re statuit Trid. Synodus?

R. «Ut, cumprimum Ecclesia vacaverit, supplicationes ac preces publice privatimque habeantur, atque a Capitulo per civitatem, et diœcesim indicantur; quibus Clerus populusque bonum a Deo pastorem valeat impetrare.» (Ib.) Mt.

—Necessaria est ad electionem Episcopi populi, aut sæcularis potestatis præsentia et interventio?

R. N. «Docet insuper sacrosancta Synodus, in ordinatione Episcoporum, Sacerdotum, et cæterorum Ordinum, nec populi, nec cujusvis sæcularis potestatis, et magistratus consensum, sive vocationem, sive auctoritatem ita requiri, ut sine ea irrita sit ordinatio.» (Sess. XXIII, cap. 4.)

—Quid de his violentis et sæcularibus electionibus?

R. «Decernit, eos, qui tantummodo a populo, aut sæculari potestate ac magistratu vocati et instituti, ad hæc ministeria exercenda adscendunt; et qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiæ ministros, sed fures et latrones, per ostium non ingressos, habendos esse.» (Ib.) Mt.

—Attamen in antiqua disciplina populus eligebat?

R. N. Populus aderat ut testimonium ferret de eligendis; non vero nisi Clerus eligebat.

—Quo jure optimates vel Reges succeserunt populo?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. 1.° Jure representationis, si ita Canones, mores et leges ferrent.

2.° Vera et potiori ratione ad vitandas turbas et coactiones, quibus populi præsentia obnoxia erat.

—Jus representandi populum admitti potest omnino?

R. N. Nam hoc jure gaudent Principes quamvis infideles sint; attamen jus representandi populum catholicum non debet dari Principi hæretico vel infideli.

—Est idem electio ac præsentatio?

R. N. Electio fit a Capitulo, præsentatio vero a Patrono.

—Quo jure electio Episcoporum a Capitulis fiebat?

R. Jure communi seu Decretalium.

Concilium Lateran. II (generale X) jussit canone 28. «Obeuntibus sane Episcopis, quoniam ultra tres menses vacare ecclesias prohibent Patrum sanctiones, sub anathemate interdicimus ne Canonici a Sede Episcopali ab electione Episcoporum excludant religiosos viros.»

Concilium vero Lat. IV hoc negotium integrum Capitulis reliquit. Clemens IV speciali casu sibi provissionem reservavit, anno 1271; sed tamen Clemens V et Pontifices apud Avenionem, generali regula omnia beneficia majora Apostolicæ provissioni reservaverunt.

—Quid hac de re Trid. Syn. electoribus injungit?

R. «Omnes vero et singulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcumque jus, quacumque ratione, a Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, nihil in iis pro præsenti temporum ratione innovando, hortatur, et monet, ut in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, et populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, et Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoveri studeant.» (Sess. XXIV, cap. 1.) Mt.

—Peccant graviter qui relictis dignioribus dignos tantum eligunt.

R. Af. Sequitur enim S. Syn. dicens: «Eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, et Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint: et quos ex legitimo matrimonio natos, et vita,

ætate, doctrina, atque aliis omnibus qualitatibus præditos sciant, quæ juxta sacros Canones, et Tridentinæ hujus Synodi decreta requiruntur.» (Ib.) Mt.

—Quænam sunt hæc qualitates?

R. Quæ ex Concilio Toletano IV in lectione sequenti inserentur.

—Quænam sunt hæc decreta de quibus remissive loquitur S. Synodus?

R. Caput primum. Sess. VII, quodquidem sic ait: «Ad cathedralium ecclesiarum regimen nullus, nisi ex legitimo matrimonio natus, et ætate matura, gravitate morum, litterarumque scientia, juxta constitutionem Alexandri Tertii, quæ incipit, *Cum in cunctis*, in Concilio Lateranensi promulgatam, præditus assumatur (1).» Mt.

—Quid de Sacro ordine disposuerat S. Synodus?

R. «Quicumque posthac ad Ecclesias cathedrales erit assumendus, is non solum natalibus, ætate, moribns et vita ac aliis, quæ a sacris Canonibus requiruntur, plene sit præditus, verum etiam in sacro Ordine antea saltem sex mensium spatio, constitutus.» (Sess. XXII, cap. 2).

—Cui incumbit his de rebus probationes facere?

R. «Quarum rerum instructio, si ejus notitia nulla aut recens in Curia fuerit, a Sedis Apostolicæ Legatis, seu Nuntiis provintiarum, aut ejus Ordinario, eoque deficiente, a vicinioribus Ordinariis sumatur.» (Ib.)

—Quid de scientia eligendorum prælatorum subjungit?

R. «Scientia vero præter hæc ejusmodi polleat, ut muneris sibi injungendi necessitati possit satisfacere. Ideoque antea in Universitate studiorum Magister, sive Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel jure Canonico, merito sit promotus, aut publico alicujus Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur.» (Ib.) Mt.

—Quod si Regularis fuerit?

R. «A superioribus suæ Religionis similem fidem habeat.» (Ib.)

—Quomodo hæc probationes faciendæ?

R. «Prædicti autem omnes, unde instructio seu testi-

(1) Hanc constitutionem in appendicibus require.

ficatio erit sumenda, hæc fideliter, et gratis referre teneantur, alioquin eorum conscientias graviter oneratas esse scient; ac Deum et Superiores suos habebunt ultores.» (Ib.)

—Quid amplius ulteriusque disposuit?

R. Cap. 1.° Sess. XXIV, de Reform. sic habet: «Quoniam vero in sumendo de prædictis omnibus qualitatibus gravi, idoneoque bonorum, et doctorum virorum testimonio, non uniformis ratio ubique ex Nationum, Populorum, ac morum varietate potest adhiberi: mandat sancta Synodus, ut in Provinciali Synodo, per Metropolitanum habenda, præscribatur quibusque locis, et Provinciis propria examinis, seu inquisitionis, aut instructionis faciendæ forma, Sanctissimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eisdem locis utilis, atque opportuna esse videbitur.» (Ib).

—Hæc disciplina est in praxi?

R. Neg. Sed subrogata est alia forma, data in Bulla Gregorii XIV, anno 1590, quæ incipit *Onus*, et hodie est in usu.

—Quot sunt hujusmodi informationes in Hispania?

R. Duo, alia de vita et moribus, alia de Fide et doctrina, quæ quidem fiunt examinatis testibus ab ipsomet Suæ Sanctitatis Apostolico Nuntio, in quo processu constat etiam Ecclesiam Cathedralem pastore suo esse viduatam.

—Quid de hoc processu disponit fieri Synodus?

R. «Ut cum deinde hoc examen, seu inquisitio de persona promovenda perfecta fuerit; ea in instrumentum publicum redacta, cum toto testimonio, ac professione fidei ab eo facta, quam primum ad Sanctissimum Romanum Pontificem omnino transmittatur: ut ipse Summus Pontifex; plena totius negotii, ac personarum notitia habita, pro gregis Dominici commodo de illis, si idonei per examen, seu per inquisitionem factam reperti fuerint, Ecclesiis possit utilius providere.» (Sess. XXIV, cap. I.).

—Quid Romæ faciendum disposuit Concilium?

R. «Omnes vero inquisitiones, informationes, testimonia, ac probationes, quæcumque de promovendi qualitatibus, et Ecclesiæ statu, a quibuscumque, etiam in Romana Curia, habitæ, per Cardinalem, qui relationem facturus erit in Consistorio, et alios tres Cardinales diligenter examinentur; ac relatio ipsa Cardinalis relatoris, et trium Cardinalium subscriptione roboretur, in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirment, se, adhibita accurata diligentia, invenisse promovendos qualitatibus a jure, et ab hac Sancta Synodo requisitis, præditos: ac certo existimare sub periculo salutis æternæ idoneos esse qui Ecclesiis præficiantur.» (Ib.)

—Quid ulterius?

R. «Ita ut relatione in uno Consistorio facta, quo maturius interea de ipsa inquisitione cognosci possit, in aliud consistorium judicium differatur; nisi aliud Beatissimo Pontifici videbitur expedire.» (Ib.)

LECTIO XIV.

DE EPISCOPORUM IN HISP. ECCLES. PRÆSENTATIONE (1).

—Quid Hispani Canones de eligendo Episcopo tradunt?

R. In Summa Martini Bracharensis, Canone 1.° *De electione Episcopi* inseritur Laodicensis Canon, his verbis: «*Non liceat populo electionem facere* (eorum?) *qui ad sacerdotium provocantur*, sed juditium sit Episcoporum, ut ipsi eum qui ordinandus est probent, si in sermone et fide et in spirituali vita edoctus est.»

—Quid Concilium Toletanum IV, sub Divo Isidoro, de his qui non possunt promoveri ad Episcopatum?

R. Canone XIX, ut errores et pravos usus averteret hæc habet: «Eos arcet a Pontificatu *qui in aliquo* crimine detecti sunt.

2.° Qui infamiæ nota aspersi sunt.

3.° Qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam admisisse confessi sunt.

4.° Qui in hæresim lapsi sunt.

---

(1) Cum lectio præcedens nimium lata evaserit, quæ de privata Hisp. disciplina dicenda sunt seorsim tractare oportunum visum est.

5.° Qui in hæresi baptizati aut rebaptizati esse noscuntur.

6.° Qui semetipsos absciderunt, aut naturali defectu membrorum, aut decisione aliquid minus habere noscuntur.

7.° Qui secundæ uxoris conjunctionem sortiti sunt, aut numerosa conjugia frequentaverunt.

8.° Qui viduam aut marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt.

9.° Qui concubinas ad fornicationem habuerunt.

10. Qui servili conditioni obnoxii sunt.

11. Qui ignoti sunt.

12. Qui neophyti sunt, vel laici sunt.

13. Qui sæculari militiæ sunt dediti.

14. Qui Curiæ (1) nexibus obligati sunt.

15. Qui inscii litterarum sunt.

16. Qui nondum ad trigint a annos pervenerunt.

17. Qui per gradus ecclesiasticos non acceserunt.

18. Qui ambitu honorem quærunt.

19. Qui muneribus honorem obtiner e moliuntur.

20. Qui a decessoribus in *Sacerdotium* (id est Episcopatum) eliguntur.»

—Quid amplius de electione hic percelebris Canon?

R. «Sed nec ille Sacerdos deinceps erit quem nec Clerus nec populus propriæ Civitatis elegerit, vel auctoritas Metropolitani vel comprovincialium Sacerdotum assensio exquisivit. Quicumque igitur deinceps ad ordinem Sacerdotii postulatus, et in his quæ prædicta sunt exquisitus in nullo horum deprehensus fuerit, atque examinatus probabilis vitæ atque doctrinæ extiterit, tunc, *secundum Synodalia* vel *Decretalia constituta*, cum omnium Clericorum vel civium voluntate, ab universis Comprovincialibus Episcopis, aut certe a tribus in Sacerdotium, die Dominica consecrabitur.»

—Hic Canon particularis tantum disciplinæ censetur?

R. N. In Decretis enim continetur. Dist. 51, cap. *Qui*

(1) Curiales Jure Romano dicebantur qui municipalibus offitiis adstricti erant, ita ut munia et onera declinare nequirent, unde ipsi aliquandiu gravibus ærumnis obnoxii erant. Catholici Hispani Jure Romano regebantur, nondum Gothicis legibus addicti.

in aliquo; unde quamvis particularis fuerit, medio ævo ex magna acceptatione generalis evasit.

—Quid verbis illis «Secundum *Synodalia et Decretalia*» datur intelligi?

R. Non solum Canones Conciliorum generalium vel particularium esse servandos, sed etiam Decreta specialia Rom. Pontificum, quibus obtemperabat Hispana Ecclesia, et non poterat non obtemperare, quidquid in contrarium ferant prætiriti sæculi neoterici.

—Quænam ergo specialia hac de re Decreta seu Decretalia, de quibus laudatus Canon?

R. Præter alia monumenta citari possunt Epistola S. Innocentii I, universis Episcopis Hispaniæ in Toletana Synodo constitutis, initio sæculi V (402); in qua corripit ordinationes factas contra Nicænos Canones.

2.° Hilarii Papæ ad Ascanium Tarraconensem Epistola, contra præcipites et anticanonicas Silvani Calagurritani ordinationes, qua ignaros, pœnitentes et inutiles ab Episcopatu arcet, anno 465.

—Quid notandum in hac Hilarii Epistola de populari ad electionem concursu?

R. «*Nec tantum putetis petitiones valere populorum ut cum his parere vultis, voluntatem Dei nostri, qui nos peccare prohibet, deseratis.*» (Mt.) Quæ quidem auræa verba et humanum obsequium condemnant et popularis suffragii inanem frequentiam, ejusque ad electionem concursum explicant.

—Quo ergo jure Hispani Reges Episcopos eligere cœperunt?

R. Medio sæculo VII, una cum Toletano Antistite, ut apparet ex Canone VI Concilii Toletani XII, anno 681, «*Unde placuit Pontificibus Hispaniæ*» nuper citato cum de Hispaniensi Primatu. (Lectione VIII, pag. 37). Antea tamen jam Reges in Episcoporum electione partem habebant, a tempore forsan Reccaredi Regis, ut patet ex Epistola Sti. Braulionis ad Isidorum Hispalensem, ejusque responsione (1).

(1) Braulius ad Isid. Hispal.—«Ut quia Eusebius noster Metro-

—Quænam hujus disciplinæ causæ?

R. Bizantinorum Principum imitatio, qui quidem et populo et etiam magnatibus præpotentia Cæsarea successerunt, ut turbas seditionesque vitarent. Cum autem Bizantini Contestaniæ et Bæticæ maritimas oras occuparent, Wisigothi eorum mores et politiores usus, quin etiam corruptelas, in pluribus imitabantur. Ex alia vero parte S. Sedes a Cæsarismo Byzantino hæresibus, rapinis et persecutionibus vexata, his electionibus intendere non poterat.

—Quid a sæculo VIII usque ad XII?

R. Capitula Cathedralia Episcopos eligebant, juxta generalem disciplinam, usque ad tempus in quo hoc jus sibi S. Sedes vindicavit.

—Quid in Partitarum legibus hac de re continetur?

R. Capitulo Cathedrali injungitur obligatio denuntiandi Regiæ Maj. vacantem esse Ecclesiam, ut Rex eam tueatur, libereque ipsa pastorem eligat. (L. 18, tit. 5, Part. 1.ª (1).

—Ergo adhuc sæculo XIII electio Episcoporum in Hispania a Capitalis fiebat?

R. Af. Et patet ex citata lege, quæ Castellæ mores et

---

politanus decessit habeas misericordiæ curam, et hoc filiolo tuo nostro Domino suggeras» etc.

Isidorus vero Braulioni respondet: «De constituendo autem Episcopo Tarraconensi non eam quam petisti sensi sententiam Regis.»

(1) «Antigua costumbre fue de España, e duró todavia, e dura hoy dia, que quando fina el Obispo de algun lugar, que lo facen saber el Dean e los Canónigos al Rey por sus mensageros de la Eglesia, con carta del Dean e del Cabildo, como es finado su Perlado, e que le piden por merced que le plega que ellos puedan fazer su eleccion desembargadamente, e que le encomienden los bienes de la Eglesia: e el Rey debegelo otorgar, e embiarlos recabdar, e despues que la eleccion ovieren fecho presentenle el elegido, e el mandele entregar aquello que rescibió.»

«E esta mayoria e honrra han los Reyes de España por tres razones. La primera, porque ganaron las tierras de los moros, e fizieron las mezquitas eglesias, e echaron de y el nome de Mahoma, e metieron y el nome de nuestro Señor Jesu Christo. La segunda, porque las fundaron de nuevo en lugares donde nunca las ovo. La tercera, porque las dotaran e demas les fizieron mucho bien: e por eso han derecho los Reyes de les rogar los Cabildos en fecho de las elecciones, e ellos de saber su ruego.»

usus medio sæculo XIII describebat: idem quoque in Aragoniæ ditionibus, quin etiam, et electio a Capitulis, et confirmatio a Metropolitanis, toto fere sæculo XIII servatæ sunt, donec utraque sibi reservavit S. Sedes, ut in aliis regionibus.

—A quo tempore Hispaniæ Reges jus præsentandi Episcopos pro ecclesiis suæ ditionis habuerunt?

R. A tempore Adriani VI Pont., qui hoc jus præsentandi Episcopos Hispaniæ Carolo V Imperatori, discipulo suo, ex privilegio tribuit, anno 1523, nam prædecesores sui preces mittere in favorem eligendorum, non vero præsentare consueverant.

—Quid hac de re in præsenti disciplina?

R. Jus illud præsentandi sancitum fuit a Benedicto XIV, in Convent. anni 1753, quo Regium universale Patronatus jus sancitum fuit, quin tamen de hac præsentatione disputatio foret, cum illa, et Bullis et Apostolicis privilegiis firmata esset (1).

—Quinam Catholici Principes eodem privilegio gaudent?

R. Austriæ, Bavariæ, Galliæ, Neapolis et Sadiniæ ex pactis cum S. Sede conventis.

—Quid in aliis gentibus?

R. Anglicana Capitula tres candidatos nominant, et, cum informatione Archiepiscopi, vel Episcopi antiquoris, hæc commendatio Rom. Pont. mittitur, qui inter illos eligit, cum potestate vero eligendi alium si vellet.

In Belgii regno, ab anno 1830, Capitula eligunt, ex concessione Leonis XII, idemque in Borussia (*Prusia*) ex concessione Pii VII, anno 1821 facta. Curatur tamen ut prius Rex electi nomen sciat, gratumque habeat. Idem de electis ad Russorum ecclesias, ex concessione Pii IX, Imperatori Nicolao I largita, anno 1847.

---

(1) No habiendo habido controversia sobre la pertenencia á los Reyes Católicos de las Españas del Real Patronato, ó sea nomina á los Arzobispados, Obispados, Monasterios y Beneficios Consistoriales, es á saber, escritos y tasados en los libros de Cámara cuando vacan en los Reinos de España, hallándose apoyado su derecho en Bulas y privilegios Apostólicos, y otros títulos alegados por ellos.

LECTIO XV.

DE EPISCOPORUM INSTITUTIONE ET CONSECRATIONE.

—Ut Episcopus sit legitimus debet confirmari a Rom. Pont?

R. Af. Concilium Can. 8, Sess. XXIII, sic ait: «Si quis dixerit, Episcopos, *qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur*, non esse legitimos et veros Episcopos, sed figmentum humanum; anathema sit.» Ergo a contrario, et post Concilium Trid., Episcopus a Rom. Pont. non assumptus nequit dici legitimus.

—Quo jure competit Rom. Pont. Episcoporum confirmatio?

R. Jure antiquo confirmatio fiebat a superiori inmediato, nempe suffraganeus a Metropolitano: hic a Primate vel Patriarcha, Primas vero vel Patriarcha a Rom. Pont. Sed justis de causis, a sæculo XIII, hoc jure Metropolitani exciderunt, sicut Capitula, ab Episcoporum electione.

—Quænam fuerunt hæc justæ causæ?

1.° Frequentes lites inter Capitula, et appellationes ad S. Sedem.

2.° Regum et Procerum feudalium oppressiones, et sollicitationes erga indignas personas.

3.° Metropolitanorum negligentia, et etiam horum indebitæ exactiones.

4.° Necessitas recuperandi facultates, quibus Sancta Sedes, majori decore et vigore, ecclesiasticam disciplinam reservationibus his tueretur, quod hodie dicitur *sistema de centralizacion* (1).

—Sunt qui hanc confirmationem male ferant?

R. Jansenistæ omnes, inter quos septem Episcopi schismatici in Flandriæ et Batavorum regionibus eminent. Sed

(1) V. Pretiosum opus Cardinalis Inguanzo, cui titulus «*Discurso sobre la Confirmacion de los Obispos*, impreso en Cádiz en el año 1813.» Madrid ap. Aguado 1836, 1 vol. in 4.°

hodie jam in vanum laborant, nam a catholicis undequaque irridentur, et cum impiis computantur.

—Episcopi subjacent examini alicui?

R. Episcopi intra Italiam examinantur a Rom. Pont. ex Bulla Clem. VIII: de cæteris non est in usu.

—Tenetur electus petere confirmationem?

R. Af. Et quidem supplicibus litteris, quibus constat electi acceptatio.

—Potest electus non confirmatus se mittere in Diœcesis suæ gubernationem?

R. Prohibetur jure communi (cap. *Avaritiæ cœcitas*, 5 de Elect. in Sexto) ex Concil. Lugdun. quod quidem, cum generale sit, omnes obligat sine tergiversatione (1). Quin etiam hodiedum plus necessaria et ad vitandam oppressionem civilis potestatis utilis est prout in Gallia et Hispania recentioribus factis experientia docuit.

—Quid est confirmatio?

R. Formula qua Romanus Pontifex præsentatum et electum, ad votum Cardinalis Relatoris, et expetitis aliorum Cardinalium suffragiis, sacerdotem in Episcopum instituit, et publici juris in Ecclesia ipsius electionem facit, solemnibus et expressis verbis (2).

—Quænam est confirmationis formula?

R. «Auctoritate Dei Omnip. P. et Filii et Sp. Sti. et Beatissimorum Apostolorum Petri et Pauli, ac nostra, Ecclesiam N. de persona N. providemus, ipsumque illi in Episcopum præficimus et pastorem, curam et administrationem ipsius eidem in spiritualibus et temporalibus plenarie commmitendo.»

—Acquiritur hac confirmatione aliqua potestas?

R. Confirmatione hac, et expeditis litteris seu Bullis, acquiritur potestas *jurisdictionis*, non vero *ordinis*, hæc enim a consecratione pendet.

—Quod Bullæ mittuntur Episcopis confirmatis?

(1) V. opus cui titulus «*Juicio analítico sobre el discurso canónico legal del Excmo. é Illmo. Sr. Vallejo.*» Madrid. ap. Aguado, 1839, 1 vol. in 4.°. Hic liber a Pompilonensi Episcopo D. D. Severo Andriani scriptus fertur, quamvis sine illius nomine evulgatus fuerit.

(2) V. Barbosa, qui de his solide lateque tractat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Novem, nempe Bulla Regis.—2.ª Subditorum seu *de Vasallos*.—3.ª Electo.—4.ª Consecrationis et juramenti.—5.ª Provissionis.—6.ª Metropolitano.—7.ª Capitulo.—8.ª Populo.—9.ª Absolutionis.

—Quæ retinentur?

R. Bulla quæ dicitur subditorum seu vasallorum: in aliis vero retinentur clausulæ seu verba quibus conceditur potestas in spiritualibus *et temporalibus*, quin etiam et aliæ minoris momenti.

—Quid de his dicendum?

R. Bullæ dantur uniformiter totius mundi Episcopis, non tantum Hisp. Ec. prælatis. Si subditos vel *vasallos* non habent Bulla Pontifitia illos non dabit. Si vero habeat, uti contingit Episcopc Urgellensi in Republica Andorrana, eos habebit, etiamsi Bulla hæc retenta fuerit.

—Quid de retenta clausula *potestatis in temporalibus*?

R. Idem ac de præcedenti. Ecclesia habet bona temporalia propria, et quidem non omnia Regum vel populi donatione, sed ipsius Ecclesiæ legitima acquisitione. Has autem temporalitates, et alia temporalia jura, acquirit Episcopus eo quod Episcopus est, ideoque etiam retenta clausula.

—Intelligendum est hac retentione Episcopum non posse habere potestatem in *temporalibus* et circa res exteriores?

R. Nefas esset dicere hanc fuisse mentem Catholicorum Hispaniæ Regum, quum hæc doctrina damnata sit in primis articulis Bullæ *Auctorem Fidei*, quæ est Hispaniæ lex.

—Quid damnatur in hac jansenistica propositione?

R. Propositio affirmans, *abusum fore auctoritatis ecclesiasticæ transferendo illam ultra limites doctrinæ ac morum, et eam extendendo ad res exteriores...*

Quatenus indeterminatis illis verbis *extendendo ad res exteriores* notet velut abusum auctoritatis Ecclesiæ usum ejus potestatis acceptæ á Deo, qua usi sunt et ipsimet Apostoli in disciplina exteriori constituenda et sancienda, HÆRETICA. Mt.

—Quod temporis spatium ad consecrationem datur?

R. «Ecclesiis cathedralibus; seu superioribus, quocumque nomine ac titulo præfecti, etiam si sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, si munus consecrationis intra

tres menses non susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur; si intra totidem menses postea id facere neglexerint; ecclesiis ipso jure sint privati.» (Sess. XXIII, cap. 2). Mt.

—Potest hoc spatium prorrogari?

R. Concilium antea, Sess. VII, cap. 4, statuerat: «Ad majores ecclesias promoti munus consecrationis infra tempus a jure statutum suscipiant: et prorogationes ultra sex menses concessæ nulli suffragentur.»

—Ubinam facienda consecratio?

R. «Consecratio vero, si extra Curiam Romanam fiat, in ecclesia, ad quam promoti fuerint, aut in provincia, si commode fieri poterit, celebretur.» (Sess. XXIII, cap. 2.)

—Consecratio æquivalet matrimonio Episcopi cum Ecclesia sua?

R. Af. Ideoque in electione *initiatum*, in confirmatione *ratum* in consecratione intelligitur *consummatum*.

—Quænam juramenta præstat Episcopus?

R. Primo de fidelitate *in genere* Ecclesiæ, et Rom. Pont. ejusque succesoribus servanda.

2.° De non lædendo Rom. Pont. consilio neque facto.
3.° De secreto servando:
4.° De defendendo Papatu, regulisque Patrum servandis.
5.° De assistentia ad Concilium si vocatus fuerit.
6.° De recipiendis honorifice Legatis Pont.
7.° De visitatione ad Sacra Apostolorum limina.

—Quid de juramento fidelitatis civilis?

R. A tempore Catholicorum Regum Ferdinandi et Elisabeth jurabant Episcopi se non capturos vectigalia cæteraque jura Regum (Lib. 1, tit. 8, ley 1.ª Novis. Rocop.) Philipus IV addidit Episcopis Indiarum juramentum de non usurpando Regio patronatu. Denique exeunte sæculo XVIII inductum aliud juramentum erga leges regni, regalia jura et legitimas consuetudines, quæ quidem intempestiva additio in actu consecrationis, diu in vanum reclamata fuit, donec tandem hisce recentioribus annis inducta est formula simplex, communi consensu utriusque potestatis sancita.

—Episcopi Hispani post consecrationem tenentur Regi adstare?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Quamvis in antiquis legibus (1) ita indicatur hoc tamen non tamquam jus imponitur sed ut mera consuetudo decoris causa; quin e contra Partitarum leges ipsis ut *statim* ecclesias adeant indicant (2).

LECTIO XVI.

DE EPISCOPORUM OFFICIO ET POTESTATE.

—Quænam in Episcopali officio continentur?

R. Tria præcipue, nempe munia, onera et munera.

—Quotuplex est Episcopalis potestas?

R. *Ordinis* et *jurisdictionis*, cui aliqui J. Canonici periti tertiam addunt, nempe potestatem *legis Diœcesanæ*: hinc prima continet munia, secunda præcipue onera, tertia vero munera.

—Quid est potestas ordinis?

R. Quæ ex consecratione derivatur, et characteri Episcopali est annexa, relative ad sacramenta peculiaria ministranda, aliaque Sacra munia Episcopalia obeunda, unde in his continetur Pontificalis dignitas, seu Pontificalia exercendi jus.

—Quid de his Tridentinum Concilium?

R. «Sacrosancta Synodus declarat, præter cæteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipue pertinere; et positos, sicut idem Apostolus ait, a Spiritu Sancto

---

(1) Ley 1, tit. 17, libro 1.º de la Novis. Recop. ex Comitiis, ap. Complutum, anno 1328, quæ sit ait: «Costumbre antigua es en España que los Reyes de Castilla consientan las elecciones que se han de hacer de los Obispos... e otrosi desque el tal Perlado o Obispo fuere elegido como debe y confirmado, fue y es costumbre antigua que antes que haya de aprehender posesion de la Iglesia, deben venir por sus personas a hacer reverencia al Rey...»

(2) Ley 27, tit. 5.º Partida 1.ª «Tornarse deben *luego* los Obispos e los otros Perlados mayores para sus eglesias *despues* que fueren consagrados.» Vox *luego* hic sonat idem ac *statim*, non vero *postea*, ut patet ex verbo *despues*, quo infra utitur.

regere Ecclesiam Dei, eosque presbyteris superiores essc; ac sacramentum Confirmationis conferre; ministros Ecclesiæ ordinare; atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent.» (Sess. XXIII, cap. 4 *de Eccles. Hier. et ordinatione.*) Mt.

—Quæ sunt *alia pleraque* de quibus S. Syn. loquitur?

R. Chrisma conficere, ecclesias consecrare, benedicere vel reconciliare, abbates, abbatisas, altaria, imagines, cœmenteria, vestes ac sacra vasa benedicere, aliaque hujusmodi facere.

—Hæc omnia sunt incommunicabilia?

R. Potestas ordinandi presbyteros et diaconos incommunicabilis est: cætera vero communicari possunt sacerdotibus, quamvis non sint Episcopi.

—Quid de ministro Sacramenti Confirmationis Trid. Concilium?

R. «Si quis dixerit: Sanctæ Confirmationis *ordinarium* ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem sacerdotem, anathema sit.» (Sess. VII, can. 3). Mt.

—Quid hac de re orientalis Ecclesia?

R. In ea presbyteri ministri Confirmationis esse solent. Hoc vero nihil ad nos.

—Quid vero antiqua Hispaniæ disciplina?

R. Concilium Bracharense I, canone 19, sic ait. «Placuit ut si quis presbyter post hoc interdictum ausus fuerit chrisma benedicere, aut ecclesiam aut altarium consecrare, a suo offitio deponatur; nam et antiqui canones hoc vetuerunt.» Nb.

—Quid Summa Martini Bracharensis?

R. Cum hæc e conciliis orientalibus compilata sit ut plurimum orientalem redolet disciplinam. Canone igitur LII sic ait: «Presbyter præsente Episcopo non signet, nisi forte ab Episcopo fuerit illi præceptum.»

—Potest hodie Episcopus delegare presbytero confirmationis ministerium?

R. N. Sed tantum alteri Episcopo. Delegatio vero presbyteri a Rom. Pont. fieri potest.

—Quid dicitur potestas jurisdictionis?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Illa qua Episcopus ex jure Canonico mediante confirmatione Pontificia diœcesim regit.

—Hæc potestas est communicabilis?

R. Af. Ideoque et Episcopus ipse suis vicariis illam communicat.

—Quæ sunt præcipuæ partes potestatis jurisdictionis?

R. In his continentur onera et jura.

1.° *Doctoris*, id est, docere, prædicare et errores damnare: leges etiam ferre ut *Legislator*, in synodo vel extra synodum, juxta jus commune, et, ad illius in sua diœcesi applicationem, interpretari, et in illarum observantia dispensare.

Additur verbum *Legistatoris*, sed hunc in conceptu *Docioris* involutum puto, Doctor enim non solum docet quid credendum, sed quid faciendum, et quomodo; qua de causa Ecclesia, *legum* nomen abhorrens, præcepta sua non *leges* sed *Canones*, id est, regulas vocavit. Inde illud in scholis tritum–*Reges nolentibus Episcopi volentibus*.

2.° *Pastoris*: Ecclesiæ bona administrare et tueri, beneficia conferre, spiritualem curam animarum, per se vel per parochos aut alios exercere. Sed de his omnibus fusius deinceps cum de Episcoporum obligationibus.

3.° *Judicis*: Canones tam generales quam diœcesanos observare, facere observare, transgressiones illorum coercere et punire, judicialiter et extrajudicialiter, tam in criminalibus quam in civilibus.

—Est ergo in Ecclesia potestatum divisio?

R. Af. et hæc tam decantata distinctio potestatis in *Legislativam*, *Administrativam* et *Judicialem*, tamquam *novum inventum* traducta, vetustissima est in Ecclesia, sub jurisdictionis nomine.

—Quid potestatis *Diœcesanæ* titulo continetur?

R. Hæc tertia potestatis species, quæ non ab omnibus distinguitur, refertur potissimum ad munera Episcopalia, ita ut potius sit pars beneficii quam officii; qua de causa ab aliquibus rejicitur cum de officio Episcopali loquitur. Attamen in officio non onera tantum, sed etiam jura continentur, dummodo illa prius attendantur.

—Quænam hujus distinctionis origo?

R. Ex patria disciplina exordium duxit, nempe Canone 3.° Illerdensis provincialis Concilii (anno 546). «Quod monachi sine licentia abbatis non ordinentur, ut in Agathensi vel Aurelianensi (1) est constitutum: quæ vero de

(1) Vide Berardi in jus Eccles. t. 1.°, cap. 2.°

jure sunt monasterii, in nullo *Diœcesana lege*, ab Episcopo contingantur. Qui vero basilicam consecrare desiderat, nequaquam sub monasterii specie, ubi congregatio non colligitur, eam a *Diœcesana lege* audeat segregare.»

Hic Canon in disciplinam generalem evadens Juris Canonici peritis ansam præbuit ut distinguerent legem jurisdictionis et legem Diœcesanam.

—Quænam continentur in potestate Legis Diœcesanæ.

1.° Cathedraticum et Synodaticum, id est pensio debita Episcopo ad honorem Episcopalis cathedræ, quæ ut plurimum solvebatur tempore Synodi diœcesanæ, unde illius nomina.

2.° Procuratio canonica tempore visitationis, quin etiam hospitium, equitaturæ et evectiones, de quibus infra cum *de visitatione* (Lect. XX).

3.° Quarta decimalis et legatorum piorum, in memoriam antiquæ divissionis bonorum Ecclesiæ in quatuor partes, quarum prima Episcopo dabatur.

4.° Luctuosa seu pensio, quam, juxta Synodalia vel Constit. Capitulares, accipit Episcopus e bonis movilibus pretiosis defuncti canonici vel clerici, subditi sui.

His subrogatur hodie pensio a Gubernio solùta Episcopis ratione noviss. Convent., quæ cum *spiritualizata* sit, beneficii pars potissime est, quin posssit considerari velut civilis pensio.

5.° Jura quæ Episcopus percipit ratione patronatuum specialium, operum piorum, fundationum vel titulo Diœcesani vel representatione communitatum suppressarum a civili potestate.

6.° Aulæ Episcopalis habitatio, hortorum, aliorumque prædiorum Episcopali mensæ, siqua sint, usufructus.

7.° His denique annumerari possunt honores, tam Canonici quam politici; qui vel ex Cæremoniali, vel civilibus Legibus Episcopis debentur, de quibus infra. (Lect. XXII).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quænam sunt Episcoporum obligationes et onera?

R. 1.° Prædicatio verbo et exemplo:

2.° Oratio pro se, pro Ecclesia universa et speciatim pro sua particulari.

3.° Obedientia Romano Pontifici in consecratione jurata.

4.° Residentia in Ecclesia sua, et Pontificalium in ea exercitium.

5.° Visitatio Diœcesis, et etiam ad limina Apostolorum.

6.° Morum correctio, criminum, errorum et vitiorum correptio et castigatio.

7.° Justitiæ et jurisdictionis suæ bona administratio.

8.° Synodi celebratio et Synodalium legum defensio.

9.° Bonorum et jurium Ecclesiæ suæ administratio, servatio et defensio.

De quibus omnibus singillatim in lectionibus sequentibus.

10.° Assistentia provinciali Concilio cum vocatus fuerit.

LECTIO XVII.

DE EPISCOPORUM PRÆDICATIONE VERBO ET EXEMPLO.

—Quodnam est primum et præcipuum Episcoporum onus?

R. Prædicatio; sic enim dicitur in missione Apostolorum. «Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ» (Math. ult.) Unde Apostolus Petrus dixit: «Non est æquum nos derelinquere verbum Dei et ministrare mensis» (Act. cap. 6).

—Consonat huic doctrinæ Trid. Concilium?

R. «Quia vero Christianæ Reipublicæ non minus necessaria est prædicatio Evangelii, quam lectio, et hoc est præcipuum Episcoporum munus; statuit et decrevit eadem sancta Synodus, omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates, et omnes alios Ecclesiarum Prælatos teneri per se ipsos, si legitime impediti non fuerint, ad prædicandum Sanctum Jesu Christi Evangelium. (Sess. V, cap. 2).

—«Si vero contigerit Episcopos et alios prædictos legitimo detineri impedimento»?

R. «Juxta formam *Generalis Concilii* viros idoneos assumere teneantur ad hujusmodi prædicationis offitium salubriter exequendum.» (Ib.)

—Quodnam est hoc Concilium Generale?

R. Concilium Lateranense IV, sub Innocentio III, cujus dispositiones continentur in cap. 15, tit. 31 *de offitio judicis*, libro 1.° Decretalium.

—Quid ergo Lugdunensis Canon?

R. «Inter cætera qua spectant ad salutem populi Christiani pabulum verbi Dei permaxime noscitur sibi esse necessarium...» Pars autem dispositiva hujus Canonis in Trid. Syn. denuo sancita est?

—Quid ulterius hac de re Tridentina Syn.?

R. Sess. XXIV, cap. 4 has dispositiones renovavit et confirmavit his verbis: «Prædicationis munus, *quod Episcoporum præcipuum est*, cupiens sancta Synodus, quo frequentius possit ad fidelium salutem exerceri, canones, alias super hoc editos, sub fel. rec. Paulo III, aptius præsentium temporum usui accommodando, mandat, ut in ecclesia sua ipsi per se, aut, si legitime impediti fuerint, per eos quos ad prædicationis munus assument, in aliis autem ecclesiis per parochos, sive, iis impeditis, per alios ab Episcopo impensis eorum, qui eas præstare vel tenentur, vel solent, deputandos in civitate, aut in quacumque parte diœcesis, censebunt expedire, saltem omnibus dominicis, et solemnibus diebus festis; tempore autem jejuniorum, quadragesimæ et adventus Domini quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportere duxerint, sacras Scripturas divinamque legem annuntient; et alias, quotiescumque id opportune fieri posse judicaverint.»

—Debet populus moneri ad audiendas parochiales conciones?

R.. Af. «Moneatque Episcopus populum diligenter, teneri unumquemque parochiæ suæ interesse, ubi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei.» Mt.

—Potest aliquis prædicare renuente Episcopo?

R. N. «Nullus autem sæcularis, sive regularis, etiam in ecclesiis suorum ordinum, contradicente Episcopo, prædicare præsumat.» (Ib.) Mt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®

—Quid Episcopus erga explicationem Sacræ Scripturæ facere tenetur?

R. Vide infra quæ de *præbendis* officii seu cum de Canonico *Lectorali* loquetur.

—Quid de prædicatoribns regularibus et exemptis?

R. Vide infra cum de *Exemptis*.

—Exemplo etiam prædicat Episcopus?

R. Af. Ideo Christus *cœpit facere et docere*, uti ait Evangelium; id est, cum prædicare cœpit, faciebat exemplo quod docebat verbo.

—Consonat his Trid. Synodus?

R. Af. Cap. enim 1.° Sess. XXV de Ref. «admonet Episcopos omnes, ut secum ea sæpe meditantes, factis etiam ipsis, ac vitæ actionibus, quod est veluti perpetuum quoddam *prædicandi genus*, se muneri suo conformes ostendant.»

—Quas ad hæc rationes præmittit S. Syn.?

R. «Optandum est, ut ii qui Episcopale ministerium suscipiunt, quæ suæ sint partes agnoscant; ac se non ad propria commoda, non ad divitias aut luxum, sed ad labores et sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant. Nec enim dubitandum est, et fideles reliquos ad religionem innocentiamque facilius inflammandos, si præpositos suos viderint, non ea quæ mundi sunt, sed animarum salutem, ac cœlestem patriam cogitantes. Hæc cum ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam præcipua esse Sancta Synodus animadvertat; admonet Episcopos omnes, et cætera.» (Ib.)

—Quas in praxi ad hæc dispositiones commendat?

R. «In primis vero ita mores suos omnes componant, ut reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopere commendat Deo, sanctæ humilitatis exempla petere possint. Quapropter, exemplo Patrum nostrorum in Concilio Chartaginensi, non solum jubet, ut Episcopi modesta supellectili et mensa, ac frugali victu contenti sint; verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota ejus domo caveant, ne quid appareat, quod a sancto hoc instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præseferat.» (Ib.)

—Quid contra nepotismi vitium prælatis injungit?

R. «Omnino vero eis interdicit, ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos familiaresve suos augere studeant: cum et Apostolorum Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent; sed, si pauperes sint, iis ut pauperibus distribuant; eas autem non distrahant nec dissipent illorum causa: imo, quam maxime potest, eos sancta Synodus monet, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant.» (Ib.)

—Jurisdictio Episcopalis in prædicatione tantum consistit?

R. «Si quis dixerit, non esse in Novo Testamento Sacerdotium visibile, et externum: vel non esse potestatem aliquam consecrandi, et offerendi verum corpus, et sanguinem Domini, et peccata remittendi et retinendi, sed officium tantum, et nudum ministerium prædicandi Evangelium; vel eos, qui non prædicant, prorsus non esse Sacerdotes: anathema sit.» (Sess. XXIII, can. 1.°)

—Præscripsit adhuc Concilium aliqua amplius ab Episcopis observanda?

R. Af. Ea ipsa quæ durante Concilii tempore facienda monebat, præsertim, quæ non ad publicam sed potius ad privatam vitam spectant, unde semper observanda censentur.

—Quænam hæc sunt?

R. In Sess. II, cap. unico, *de modo vivendi in Concilio*. «Et quoniam oportet, Episcopos esse irreprehensibiles, sobrios, castos, domui suæ bene præpositos, hortatur etiam, ut, ante omnia quilibet in mensa servet sobrietatem, moderationemque ciborum; deinde cum in eo loco sæpe otiosi sermones oriri soleant, ut in ipsorum Episcoporum mensis divinarum Scripturarum lectio admisceatur.»

—Quid de familiaribus?

R. «Familiares vero suos unusquisque instruat, et erudiat, ne sint rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemi et voluptatum amatores; vitia demum fugiant, et virtutes amplectantur, et in vestitu, et cultu, et omnibus actibus honestatem præ se ferant, sicut decet ministros ministrorum Dei. (Ib.)

—Incumbit etiam prælato in hac officii sui parte orationis onus et munus?

R. Af. Ex eo quod Apostoli ipsi dixerunt (Act. VI, v. 4,). «Nos vero *orationi et ministerio verbi* instantes erimus.» Jungenda ergo oratio prædicationi, Apostolorum more.

—Quænam præcipua oratio Episcopi pro populo?

R. Sanctum Missæ sacrificium, quod oratio orationum est, quin etiam, cum ipsi curata beneficia habeant, offerre tenentur pro populo, sicuti parochi, cum et ipsi parochorum parochi sint.

R. Tenentur Episcopi ad sacrificium faciendum jure Divino?

R. Af. Quin etiam ad præstandum exemplum, ut in primis lectionis sequentis verbis, ex S. Synodo patebit.

LECTIO XVIII.

DE EPISCOPALI RESIDENTIA.

—Quid est residentia Canonica?

R. Assiduitas vel permanentia stabilis Clerici in loco suæ ecclesiæ.

—Quotuplex est residentia?

R. Materialis et formalis: cum hac non tantum corpore sed animo residetur, ita ut munia recte impleantur, onera leventur; alia vero e contrario est cum corporaliter residetur, obligatio vero parvipenditur.

—Satisfit præcepto residentiæ materialiter residendo?

R. Af. Pro foro externo et ad pensiones lucrandas, non vero hoc tuta conscientia fiet. Attamen hoc plus theologo relinquendum quam J. Cons.

—Residentia inducta est jure Divino?

R. Acriter hac de re in Concilio disputatum, propugnantibus Hispanis et Germanis affirmativam partem, Italis e contra et aliis contrariam tenentibus.

—Cui partium ratio plus adesse videtur?

R. Utrique; quæstio enim potius verborum quam rerum erat. Residentia enim non est juris Divini primarii, sed tertiarii tantum, deducitur enim conclusione mediante. Cum ergo Itali intelligerent pro jure Divino jus primarium seu stricte sumptum (id est, clare et inmediate revelatum) certo asserebant residentiam non esse juris Divini, id est primarii et stricte sumpti.

—Quid ad hæc Sancta Syn.?

R. Concilium, scholastica quæstione relicta (1), declaravit residentiam esse juris Divini, sed tamen tertiarii, non primarii, deducens illud, conclusione mediante, his nitidissimis verbis: «Cum præcepto Divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, et in cætera munia pastoralia incumbere; quæ omnia nequaquam ab iis præstari et impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt: sacrosancta Synodus eos admonet et hortatur, ut divinorum præceptorum memores, factique forma gregis, in juditio et veritate pascant et regant.» (Sess. XXIII, cap. 1). Mt.

—Quid prius hac de re decreverat Sancta Synodus?

R. «Omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, et Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque, quovis nomine, ac titulo, præfectos monet, ac monitos esse vult, ut attendentes sibi, et universo gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, vigilent, sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborent, et ministerium suum impleant: implere autem illud se nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atque ovium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus a supremo Judice requirendus, custodiæ minime incumbant: cum certissimum sit, non admitti pastoris excusationem, si lupus oves comedit, et pastor nescit.» (Sess. VI, cap. 1). Mt.

—Quid de Prælatis qui in Regalibus Curiis vagabantur?

---

(1) Vide Pallavicini, Hist. Trid. Conc. lib. 19. cap 8.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. «Ac nihilominus, quia nonnulli, quod vehementer dolendum est, hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam salutis inmemores, terrenaque cœlestibus, ac divinis humana preferentes, in diversis curiis vagantur, aut in negotiorum temporalium sollicitudine, ovili derelicto, atque ovium sibi commissarum cura neglecta, se detinent occupatos: placuit sacrosanctæ Synodo antiquos Canones, qui temporum atque hominum incuria pene in desuetudinem abierunt, adversus non residentes promulgatos innovare; quemadmodum virtute præsentis decreti innovat, ac ulterius, pro firmiori eorumdem residentia, et reformandis in Ecclesia moribus, in hunc, qui sequitur, modum statuere, atque sancire. (Ib.)

—Quam pœnam inflingit hisce vagantibus Episcopis?

R. Si quis a Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, seu Cathedrali Ecclesia, sibi quocumque titulo, causa, nomine, seu jure commissa, quacumque ille dignitate, gradu, et præeminentia præfulgeat, legitimo impedimento, seu justis et rationalibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam Diœcesim morando abfuerint; quartæ partis fructuum unius anni, fabricæ ecclesiæ, et pauperibus loci per superiorem ecclesiasticum applicandorum, pœnam ipso jure incurrat.» (Ib.) Mt.

—«Quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverit?»

R. «Aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat.» (Ib.) Mt.

—«Crescente vero contumacia ut severiori Sac. Can. censuræ subjiciatur,» quid faciendum?

R. «Metropolitanus suffraganeos episcopos absentes, Metropolitanum vero absentem suffraganeus episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus ecclesiæ eo ipso incurrenda, infra tres menses per litteras, seu nuntium Romano Pontifici denuntiare teneatur.» (Ib.) Mt.

—Quid Romanus Pontifex in ipsos absentes?

R. «Prout cujusque major, aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ Sedis auctoritate animadvertere, et Ecclesiis ipsis de Pastoribus utilioribus providere poterit, sicut in Domino noverit salubriter expedire.» (Ib.) Mt.

—Poterit ergo Rom. Pont. etiam destituere Episcopum absentem et contumacem?

R. Af. Et patet ex verbis hisce «*de pastoribus utilioribus providere.*»

—Quid ulterius «ne hæc in sensu a mente Stæ. Synodus alienos trahantur ac si vigore illius decreti quinque mensibus continuis abesse liceat?»

R. «Declarat Sancta Synodus nullos nec etiam S. R. E. Cardinales abesse posse nisi ex causis et modis infrascriptis:» (V. Lect. V, de S. R. E. Cardinalibus.)

—Quænam sunt hæc causæ?

R. Quatuor: «Nam cum christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiæ vel Reip. utilitas aliquos nonnumquam abesse postulent et exigant; decernit eadem sacrosancta Synodus, has legitimæ absentiæ causas a Beatissimo Romano Pontifice, aut a Metropolitano, vel eo absente, suffraganeo episcopo antiquori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit, in scriptis esse approbandas.» (Sess. XXIII, cap. 1). Mt.

—Datur aliqua in his exceptio?

R. Af. «Cum absenti inciderit propter aliquod munus, et Reip. officium, episcopatibus adjunctum: cujus quoniam causæ sunt notoriæ, et interdum repentinæ, ne eas quidem significari Metropolitano necesse erit: ad eumdem tamen cum concilio provinciali spectabit judicare de licentiis a se, vel a Suffraganeo datis, et videre, ne quis eo jure abutatur; et ut pœnis canonicis errantes puniantur.» (Ib.) Mt.

—Quid interea meminerint discessuri?

R. «Ita ovibus suis providendum, ut quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant.» (Ib.) Mt.

—Quid autem de brevi absentia?

R. «Quoniam autem, qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum canonum sententia non videntur abesse, quia statim revcrsuri sunt, Sacrosancta Synodus vult, illud absentiæ spatium singulis annis, sive continuum sive interruptum, extra prædictas causas nullo pacto debere *duos*, aut ab summum *tres menses* excedere.» (Ib.) Mt.

—De quibus debet haberi ratio?

R. «Ut id æqua ex causa fiat, et absque ullo gregis detrimento: quod an ita sit, abscedentium conscientiæ relinquit, quam sperat religiosam et timoratam fore, cum Deo corda pateant; cujus opus non fraudulenter agere, suo periculo tenentur.» (Ib.) Mt.

—Quid eosdem interim admonet et in Domino hortatur?

R. «Ne per illius temporis spatium, Dominici Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, item et Corporis Christi diebus, quibus refici maxime, et in Domino gaudere pastoris præsentia oves debeant, ipsi ab ecclesia sua cathedrali ullo pacto absint, nisi episcopalia munia in sua diœcesi eos alio vocent.» (Ib.)

—«Si quis autem, quod utinam numquam eveniat, contra hujus decreti dispositionem abfuerit?»

R. «Statuit sacrosancta Synodus, præter alias pœnas adversus non residentes, sub Paulo III impositas et innovatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis absentiæ fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta, illos sibi detinere posse.» (Ib.)

—Ad quid ergo delinquentes tenentur?

R. «Aut ipso cessante, per superiorem ecclesiasticum illos fabricæ ecclesiarum, aut pauperibus loci erogare, prohibita quacumque conventione, vel compositione, quæ pro fructibus male perceptis appellatur, ex qua etiam prædicti fructus in totum, aut pro parte ei remitterentur: non obstantibus quibuscumque privilegiis cuicumque collegio aut fabricæ concessis.» (Ib.) Mt.

—Quid ad vitandam oblivionem hac de re?

R. «Postremo, tam decretum illud sub Paulo III (1); quam hoc ipsum in conciliis provincialibus, et episcopalibus publicari sancta Synodus præcipit: cupit enim, quæ adeo ex Pastorum munere animarumque salute sunt, frequenter omnium auribus mentibusque infigi, ut in posterum, Deo juvante, nulla temporum injuria, aut hominum oblivione, aut desuetudine aboleantur.» (Ib.)

—Quænam censetur causa *christianæ charitatis*?

(1) Vide supra quæ de Sess. VI, cap. 1.

R. Sedatio litium, bellorum compositio, reorum indultus et alia hujusmodi.

—Quænam urgens necessitas?

R. Tyranni persecutio, gravis infirmitas, sæcularis potestatis oppressio.

—Quid debita obedientia?

R. Assistere Concilio, vocatio a S. S. aut ocupationes ex hujus mandato.

—Quid evidens ecclesiæ vel Reipublique utilitas?

R. Gestio negotiorum ecclesiæ, vel assistentia publicis Comitiis in Senatu: sed hæc hodie, si per longum tempus trahenda sit, fieri non solet inconsulto Rom. Pont.

LECTIO XIX.

DE PONTIFICALIUM EXERCITIO, ET SACRORUM ORDINUM COLLATIONE (1).

—Quid Pontificalium nomine intelligitur?

R. Actus quos Episcopus exercet potestate ordinis, et in virtute consecrationis, qui quidem a Presbyteris exerceri nequeunt.

—Sacerdotium Ecclesiæ Catholicæ confertur ab Episcopis?

R. Af. «Sacrificium et Sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, *ut utrumque in omni lege* extiterit. Cum igitur in novo Testamento sanctum Eucharistiæ sacrificium visibile ex Domini institutione Catholica Ecclesia acceperit; fateri etiam oportet, in ea novum esse visibile et externum Sacerdocium, in quod vetus translatum est. Hoc autem ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque successoribus in Sacerdotio, potestatem traditam consecrandi, offerendi, et ministrandi corpus et sanguinem ejus, nec non et peccata dimittendi, et

(1) Cum valde lata sit doctrina S. Syn. de Sacris ordinibus, eam duplici capite recensebimus, uno de Episcopali munere, alio vero *de probatione Clericorum*, infra apponendo.

retinendi, sacræ Litteræ ostendunt, et Catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit.» (Sess. XXIII, c. 1.) Mt.

—Sacra Unctio qua Episcopus ad ordinationem utitur est mera et vana cæremonia?

R. «Si quis dixerit, sacram Unctionem, qua Ecclesia in sancta ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed contemnendam, et pernitiosam esse; similiter et alias Ordinis cæremonias; anathema sit.» (Sess. XXIII, Can. 5.) Mt.

—Episcopi debent per se ipsos ordines conferre?

R. Af. «Episcopi per semetipsos Ordines conferant, quod si ægritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter quam jam probatos, et examinatos, ad alium Episcopum ordinandos dimmittant.» (Sess. XXIII, cap. 3 de Ref.) Mt.

—Sunt validæ ordinationes eorum qui dimmissorias habent ab Episcopo suo non ægrotante?

R. Af. Et sic est in praxi declaratum a Sacra Congregatione, in casu Calagurritanæ Diœcesis, die 17 Augusti, anni 1592.

—Ubi debet fieri ordinatio?

R. «Ordinationes sacrorum Ordinum, statutis a jure temporibus, ac in cathedrali Ecclesia, vocatis præsentibusque ad id Ecclesiæ Canonicis, publice celebrentur.» (Sess. XXIII, cap. 8 de Ref.) Mt.

—Si autem in alio Diœcesis loco?

R. «Præsente Clero loci, dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia semper adeatur.» (Ib.) Mt.

—A quo quisque ordines sacros accipere debent?

R. «Unusquisque autem a proprio Episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, etiam cujusvis generalis, aut specialis rescripti vel privilegii prætextu, etiam statutis temporibus permittatur; nisi ejus probitas ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur.» (Ib.) Mt.

—«Si vero secus fiat?»

R. «Ordinans a collatione ordinum per annum, et ordinatus a susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus.» (Ib.) Mt.

—Quis dicitur Episcopus proprius?

R. Ille qui ex jure communi minister hujus Ordinis legitimus est.

—Concilium aliquid hac de re speciale sancivit?

R. N. Sed tantum de ordinatione titulo familiaritatis.

—Quid tenetur facere Episcopus familiarem ordinans?

R. «Episcopus familiarem suum non subditum ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus; et beneficium, quacumque fraude cessante statim re ipsa illi conferat: consuetudine quacumque, etiam immemorabili, in contrarium non obstante.» (Sess. XXIII, cap. 9.) Mt.

—Quid amplius hac de re et de ordinationibus ab Episcopis titularibus?

R. «Et, quoniam nonnulli Episcopi ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, clero carentes et populo christiano, cum fere vagabundi sint, et permanentem sedem non habeant, non quæ Jesu Christi, sed alienas oves inscio proprio pastore, quærentes, dum per hanc sanctam Synodum se pontificalia officia in alterius diœcesi, nisi de loci ordinarii expressa licentia, et in personas eidem ordinario subjectas tantum exercere prohibitos vident, in legis fraudem et contemptum, quasi episcopalem cathedram in loco nullius diœcesis sua temeritate eligunt; et quoscumque ad se venientes, etiam si suorum Episcoporum seu prælatorum litteras commendatitias non habeant, clericali charactere insignire, et ad sacros etiam presbyteratus ordines promovere præsumunt; quo plerumque fit, ut minus idonei, et rudes, ac ignari, et qui a suo Episcopo tamquam inhabiles et indigni rejecti fuerunt, ordinati, nec divina officia peragere, nec ecclesiastica sacramenta recte valeant ministrare.» (Sess. XIV, cap. 2.)

—Quid ergo prohibet?

R. «Nemo Episcoporum, qui Titulares vocantur, etiam si in loco nullius diœcesis, etiam exempto, aut aliquo monasterio cujusvis ordinis resederint, aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegii sibi de promovendo quoscumque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum, etiam prætextu familiaritatis, continuæ commensalitatis suæ, absque sui proprii prælati expresso consensu, aut litteris dimmissoriis ad aliquos sacros aut minores ordines, vel

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

primam tonsuram promovere, seu ordinare valeat.» (Ib).

—Quas pœnas incurrunt ordinans et ordinatus?

R. «Contrafacientes ab exercitio pontificalium per annum; taliter vero promotus ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo prælato visum fuerit, ipso jure sint suspensi.» (Ib.) Mt.

—Quid de aliis titulis præter hunc qui familiaritatis dicitur?

R. Innocentius XII, in Bulla sua percelebri, cujus initium *Speculatores Domus Israel*, anno 1694 lata, hanc materiam perstrinxit quatuor eam titulis comprehendens, nempe 1.° *Originis*, seu natalium, 2.° Domicilii, 3.° Beneficii, 4.° Familiaritatis.

—Nativitas fortuita censetur titulus originis?

R. «Subditus ratione originis is tantum sit ac esse intelligatur qui naturaliter ortus est in ea diœcesi, in qua ad ordines promoveri desiderat; dum modo tantum ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimiram itineris, officii, Legationis, mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis, more seu permanentiæ ejus patris in illo loco (1). Mt.

—Quid in hoc casu?

R. «Nullatenus ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantum et naturalis patris origo sit attendenda.» (Ib.) Mt.

—Quomodo acquiritur domicilium?

R. «Subditus autem ratione domicilii, ad efectum suscipiendi ordines, is dumtaxat censeatur, qui licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter contituerit in aliquo loco, ut vel per decenniun saltem in eo habitando, vel majorem rerum ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferendo.» (Ib.)

—Hæc Bulla in Hispania admissa fuit?

R. Non solum admissa, sed etiam in altera *Bulla Apostolici Ministerii* ejus observantia stricte præscribitur his verbis. «Quod si domicilium in una diœcesi habentes, beneficium vero in altera, ordinari ad ejusdem beneficii titulum optaverint ab Episcopo in cujus diœcesi beneficium hujus modi situm est, Episcopus domicilii debeat eos, si in

(1) Bullarium Romanum, tomo 9.

suam diœcesim reversuri sunt, super scientia vel idoneitate examinare ante concessionem testimonialium super eorum natalibus, ætate, moribus et vita, juxta Constitutionem felicis record. Innocentii Papæ XII, Prædecessoris nostri, quæ incipit *Speculatores* obtinendarum, addito quoque compertæ idoneitatis titulo in eisdem litteris.» (Art. 5.)

—Quas pœnas statuit Concilium contra clericos male ab alio quam ab Episcopo suo promotos?

R. «Episcopus quoscumque suos clericos, præsertim in sacris constitutos, absque suo præcedenti examine, et commendatitiis litteris, quacumque auctoritate promotos, licet tamquam habiles ab eo, a quo ordinati sunt, probatos, quos tamen ad divina officia celebranda, seu ecclesiastica sacramenta ministranda minus idoneos et capaces repererit; a susceptorum ordinum exercitio ad tempus, de quo ei videbitur, suspendere, et illis, ne in altari, aut aliquo ordine ministrent, interdicere possit.» (Sess. XIV, cap. 3).

—Prælati Episcopis inferiores possunt tonsuram clericalem et minores ordines conferre?

R. «Abbatibus, ac aliis quibuscumque, quantumvis exemptis, non liceat in posterum, intra fines alicujus diœcesis consistentibus, etiamsi nullius diœcesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre.» (Sess. XXIII, cap. 10.) Mt.

—Possunt illis dare dimmissorias?

R. Neg. «Nec ipsi abbates et alii exempti, aut collegia, vel capitula quæcumque, etiam ecclesiarum cathedralium, litteras dimmissorias aliquibus clericis sæcularibus, ut ab aliis ordinentur, concedant.» (Ib.)

—Ad quos ergo hæc spectant?

R. «Horum omnium ordinatio, servatis omnibus, quæ in hujus sanctæ Synodi decretis continentur, ad Episcopos, intra quorum diœcesis fines existant, pertineant: non obstantibus quibuscumque privilegiis, præscriptionibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus.» (Ib.)

—Possunt duo sacri ordines uno die conferri?

R. N. «Duo sacri ordines non eodem die etiam regularibus conferantur: privilegiis ac indultis quibusvis concessis

non obstantibus quibuscumque.» (Sess. XXIII, cap. 13.) Mt.

—Quid insterstitii nomine intelligitur?

R. Temporis spatium de uno ad alium ordinem conferendum.

—Quænam sunt interstitia?

R. Hæc et alia hujusmodi vide infra cum de clericorum ordinandorum disciplina.

LECTIO XX.

DE VISITATIONE DIOECESIS, ET SACRORUM LIMINUM.

—Quo tempore visitatio per prælatos facienda est?

R. «Patriarchæ, Primates, Metropolitani et Episcopi propriam diœcesim per se ipsos; aut, si legitime impediti fuerint, per suum generalem vicarium, aut visitatorem, si quotannis totam, propter ejus latitudinem, visitare non poterunt; saltem majorem ejus partem; ita tamen, ut tota biennio per se, vel visitatores suos compleatur, visitare non prætermittant.» (Sess. XXIV, cap. 3). Mt.

—Quis autem visitationem omnium istarum præcipuus scopus est?

R. «Sanam orthodoxamque doctrinam, expulsis hæresibus inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere; populum cohortationibus et admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accedere, cætera prout locus, tempus et occasio feret, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere.» (Ib.) Mt.

—Visitatio est tantum Episcopale munus?

R. N. Possunt enim visitare exempti in suis territoriis, Capitula in suis specialibus ditionibus, et Archidiaconi et Decani etiam in ordinariis, ubi moris est.

—Quid de visitatione Archidiaconi?

R. Vide infra cum de Archidiaconis.

—Quid de visitatoribus Capitularibus?

R. «Visitatores etiam a Capitulo deputandi, ubi Capitulum jus visitandi habet, prius ab Episcopo approbentur: sed non ideo Episcopus, vel, eo impedito, ejus visitator

easdem ecclesias seorsum ab iis visitare prohibeatur.» (Ib.) Mt.

—Possunt hodiedum visitare capitula cathedralia in Hispania?

R. Af. Cum noviss. conventio adhuc in pluribus ad debitum et optatum finem non sit perducta, nec diœcesum nova circunscriptio facta, exemptio ista subsistit in aliquibus ecclesiis. Sic ex gr. in Salmantina capitulum regit et visitat territorium suum, dictum *la Valdobla*. Solent tamen capitula committere Episcopis visitationem, si velint, quod quidem et utile et gratum est.

—Quid præ oculis habendum ut hæc facilius feliciusque succedant?

R. «Monentur prædicti omnes, et singuli, ad quos visitatio spectat, ut paterna charitate, christianoque zelo omnes amplectantur, ideoque modesto contenti equitatu (1) famulatuque, studeant quam celerrime, debita tamen cum diligentia, visitationem ipsam absolvere.» (Ib.)

—Quid ipsis cavere Concilium jubet?

R. «Ne inutilibus sumptibus cuiquam graves, onerosive sint: neve ipsi, aut quisquam suorum quidquam procurationis causa pro visitatione, etiam testamentorum ad pios usus, præter id, quod ex relictis piis jure debetur, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant, non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili: exceptis tamen victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, et non ultra, erunt ministranda.» (Ib.)

—Quid amplius de victualibus?

R. «Sit tamen in optione eorum qui visitantur, si malint, solvere id quod erat ab ipsis antea solvi, certa pecunia taxata, consuetum; an vero prædicta victualia subministrare: salvo item jure conventionum antiquarum cum mo-

(1) Numerus evectionum jure Decretalium taxatus erat in Lateran. III, cap. 6, *extra de censibus*. Archiepiscopo pro diversitate provinciarum et facultatum ecclesiæ dabantur 40 vel 50 *evectiones*, idest equi vel muli, Episcopis 20 ad 30, Cardinalibus 25, Archidiaconis 5 vel 7, Decanis vero duo tantum.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nasteriis, aliisve piis locis, aut ecclesiis non parochialibus inito, quod illæsum permaneat.» (Ib.)

—Quid de illis regionibus ubi visitatio gratuita est?

R. «In iis vero locis, seu provinciis, ubi consuetudo est, ut nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud à visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant, ibi id observetur.» (Ib.)

—«Quod si quisquam, quod absit, aliquid amplius in supradictis casibus omnibus accipere præsumpserit?»

R. «Is, præter dupli restitutionem, intra mensem faciendam, aliis etiam pœnis juxta Constitutionem Concilii generalis Lugdunensis, quæ incipit: *Exigit*; nec non, et aliis pœnis in Synodo provinciali arbitrio Synodi, absque ulla spe veniæ, mulctentur.» (Ib.)

—Quid Concilium Lugdunense citatum hac de re?

R. «*Exigit* perversorum audacia, ut non simus sola delictorum prohibitione contenti, sed etiam pœnam delinquentibus imponamus. Constitutionem itaque felicis recordationis Innocentii Papæ IV, prædecessoris nostri, etiam super non recipiendis in pecunia procurationibus, ac super receptione munerum visitantibus, eorumque familiaribus interdicta, quam multorum fertur temeritas præterire, volentes inviolabiliter observari, eam decernimus pœnæ adjectione juvandam: statuentes, ut universi et singuli, qui ob procurationem sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniam, vel etiam a volente recipere, vel alias constitutionem ipsam recipiendo munera, sive visitationis officio non impenso, procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occasione, violare præsumpserint, duplum ejus, quod receperint, ecclesiæ, a qua id receptum fuerit, intra mensem reddere teneantur. Alioquin ex tunc patriarchæ, archiepiscopi, episcopi duplum ipsa ultra prædictum tempus restituere differentes, ingressum sibi ecclesiæ sentiant interdictum. Inferiores vero ab officio et beneficio noverint se suspensos, quousque de duplo hujusmodi gravatis ecclesiis plenariam satisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remissione, liberalitate, seu gratia valitura.»

—Quid Metropolitanus facere tenetur si suffraganeus negligens fuerit?

R. V. Lectionem supra de Metropolitanis. (Lectio IX, pag. 41.)

—Possunt patroni in suis Ecclesiis visitare?

R. N. «Patroni vero in iis quæ ad Sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se præsumant ingerere: neque visitationi ornamentorum Ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu fabricarum proventibus immisceant, nisi quatenus id eis ex institutione, ac fundatione competat.» (Sess. XXIV, cap. 2.)

—Quis ergo hæc curabit?

R. «Sed Episcopi ipsi hæc faciant, et fabricarum redditus in usus Ecclesiæ necessarios et utiles, prout sibi expedire magis visum fuerit, expendi curent.» (Ib.)

—Potest Episcopus visitare Capitula Cathedralium etiam exempta?

R. Af. «Capitula Cathedralium, et aliarum majorum ecclesiarum, illorumque personæ, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordiis, *quæ tantum suos obligent auctores, non etiam successores*, tueri se possint, quo minus a suis Episcopis, et aliis majoribus prælatis, per se ipsos solos, vel illis, quibus sibi videbitur, adjunctis, juxta canonicas sanctiones, toties quoties opus fuerit, visitari, corrigi, et emendari, etiam auctoritate Apostolica, possint et valeant.» (Sess. VI, cap. 4).

—A quo visitari debent Ecclesiæ sæculares nullius Diœcesis?

R. «Quæ alias sub felicis rec. Paulo III (nuper in præcedenti interrogatione responsa) et nuper sub Beatissimo Domino nostro Pio IV. in hoc eodem Concilio, de adhibenda ab Ordinariis diligentia in beneficiorum, etiam exemptorum, visitatione constituta sunt, eadem etiam in iis ecclesiis sæcularibus observentur, quæ in nullius diœcesi esse dicuntur; ut ab Episcopo, cujus cathedralis ecclesia est proximior, si id constet, alioquin ab eo, qui semel in concilio provinciali a prælato loci illius electus fuerit, tamquam Sedis Apostolicæ delegato, visitentur: non obstan-

tibus privilegiis et consuetudinibus quibuscumque, etiam immemorabilibus.» (Sess. XXIV, cap. 9).

—Quænam sunt hæc constitutiones Pauli III et Pii IV?

R. Quæ in præcedentibus interrogationibus depromtæ sunt e Sess. VI, cap. 4, sub Paulo III, et Sess. XXI, cap. 8 de Ref. Regularium de qua supra cum de exemptis.

—Executio visitationis a subditis suspendi potest?

R. N. «Episcopi, ut aptius, quem regunt, populum possint in officio atque obedientia continere, in omnibus iis quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant, jus et potestatem habeant, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi ex exequendi, juxta canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac diœcesis suæ utilitate necessaria videbuntur.» (Sess. XXIV, cap. 10).

—Potest visitatio suspendi appellatione ad S. Sedem interposita?

R. N. «In his, ubi de visitatione aut morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibitio; appelatio, seu querela, etiam ad Sedem Apostolicam, interposita, executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta aut judicata fuerint, quoquo modo impediat aut suspendat.» (Ib.)

—Qua de causa non suspenduntur?

R. Quia Episcopus in visitando summarie et gubernative tantum agit in factis notoriis, non in illis quæ longum et difficile examen exigunt, quæ ad tribunal suum relinquit, ideoque potius correctiones quam veras pœnas inflingit.

—Quomodo se gerere debet Episcopus quoad visitationem capitulorum exemptorum?

R. «Statuit sancta Synodus, ut in omnibus ecclesiis cathedralibus et collegiatis decretum sub fel. rec. Paulo III. quod incipit, *Capitula Cathedralium*; observetur, non solum quando Episcopus visitaverit; sed et quoties ex officio, vel ad petitionem alicujus, contra aliquem ex contentis in dicto decreto, procedat.» (Sess. XXV, cap. 6.)

—Intelligitur «ita tamen, ut, cum extra visitationem processerit, infrascripta omnia locum habeant?»

R. Af. «Ita videlicet, ut capitulum initio cujuslibet anni eligat ex capitulo duos, de quorum consilio et assensu

Episcopus, vel ejus vicarius, tam in formando processum quam in cæteris omnibus actibus usque ad finem causæ inclusive, coram notario tamen ipsius Episcopi, et in ejus domo aut consueto tribunali, procedere teneatur.» (Ibidem). Nb.

(Cætera de Capitulorum visitatione in lectione *de appellationibus* infra require.)

—Potest Episcopus visitare beneficia unita cathedralibus et aliis?

R. «Beneficia ecclesiastica curata, quæ cathedralibus, collegiatis, seu aliis ecclesiis, vel monasteriis, beneficiis, seu collegiis, aut piis locis quibuscumque perpetuo unita, et anexa reperiuntur, ab ordinariis locorum annis singulis visitentur.» (Sess. VII, cap. 7.)

—Potest assignare illis vicarios perpetuos?

R. Af. «Qui sollicite providere procurent, ut per idoneos vicarios, *etiam perpetuos*, nisi ipsis ordinariis pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut majori, vel minori, arbitrio ipsorum ordinariorum, portione etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur, appellationibus privilegiis, exemptionibus, etiam cum judicum deputatione, et illorum inhibitionibus quibuscumque in præmissis minime suffragantibus.» (Ib.)

—Quid de visitationibus disciplina Hispanæ Eccl. peculiare habet?

R. Celebris ex hac parte est Canon 36 Concilii IV Toletani, qui in jus commune ex acceptatione generali transiit, et in Decretis continetur (C. X, q. 1, *Episcopum*) qui hæc habet. «*Episcopum* per cunctas diœceses, parochiasque suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat quo unaquæque basilica in reparatione sui indigeat. Quod si ipse aut languore detentus aut aliis occupationibus implicatus id explere nequierit, presbyteros probabiles aut diaconos mittat, qui, *ex redditus basilicarum, et reparationes et ministrantium vitam inquirant.*» Mt.

—Quid de visitatione Episcopali Hisp. leges?

R. Quatuor continentur in tit. VIII, lib. 1. Novis. Rec.

ex his prima vere Hispana et catholica est; favensque ecclesiasticæ jurisdictioni.

—Quid igitur hæc notanda lex?

R. Lata est a Joanne I, Castellæ Rege, in Comitiis apud Guadalaxara habitis, anno 1390, jubetque sub gravi pecuniæ mulcta pastoralem visitationem non præpediri (1).

—Quid in sequenti lege?

R. Hæc de juribus Episcopalibus et exactionibus visitationis causa loquitur, jubetque hos quæstus juxta synodales Diœcesanas temperari, constitutionesque ipsas et earum taxas in Supremo Castellæ Senatu approbari (2).

—Quid aliæ duæ leges?

R. Hæc latæ fuerunt a Carolo III, annis 1764 et 1769 et Hisp. Episcopis parum honorificæ sunt, nam in illis Rex *docet Ecclesiæ Doctoribus* quommodo se in diœcesum suarum visitatione gerere debeant.

Vide, speciminis gratia, initium alterius illarum (3).

—Obligatio visitandi limina Apostolorum inducta est jure Tridentino?

R. N. Nihil hac de re in Concilio.

—Quænam ejus origo?

R. Jam inducta erat jure communi (*Cap. Juxta sanctorum, dist.* 93, *in Dec.*) sub nomine Anacleti, ideoque si non Anacleti, saltem valde antiqua est.

(1) Ley III, tít. 8.°, lib. I de la Novis. Recop. «Visitar deben los Prelados á sus súbditos por corregir sus excesos, e porque libremente lo puedan hacer, mandamos, que ningunos sean osados de estorbar ni embargar la visitacion y correccion e justicia de los Prelados e sus Oficiales, en público ni en escondido etc.»

(2) «.... En cada Obispado están señalados los derechos por sus sinodales, las cuales, ántes que se publiquen, para que se reconozca si en ellas se establece alguna cosa en perjuicio de mis vasallos, se traen al Consejo, donde se manda que las vea mi fiscal... y que en las visitas que hicieren por sí ó por sus ministros en sus Diócesis, no lleven más derechos, utensilios ni otras cosas, que los que están señalados por las constituciones sinodales en cada Obispado.» (Ley IV, tit. 8.°, lib. I de la Novis. Recop. dada por Cárlos II en 1677).

(3) Como protector del Santo Concilio de Trento *no puedo ver sin desagrado* de mi piedad y celo, y de la mejor disciplina eclesiástica, que dejen de observarse algunas de sus más convenientes disposiciones, como son las que ordenan las visitas que deben hacer los propios Prelados en sus iglesias... (Ley V, tit. 8.°, lib. I de la N. R.)

Sixtus V, vix finito Tridentino Concilio, eam Episcopis imposuit, in Bulla quæ incipit *Romanus Pont.*, quin etiam hodie in juramento Episcoporum consecrandorum continetur, ut supra dictum est.

—Quæ comprehendit ista obligatio?

R. 1.° Sacras Basilicas et Apostolorum exubias devote visitare.

2.° Exhibitionem reverentiæ Rom. Pont. facere.

3.° Relationem de statu tam materiali quam formali Diœcesis.

Quommodo autem ista facienda sint describit Bened. XIV de Synodo Diœces.

—Quod temporis spatium ad hoc datur?

R. Itali trienium, Hispani, Galli et Germani quadriennium habent. Cæteris per Europam et Africam quinquennium, Asiaticis vero et cæteris remotioribus decennium datur.

—Potest fieri per procuratorem?

R. Af. Si personaliter fieri non possit, vel ægritudine, gravibus curis, vel ægestate, vel temporum angustia, aut civilis potestatis, ut antea fiebat, oppressione præpeditus sit. In hujusmodi casibus mitti potest Clericus, vel alius Romæ existens committi, qui, datis litteris, hæc omnia expleat procuratorio nomine.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO XXI.

DE SYNODO DIOECESANA ET POTESTATE EPISCOPI UTPOTE LEGISLATORIS (1).

—Quid est Synodus diœcesana?

R. Canonica congregatio quam Episcopus cum suæ diœceseos clero, præsertim Cathedrali et parochiali, cogit, ad ecclesiasticas res illius definiendas.

—Quid Tridentinum de tempore celebrationis illius?

R. «Synodi quoque diœcesanæ quotannis celebrentur.» (Sess. XXIV, cap. 2.)

—Qui ad eas cogendi?

R. «Ad quas exempti etiam omnes, qui alias, cessante exemptione, interesse deberent, nec capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur, ratione tamen parochialium, aut aliarum sæcularium ecclesiarum, etiam annexarum, debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse.» (Ib.)

—Debent ergo cogi abbates ad assistendum synodo?

R. Af. Et non solum sæculares et Collegiatarum in Hisp., sed etiam regulares non exempti, et exempti ipsi si capitulis generalibus non subduntur et alias cessante exemptione assistere deberat.

—Debent cogi dignitates et officia Cathed. Ecclesiæ?

R. Af. Habentur enim ad instar prælatorum lato sensu.

—Debet cogi vicarius generalis?

R. Af. Bened. XIV ait decere ipsum assistere, et debere etiam asistere si vocetur.

—Debent assistere vicarii foranei?

R. Af. Hi, qui ut plurimum hodiedum in Hispania archipresbyteri rurales et plebani sunt, debent assistere titulo parochorum, non vero tenetur Episcopus eos vocare, si alias simplices presbyteri sint.

—Tenetur cogi cathedrale capitulum?

---

(1). V. Benedicti XIV præclarum opus de Synodo diœcesana.

R. Hodierna praxis est ut convocetur, quin etiam juxta probabiliorem sententiam et etiam cogi potest ad assistendum, sicuti decani et aliæ dignitates cum quibus unum corpus constituunt.

—Quid vero si Synodus extra cathedralem habeatur?

R. Assistunt per deputatos, et idem dicendum de Capitulis Collegialium, si invitentur, nam horum invitatio necessaria non est, nisi alias ex pacto vel consuetudine.

—Cogendi sunt omnes qui curam habent animarum?

R. Af. Sive sæculares, sive regulares, sive parochi nomine sive rectoris, aut alio designentur.

—Cogendi sunt assistere vicarii parochorum, seu quos dicimus *tenientes*?

R. N. Quin ipsi in parochiis curam animarum gerere debent absente parocho Synodi causa, cum spirituale populi pabulum omnino desseri nequeat.

—Cogendi sunt simplices presbyteri et beneficiarii?

R. N. Nisi alias ex consuetudine fiat, vel intimanda sint præcepta quæ universum clerum spectent.

—Debent invitari laici?

R. N. Nisi ex consuetudine, privilegio vel pacto, propter rationes, quæ supra de Conciliis.

—Quid ulterius Concilium erga obedientiam Rom. Pont. præstandam et errorum condemnationem?

R. Cum hæc præscripsisset facienda in Concilio provinciali (V. supra Lect. II de Conciliis provincialibus) subjunxit deinceps: «Cæteri vero omnes, sive in præsenti, sive in futurum beneficia ecclesiastica habituri, et qui in Synodo diœcesana convenire debent, idem, ut supra, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, faciant et observent: alias secundum formam sacrorum canonum puniantur.» (Sess. XXV, cap. 2).

—Quænam est hæc pœna?

R. Post canonicas monitiones et declaratam contumatiam, excommunicationis gladio utendum est, ut contra prælatos ipsos in dicto capite animadvertitur.

—Quænam fuerunt causæ hujus ommissionis a sæculo XVII?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. 1.° Frequentes cum exemptis lites et subsequentia jurgia.

2.° Oppresio civilis potestatis, quæ plus æquo se in constitutionum synodalium explicatione et gestione ingerebat.

3.° Doctrinæ laxæ aliquorum Jurisperitorum, qui earum celebrationem parvipendebant.

—Qui actus oppressionis citari possunt?

R. Comitia generalia anno 1583 apud Matritum habita, contendebant, et a Rege petebant, ut in synodis syndici municipales admitterentur.

Anno 1786 jubetur ut constitutiones Synodales non nisi cum approbatione Supremi Castellæ Senatus evulgentur.

—Celebrantur hodie Synodi in Hisp.?

R. Af. Eas cogit Gerundensis Episcopus fere quotannis, magna cum ecclesiæ suæ utilitate et gloria (1).

—Quid hac de re in nupera conventione?

R. In articulo 19 concordiæ superaditæ anno 1859, et quæ a die 4 Aprilis 1860 legis vigorem habet, Hispanum gubernium pollicetur ulterius obstacula non adhibiturum ad celebrationem diœcesanarum Synodorum (2).

—Convocatio Synodi Diœces. est obligatoria?

R. Af. Episcopus enim per se vel per alium potest Synodum cogere, sed Trid. Synodus imperative, non potestative loquitur «*quotannis celebrentur.*»

—Quid contra negligentes faciendum?

R. «Quod si in his tam Metropolitani quam Episcopi, et alii supradicti negligentes fuerint, pœnas sacris canonibus sancitas incurrant.» (Sess. XXIV, cap. 2).

—Quænam est hæc pœna a Concilio renovata?

R. Pro negligentia assistentiæ Concilio provinciali ci-

(1) Collectio Constitutionum synodalium Gerundesis Diœcesis in pretio habetur inter Juris Canonici peritos, et commentariis donata est a J. C. Margarit.

(2) Art. 19. El Gobierno de S. M., correspondiendo á los deseos de la Santa Sede, y queriendo dar un nuevo testimonio de su firme disposicion á promover, no solo los intereses materiales, sino tambien los espirituales de la Iglesia, declara, que no pondrá óbice á la celebracion de los Concilios Diocesanos cuando los respectivos Prelados estimen conveniente convocarlos.

tatur canon Tarraconensis: «*Si quis Episcopus*» suo loco dictus. (Lect. XI, fol. 52).

Pro inobservantia vel negligentia in celebratione diœcesanæ Synodi datur Episcopo recursus ad S. Congregationem Concilii.»

—Synodus diœcesana indiget Apostol. confirmatione?

R. Neg. Sacra Congr. Concilii respondit se non consuevisse revidere et approbare nisi Synodos provinciales ex Constit. Sixti V, ut ait Ben. XIV.

—Sunt aliæ etiam Synodi in Hispania?

R. Congregatio Synodalium ad examinandos Clericos, et etiam ad librorum prohibendorum examen, vulgariter dicitur Synodus, unde ex usu solet distingui in Synodum majorem, seu propriam, et synodum minorem, seu improprie dictam.

—Episcopus potest leges ferre pro sua diœcesi etiam absque Synodo?

R. Af. Nam vis obligandi ab Episcopo provenit, non vero a Synodo, ideoque potest ipse, inconsulta Synodo et etiam Capitulo, eas abrogare, mitigare, reformare, interpretari vel in earum observantia dispensare. Melius tamen et prudentius est in his tam gravibus cum omnium ad quos interest consilio agere, vel saltem eos audire, præsertim in æconomicis et pecuniariis.

—Quid hac de re pseudosynodus Pistoriensis?

R. Tres errores emissit, qui quidem in propositionibus IX, X et XI Bullæ *Auctorem Fidei* damnati sunt.

—Qui ergo sunt errores illi?

R. In Epistola convocatoria hic error continebatur: «Reformationem abusuum circa ecclesiasticam disciplinam in Synodis diœcesanis *ab Episcopo ut parochis æqualiter* pendere: ac sine libertate decissionis indebitam fore subjectionem suggestionibus et jussionibus episcoporum.»

Doctrina quæ hæc statuit declarata est falsa, temeraria, episcopalis auctoritatis læsiva, regiminis hierarchici subversiva, favens hæresi arianæ a Calvino innovatæ. Nb.

—Quid in decima propositione damnatur?

R. «Item doctrina qua *parochi, aliive sacerdotes in Synodo congregati pronuntiantur una cum Episcopo judices*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fidei, et simul innuitur juditium in causis fidei ipsis competere jure proprio, et quidem etiam per ordinationem accepto, declaratur falsa, temeraria, ordinis hierarchici subversiva, detrahens firmitati definitionum, juditiorumve dogmaticorum ecclesiæ, ad minus erronea.

—«Decreta, aut definitiones, aut sententiæ etiam majorum sedium non acceptarentur nisi recognitæ fuissent et approbatæ ab Synodo Diœcesana?»

R. «Sententia enuntians veteri majorum instituto ab apostolicis temporibus ducto per meliora ecclesiæ sæcula servato receptum fuisse, (*hoc quod in interrogatione dicitur*) *declaratur* falsa, temeraria, derogans pro sua generalitate obedientiæ debitæ constitutionibus Apostolicis, tum et sententiis ab hierarchica superiore legitima potestate manantibus, schisma fovens et hæresim.»

—Romanus Pontifex tenebatur etiam agere et procedere synodaliter ad constitutiones suas aliis ecclesiis scribendas, ita ut saltem Romanam Synodum cogeret?

R. N. Quamvis hoc a pluribus jansenistis præteriti sæculi dictum fuerit velut inconcussum. Contrarium patet ex Epistola Hilarii Papæ ad Ascanium Tarraconensem Metropolitanum; Romanus enim Pontifex Synodum audivit, sed ejus sententiam contra Silvanum Calagurritanum Antistitem sequi noluit, quin e contra benigne temperavit. Ergo audiebat quia volebat, sententiamque pro voluntate ferebat.

LECTIO XXII.

DE HONORIBUS EPISCOPO DEBITIS.

—Quænam in his generalis regula?

R. Servatur in hoc quæ in cap. 6, Sess. XXV, lata est. «Episcopis præterea ubique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est; eisque in choro et in capitulo, in processionibus et aliis actibus publicis sit prima sedes, et locus, quem ipsi elegerint, et præcipua omnium rerum agendarum auctoritas.» Mt.

—Quid præcipit Syn. Episcopis ut ipsis extra Ecclesiam debitus honos servetur?

R. Ut morum gravitate suam dignitatem commendent, nec cum Regum ministris indigna demissione se gerant prout tunc temporis ab aliquibus Episcopis fiebat.

—Quænam Concilii verba?

R. «Non potest sancta Synodus non graviter dolere, audiens Episcopos aliquos, sui status oblitos, pontificiam dignitatem non leviter dehonestare; qui cum regum ministris, regulis, et baronibus in ecclesia et extra, indecenti quadam demissione se gerunt, et veluti inferiores ministri altaris, nimis indigne non solum loco cedunt, sed etiam personaliter illis inserviunt.» (Sess. XXV, cap. 17.)

—Quid de his amplius?

R. «Hæc et similia detestans sancta Synodus, sacros canones omnes, conciliaque generalia, atque alias apostolicas sanctiones ad dignitatis episcopalis decorem et gravitatem pertinentes renovando, præcipit, ut ab hujusmodi in posterum Episcopi se abstineant; mandans eisdem, ut tam in ecclesia, quam foris suum gradum et ordinem præ oculis habentes, ubique se patres, et pastores esse meminerint.» (Ib.)

—Obstant hæc ut principibus et eorum ministris debitum obsequium in civilibus prosequatur?

R. N. Quin imo subjungit «reliquis vero tam principibus, quam cæteris omnibus, ut eos paterno honore ac debita reverentia prosequantur.» (Ib.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quos sacros canones his verbis innovavit S. Syn?

R. Quæ in Decreto continentur, nempe *Episcopus in Ecclesia*, et alia hujusmodi ac præcipue Decret. cap. *Solicitæ* de *Majoritate et obedientia*.

—Quid hac de re Hispani Canones?

R. Citari solet in commentariis Canon VI Brac. Concilii I (1): «Item placuit ut conservato Metropolitano Episcopi primatu, cæteri Episcoporum secundum suæ ordinationis tempus, alius alio sedendi deferat locum.»

—Injunxit etiam Concilium Principibus debitam erga Episcopos reverentiam?

R. Af. Canone de immunitate Ecclesiæ, de qua suo loco dicetur his nitidissimis verbis. «Cupiens sancta Synodus ecclesiasticam disciplinam in christiano populo non solum restitui, sed etiam perpetuo sartam tectam a quibuscumque impedimentis conservari; præter ea quæ de ecclesiasticis personis constituit, sæculares quoque principes officii sui admonendos esse censuit, confidens eos, ut catholicos, quos Deus sanctæ fidei Ecclesiæque protectores esse voluit, jus suum Ecclesiæ restitui, non tantum esse concessuros, sed etiam subditos suos omnes ad debitam erga clerum, parochos et superiores ordines reverentiam revocaturos.» (Sess. XXV, cap. 20.)

—Quid de Cæremoniali Episcoporum continetur in Bulla *Apostolici Ministerii*?

R. «Episcopi insuper abusus omnes, qui in ecclesiis aut sæcularibus, aut regularibus contra præscriptum Cæremonialis Episcoporum et Ritualis Romani, vel rubricas Missalis et Breviarii irrepserint, studeant omnino removere, et si adversus ea quæ in dicto Cæremoniali statuta sunt consuetudinem etiam immemorabilem allegari contingat, postquam recognoverit, aut eam non satis probari, aut etiam probatam suffragari, utpote irrationabilem de jure non posse executioni eorum quæ in dicto Cæremoniali constituta sunt diligenter incumbat, nec ulla suspensiva appellatio admittatur.» (Art. 20.)

(1) Citatum video in notulis ad Tridentinum Concilium appositis Canonem XXIV Brac. 1. Ego autem cum in Bracharensi 22 Canones tantum inveniam de quo loquantur nescio.

—Quid Noviss. Recopil. leges de honoribus Episcopis ex Cæremoniali Rom. debitis?

R. Cum Senatus municipii Murciani obstitisset Card. Belluga ne sedem et pulvinar in processione SSmi. Corporis Christi post se et ad ostentationem adsportari faceret, latum est decretum a Philippo V, Castellæ Senatu Consulto, anno 1720, ut municipalis curia severe corriperetur, et ulterius non liceret hac de re litem movere contra dispositionem Cæremonialis (1).

Cum vero hoc decretum in Noviss. Recop., anno 1803 compilatum fuerit, in generalem legem pro omni Hispania evasit.

—Quænam ad Episcopalis decoris sustentationem hodiernis legibus præscribuntur.

R. Pensio unicuique prælato pro ecclesiæ majestate et aliis territorii circunstantiis solvenda in novis. convent. art. 31 taxatur: eas hic minutim describere supervacaneum videtur.

—Quid de Episcopalibus aulis et hortis?

R. In eodem art. sic dicitur: «Gaudebunt insuper Archiepiscopi et Episcopi suis palatiis, pomariis, hortis, aut ædibus, quæ in qualibet diœcesis parte ipsorum usui ac solatio destinatæ et minime alienatæ fuerint.» (Ib.)

—Hi redditus et pensiones minui possunt aut deductionibus gravari?

R. N. Ait enim ipsa conv. ipsoque in loco: «Hujusmodi redditus nullam prorsus deductionem patientur, neque ob sumptus bullarum, quos gubernium in se recipiet, neque ob alios qui in Hispania pro his ocurrerint.» (Ib.)

—Quid eadem conventio de Episcopali decore servando?

(1) «La ciudad de Murcia, á dicho Cardenal Obispo de Cartagena y demas prelados sus sucesores que por tiempo fueren de aquella iglesia, no se opusiese ni les impida que en la procesion del Corpus y otras cualesquiera, asistiendo ó no la ciudad, lleve silla y almohada, con los demas aparatos, conforme al Ritual Romano y declaraciones de la Sagrada Congregacion de ritos...; y por punto general se despache Real cédula en esta misma conformidad, *para que en todas las ciudades* del Reino no se haga oposicion alguna á los Obispos sobre esta ceremonia eclesiástica.» (Ley 2.ª, tít. VIII, libro 1.º)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

R. «Archiepiscoporum et Episcoporum erit convocare Capitulum eique præsse quoties id expedire censuerint, itemque præsse experimentis, seu concursibus, pro his præbendis quæ hac servata forma conferuntur.» (Concord. art. 14.)

—Quis illis locus in his actibus?

R. «In his ac cæteris quibuscumque actibus erit semper eisdem Præsulibus prima sedes, quin privilegium aut contrarius usus ullimode obstent; atque ea cum illis honoris et obsequii ratio servabitur, quæ sacræ ipsorum dignitati et principatui ecclesiæ ac capituli, quem gerunt, debetur.»

—Habent votum in capitulo?

R. Af. «Quotiescumque capitulo præsint vocem et votum in iis omnibus negotiis habebunt, quæ eorum personam directe non afficiant, ac præterea, ubi capitularium suffragia sunt paria, Episcopi votum rem definiet.» (Ib.) Mt.

—Quot suffragia Episcopo debentur?

R. «In qualibet personarum electione seu nominatione ad capitulum spectant, prout capitulares fuerint sexdecim, viginti aut supra tria, quatuor vel quinque vota habebit Episcopus.» (Ib.) Mt.

LECTIO XXIII.

DE VITIORUM ET ERRORUM CORREPTIONE, MALORUMQUE LIBRORUM PROHIBITIONE.

—De morum correctione egit libere S. Synodus?

R. Af. «Nam ut ait confirmationis Bulla «Etiam de rebus Sedi Apostolicæ proprie reservatis liberum ipsi Concilio arbitrium per litteras, ad Legatos nostros scriptas, ultro permiserimus, quæ de Sacramentis, et aliis rebus, quæ quidem necessariæ visæ sint, tractanda, definienda, et statuenda restabant, ad confutandas hæreses, *ad tollendos abusus*, *et emendandos mores*, a sacrosancta Synodo *summa libertate* diligentiaque tractata, et accurate ac mature admodum definita, explicata, et statuta sunt.»

—In qua Concilii parte de morum correctione præsertim agitur?

R. In Sess. XIV, in qua de pœnitentiæ et Extremæ Unctionis Sacramentis, et etiam de operibus satisfactionis pretiosus Theologicus tractatus scribitur.

—Vitiorum, pravorumque morum correctio est pars Episcopalis curæ?

R. Af. Ait enim Concilium in prœmio ipso decretorum de Reformatione, in hac dicta Sessione XIV: «Cum proprie Episcoporum munus sit, subditorum omnium vitia redarguere; hoc illis præcipue cavendum erit; ne clerici, præsertim ad animarum curam constituti, criminosi sint, neve inhonestam vitam, ipsis conniventibus, ducant.» Mt.

—Quas ad hæc S. Syn. rationes adhibet?

R. «Nam si eos pravis et corruptis moribus esse permittant; quo pacto laicos de ipsorum vitiis redarguent. qui uno ad eis sermone convinci possent, quod Clericos ipsis patiantur esse deteriores? Qua etiam libertate laicos corripere poterunt Sacerdotes; cum tacite sibi ipsi respondeant, eadem se admisisse quæ corripiunt? Monebunt propterea Episcopi suos clericos, in quocumque ordine fuerint, ut conversatione, sermone et scientia commisso sibi Dei populo præeant; memores ejus quod scriptum est: Sancti estote, quia et ego sanctus sum. Et justa Apostoli vocem: Nemini dent ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium eorum; sed in omnibus exhibeant se sicut ministros Dei; ne illud Prophetæ dictum impleatur in eis: Sacerdotes Dei contaminant sancta, et reprobant legem.» (Ib.)

—Potest quilibet absolvere a quocumque delicto, etiamsi ordinaria vel delegata jurisdictione careat?

R. N. «Quoniam igitur natura et ratio judicii illud exposcit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur; persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, et verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet jurisdictionem.» (Sess. XIV, cap. VII).

—Casuum reservatio legitima est juxta Trid. disciplinam?

R. Af. Patetque ex verbis sequentibus, quidquid in contrarium jansenistæ jactitaverint: «Magnopere vero ad

christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis Patribus nostris visum est, ut atrociora quædam et graviora crimina non a quibusvis, sed a summis dumtaxat sacerdotibus, absolverentur, unde merito Pontifices Max. pro suprema potestate sibi in Ecclesia universa tradita, *causas aliquas criminum graviores suo potuerunt peculiari judicio reservare.*» (Ib.)

—Hac etiam potestate Episcopi pollent?

R. Af. Subjungit enim S. Syn.: «Neque dubitandum est, quando omnia, quæ a Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem Episcopis omnibus in sua cuique diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem, liceat, pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes auctoritate, præsertim quoad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delictorum reservationem, consonum est divinæ auctoritati, non tantum in externa politia, sed etiam coram Deo vim habere.» (Ib.) (1)

—Quid verumtamen pie admodum ne hac ipsa occasione aliquis pereat in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit?

R. «Ut nulla sit reservatio in articulo mortis: atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusvis peccatis, et censuris absolvere possunt: extra quem articulum Sacerdotes, cum nihil possint in casibus reservatis, id unum pœnitentibus persuadere nitantur, ut ad Superiores, et legitimos judices pro beneficio absolutionis accedant.»

—Consonant huic dispositioni antiqui nostri Canones?

R. Af. Concilium enim Toletanum XI, quod de morum correctione præcipue tractat, canone suo 12 idem decrevit, cum doceret «*qualiter agendum cum pœnitente in mortis periculo,*» citatque verba S. Leonis, quæ in Decretis continentur: (*Causa* 26, quæst. 6. *His qui tempore*).

—Licet Episcopis dispensare et absolvere in aliquibus casibus et irregularitatibus?

R. Af. Et patet ex cap. 6. Sess. XXIV de Ref.; sed de his infra in lectione de irregularitatibus.

(1) Reservatos in Hispania Synodales casus vide in Supplemmento ad Dictionnarium Ab. Bergier, fol. 841, et in Historia nostra Eccles. Hispanæ, vol. IV.

—Licet etiam Episcopis dispensare et absolvere in hæresis crimine?

R. Af. Ait enim Concilium citato capite: «Idem et in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantum, *non eorum vicariis*, sit permissum.» Nb.

—Potest aliquis etiam regularis vel cum privilegio Apostolico prædicare in diœcesi inconsulto Episcopo?

R. V. infra cum de exemptis loquetur.

—Quid vero si regularis vel exemptus errores prædicaverit?

R. «Si vero, quod absit, prædicator errores aut scandala disseminaverit in populum, etiamsi in monasterio sui vel alter ius ordinis prædicet; Episcopus ei prædicationem interdicat.» (Sess. V, cap. 2.) Mt.

—«Quod si hæreses prædicaverit?

R. «Contra eum, secundum juris dispositionem, aut loci consuetudinem, procedat; etiam si prædicator ipse generali, vel speciali privilegio exemptum se esse prætenderet; quo casu Episcopus auctoritate Apostolica, et tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, procedat. Curent autem Episcopi, ne quis prædicator, vel ex falsis informationibus, vel alias calumniose vexetur, justamve de eis conquerendi occasionem habeat.» (Ib.) Nb.

—Quid contra hæreticos facere tenetur Episcopus?

R. Erroris condemnandi et errantis corrigendi modum et processum vide infra cum de ecclesiasticis juditiis. Idem etiam contra publicos criminosos vel scandala ferentes in populis, quorum delictorum pœnæ suo loco dicentur.

—Quid vero si errores calamo vel typis evulgentur?

R. Episcopus et verbo et scripto, per se vel per alios judicat, arguit, damnat incunctanter, jure proprio et etiam impetrato auxilio sæcularis brachii, si leges patiantur.

—Potest Ecclesia proprio jure pernitiosos libros comburere?

R. Af. Paulus enim ad comburendos pravarum artium libros a nullo apud Ephesum licentiam expetivit: «Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros *et combusserunt coram omnibus.*» (Act. cap. 19, v. 19.) Mt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Possunt vero libri præripi contra voluntatem dominorum suorum?

R. N. Nisi eorum possesor ecclesiæ subditus sit: ideoque et leges populi, et relationes Statum inter et Ecclesiam, et conditio personæ spectandæ sunt.

In Hispania, vero ex antiquis legibus et ex art. 2. noviss. Convent. jam citato, ordinariæ jurisdictioni sæcularis brachii auxilium ad malorum librorum extinctionem impertiri jussum est.

—Est idem librum damnare ac eum prohibere?

R. N. Damnantur enim pravi, sed prohiberi possunt etiam boni, si alias aliquod præjuditium pariant. Sic ex. gr. lectio Cantici Canticorum prohibebatur adolescentibus, et etiam lectio versionum Sacræ Bibliæ in vulgari lingua prohibetur vulgo et indiscriminatim cuilibet concedi, et patet ex regula IV de libris prohibitis.

—A quibus hæc regulæ concinnate fuerunt?

R. A Patribus ipsis Tridentinis, ad id opus delectis, sed approbatæ et publicatæ a Pio IV, die 24 Martii, anni 1564, in Constitutione quæ incipit *Dominici gregis custodiæ.*

—Quot sunt hæc regulæ?

R. Decem, quas quidem cum valde longæ sint ad calcem libri in appendicibus require.

—Licet libros obscænos vel superstitiosos retinere?

R. N. Nec Episcopis ipsis sine speciali licentia, et data causa.

—Possunt aliqui libri aliqua parum pura continentes asservari?

R. Af. «Antiqui vero (*libri*) ab Ethnicis conscripti propter sermonis elegantiam et proprietatem permittuntur: *nulla tamen ratione pueris prælegendi erunt.*» (Reg. VII de libris prohibitis). Hoc autem non oblivioni tradendum est in disputationibus de *usu clasicorum latinorum in scholis.*

—Quænam Episcopis facultates a Rom. Pont. ex Trid. Decretis hac de causa donantur?

R. «*Omnibus fidelibus præcipitur* (Nb.) nequis audeat contra harum regularum præscriptum, aut hujus indicis prohibitionem libros aliquos legere aut habere. Quod si quis

libros hæreticorum, vel cujusvis auctoris scripta ob hæresim vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata atque prohibita, legerit sive habuerit, statim in excommunicationis sententiam incurrat. Qui vero libros alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, *præter mortalis peccati reatum, quo afficitur, judicio Episcoporum severe puniatur.*»

—Hæc facultas est hodie in Hispania Episcopis omnino expedita?

R. Af. Extincto enim Sancti Offitii speciali et privilegiato Tribunali, Apostolica et Regia auctoritate fulcito, ab anno 1820, et non restaurato anno 1824, Episcopis devolutæ fuerunt, ipso facto omnimodæ facultates quas habebant jure communi, nam antea et ipsi Episcopi Tribunali Sancti Offitii subjacebant.

—Sunt etiam aliæ regulæ ad librorum examen vel prohibitionem?

R. Af. Et quidem valde notabiles ad aliarum decem regularum explicationem ab Alexandro VII et Clemente VII latæ sunt: aliæ etiam nitidissimæ a Clemente VIII promulgatæ fuerunt ad usum eorum qui libris tam corrigendis, quam prohibendis operam navant.

—Quibus nominibus seu qualificationibus inuruntur et libri mali et propositiones in illis damnandæ?

R. Dicuntur «propositiones hæreticæ, erroneæ, hæresim sapientes, scandalosæ, piarum aurium offensivæ, temerariæ, schismaticæ, seditiosæ et blasphemæ.»

—Quæ aliæ prohibentur etiam?

R. Illæ etiam quæ sunt contra Sacramentorum ritus et consuetudinem S. R. Ec., prophanæ novitates vocum ad fallendum catholicos invectæ Nb. pro pseudophilosophis nuperis) verba etiam dubia et ambiguæ ad fallendos catholicos apta, sententiæ S. Scripturæ infideliter prolatæ, verba hæreticis honorifica, quæ paganismum redolent, quæ bonæ proximorum famæ noxia sunt, quæ tyrannidem ex gentilium placitis favent et alia hujusmodi (1).

(1) V. in capite indicis librorum prohibitorum, cujus ultima editio facta est Romæ anno 1841. Eas etiam require, casu necessitatis, ad calcem comment. Jo. Gallemart.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quænam denuo de librorum ab ordinariis censura præ oculis habenda sunt?

R. Præcepta a Benedicto XIV in sua percelebri Bulla, quæ incipit *Sollicita ac provida*, anno 1753 lata (1), in qua narrat modum procedendi in Sacris Congregationibus, Inquisitionis et Indicis.

—Quænam inter plura in hac Bulla notanda?

R. 1.° Ut audiatur auctor libri, 2.° ut integer liber legatur, 3.° ut ambigua a catholicis scriptoribus dicta benigne intelligantur, 4.° ut a conviciis Doctores et scholastici mutuo abstineant.

—Hæc autem constitutio a censoribus omnibus servari debet?

R. Quamvis S. Sedes eam Sacræ Indicis Congregationi pro librorum censura direxerit, tamen certum est in praxi eam præ oculis a J. Cons. haberi, et habere deberi.

LECTIO XXIV.

DE EPISCOPIS COADJUTORIBUS (2).

—Quis dicitur coadjutor Episcopi?

R. Clericus qui Episcopo proprio in Diœcesis regimine opem præbet.

—Quotuplex est coadjutoria?

R. 1.° Duplex temporalis et perpetua.—2.° Sine successione et cum futura successione; quæ quidem aliquando inter se conveniunt, nam temporalis sine successione, perpetua vero, ut plurimum, cum successione datur.

—Coadjutores episcoporum sunt antiqui in Ecclesia?

R. Af. Augustinus enim coadjutor fuit Valerii Hipponensis Episcopi, quod postea vehementer doluit.

---

(1) V. in fronte indicis librorum prohibitorum supra citati, et etiam inter Constitutiones selectas Bened. XIV, Matriti editas.

(2) Argüelles, D. Juan Man., disertacion histórico teológica sobre los Obispos titulares y auxiliares. Madrid, 1765: 1 vol. 4.°

—Qua de causa coadjutoriæ male videbantur?

R. Quia speciem habebant hæreditariæ successionis, quas quidem semper abhorruit Ecclesia, ut patet in designatione Irinei Barchinonensis a Rom. Pont. anullata (1).

—Est idem Episcopus coadjutor et auxiliaris?

R. Jure communi vix distinguuntur, nec juris Canonici periti nisi de coadjutoribus mentionem faciunt.

—Quænam ergo differentia, saltem in nostra disciplina?

R. 1.° Coadjutor datur Episcopo impedito præ senectute, ægritudine vel incapacitate intellectuali aut morali, unde cessante hac causa tollitur coadjutoriæ effectus. Auxiliaris vero datur Episcopo sano et bene valenti, qui diœcesim valde extensam habet, ita ut pastorale munus in ea vix exercere valeat, nec sufficiat vicarios et visitatores nominare, hi enim pontificalia exercere nequeunt.

2.° Coadjutor, si perpetuus est, datur ut plurimum cum futura successione, Auxiliaris e contra hanc non habet, unde mortuo vel translato Episcopo proprio, ejus Auxiliaris cessat ipso facto.

3.° Coadjutor datus Episcopo detento, mente capto vel alias incapaci, agit per omnem Diœcesim, et in omnibus ut Episcopus proprius, et quæ ad hunc pertinent omnino explet, e contra Auxiliaris non agit nisi ex delegatione et in territorio sibi commisso.

4.° Ex noviss. nostra conventione sunt etiam in Hispania Episcopi Auxiliares perpetuam jurisdictionem habentes.

—Quid de coadjutoribus sancivit Tridentina Syn.?

R. Disciplinam antiquam Ecclesiæ sequens, coadjuto-

---

(1) Patet ex Epistola Ascanii Tarraconensis Metropolitani ad Hilarium Papam, Nundinarium Episcopum Barchinonensem, e vivis excedentem, propuisse coepiscopis comprovincialibus ut ipsi Ireneus Episcopus in Sede succederet Barchinonensi, quem antea in Diœcesi coadjutorem habuerat, ut patet ex verbis «*quem* ipse antea in diœcesi sua, *nobis volentibus* constituerat.»

Ascanio rescribit Hilarius Papa: «Unde remoto ab Ecclesia Barcinonensi atque ad suam remmisso Ireneo Episcopo... Talis protinus de clero proprio Barcinonensibus Episcopus ordinetur, qualem te præcipue, Frater Ascani, oporteat eligere et deceat, consecrare... *Neque Episcopalis honor hæreditarium jus putetur*, quod nobis solum Dei nostri benignitate Christi confertur.»

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rum usum reprobavit, tam pro beneficiis majoribus quam minoribus, his verbis. «Cum in beneficiis ecclesiasticis ea, quæ hereditariæ succesionis imaginem referunt, sacris constitutionibus sint odiosa, et Patrum decretis contraria; nemini in posterum accessus, aut regresus, etiam de consensu, ad beneficium ecclesiasticum cujuscumque qualitatis concedatur: nec hactenus concessi suspendantur, extendantur aut transferantur. Hocque decretum in quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, ac etiam cathedralibus ecclesiis, ac in quibuscumque personis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, locum habeat.» (Sess. XXV, de Ref. cap. 7). Mt.

—Quid de coadjutoribus cum futura successione?

R. «In Coadjutoris quoque cum futura successione idem posthac observetur, ut nemini in quibuscumque beneficiis ecclesiasticis permittantur.» (Ib.) Mt.

—Datur autem aliqua exceptio?

R. Af. Sed cum restrictione et reservatione ad S. S. «Quod si quando ecclesiæ cathedralis, aut monasterii urgens necessitas, aut evidens utilitas postulet Prælato dari Coadjutorem; is non alias cum futura successione detur, quam hæc causa prius diligenter a Sanctissimo Romano Pontifice sit cognita, et qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quæ a jure, et decretis hujus sanctæ Synodi in Episcopis et Prælatis requiruntur; alias concessiones, super his factæ, subreptitiæ esse censeantur.» (Ib.)

—Quo titulo donantur Episcopi Coadjutores vel Auxiliares?

R. Titulus Episcopalis in partibus infidelium ipsis a Rom. Pont. confertur ad hujus libitum.

—Possunt Reges Hispaniæ præsentare Episcopos Coadjutores vel Auxiliares pro ecclesiis Hispaniæ?

R. N. Nam titulus quem ad nutum suum conferet Rom. Pont. non est Regii Patronatus, cum ecclesiæ in partibus infidelium non subsint Hispanæ ditioni. Hac de causa non fit vera præsentatio, sed mera supplicatio.

—Quænam ergo in hac parte disciplina?

R. Episcopus qui Auxiliarem indiget Regem simul et Pontificem adit, necessitatem exponens, et utraque obtenta

venia tres viros idoneos Regi proponit (1). Reg. M. unum illorum eligit et S. Sedi nomen illius exhibet. Informationes et cætera omnia fiunt eodem modo ac si pro aliqua Diœcesi præsentatus esset, parique modo in Consistorio præconizatur titulo ecclesiæ in partibus infidelium, quam ei Rom. Pont. conferre voluerit.

—Qua de causa in hac nominatione consulendus Episcopus proprius?

R. Quia ipsius vices gerere debet, ideoque nec ipso ingrato, nec Rege inconsulto Auxiliaris datur?

—Qua de causa in hac nominatione agere debet Rom. Pont.?

R. Quia ex S. Syn. est causa illi reservata, ut supra dictum est; eratque etiam ante Tridentinum, nam illius tantum erat ecclesiarum *in partibus* titulos dare.

—Potest Papa dare Coadjutorem et Auxiliarem etiam renuente Episcopo?

R. Af. Et præsertim in casibus incapacitatis moralis aut intellectualis, vel pravæ administrationis.

—Qua de causa in hac nominatione consulendus Rex?

R. Quia est Ecclesiæ Patronus in qua deservire debet auxiliaris electus, ipsique debet honores et redditus impendere, quod etiam ipso inconsulto fieri non debet.

—Quo nomine ante Tridentinum Episcopi sive Coadjutores sive Auxiliares appellabantur?

R. Ut plurimum dicebantur *Episcopi Visitatores* et *Episcopi Vicarii* (2). Horum frequens exemplum in diœcesanis cronicis sæculorum XV et XVI habemus.

---

(1) Circular de la Cámara de 17 de Marzo de 1770: hæc vero schedula, quæ undequaque citatur, hodie in tabullario Ministerii Gratiæ et Justitiæ desideratur.

(2) Inter hos mentionem specialem merentur sequentes.

Jacobus Petri (Jayme Perez) Episcopus Christopolitanus, Auxiliaris Card. Roderici de Borja, Archiep. Valentini, postea Rom. Pont. sub titulo Alexandri VI. (Villanueva, viaje lit. tomo 1.°, pág. 215.)

Fr. Guillermus Serra, Episcopus Hipponensis, Visitator Turiasonensis Diœcesis pro Dno. Guill. Raymundo Moncada, sæc. XV.

Fr. Lupus Marco, Abbas Verolensis, Episcopus Uticensis, Vi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid de auxiliaribus Episcopis in nostra novissima disciplina?

R. Notanda valde quæ in nupera convent. sancita est, nam per eam differentia coadjutores inter et auxiliares sancitur, quin etiam hi apud Septam et Nivariam (*Ceuta* y *Tenerife*) perpetui evadunt, cum utraque diœcesis Gaditanæ Sedi prima, Canariensi secunda unienda sit.

—Quid ergo in hac noviss. convent. hac de re agitur?

R. «Quod si accuratior alicujus Diœcesis administratio *Episcopum Auxiliarem* exposcat, hujusmodi necessitati consueta forma canonica ocurretur...»

«Septæ autem et Nivariæ Episcopi Auxiliares statim constituentur.» (Art. V.)

—Quibus in diœcesibus Hispanis ut plurimum Auxiliares nominantur?

R. Apud Toletanam, Hispalensem et Compostellanam Metropolitanas Ecclesias, quod quidem necessitatis non honoris causa fit; cum harum diœcessum territorium et nimis amplum et pluribus negotiis ac litibus implicatum esse agnoscatur.

LECTIO XXV.

DE CURIA EPISCOPALI.

—Quid Curiæ Episcopalis nomine intelligimus?

R. Collectionem personarum quæ Episcopo, pro expediendis jurisdictionis suæ negotiis, assistunt.

Curiæ vox varias significationes habet, summitur enim pro comitatu Principis: sic dicimus curiam Regiam (*la Corte*). Summitur etiam pro tribunalibus eorumque ministris et auxiliaribus, quo sensu notarios, procuratores ac etiam judices ipsos *curiales* dicimus.

---

carius Dni. Ferdinandi ab Aragonia, Archiepiscopi Cæsaraugustani, versus 1550-1560.

Nicolaus Sanctii de Cifuentes, Capellanus Major in Toletana Ecclesia, Visitator Oxomensis pro Episcopo D. Roberto de Moza.

Hoc præcipue sensu illa vox usurpatur cum de Episcopali Curia loquimur.

—Habet ergo Episcopus Curiam ut Rom. Pont.?

R. Af. De majori ad minorem, et si licet exemplis in parvo grandibus uti. Nam sicut ille habet consistorium Cardinalium, hic Canonicorum capitulum.

Sicuti ille Congregationes Cardinalitias vel sub Cardinalium directione, hic etiam pro sua Diœcesi commissiones habet canonicorum, ut dicetur infra.

Sicuti ille habet Tribunal Rotæ, et signaturas in Curia justitiæ, hic habet suum Tribunal pro jurisdictioné tam contentiosa quam voluntaria et gratiosa.

Sicuti ille habet Datariam, Cancellariam, et Secretariam Brevium, hic habet etiam Cancellariam Episcopalem (*Secretaría de Cámara*) archivium, et alias minores officinas ad redditus et ecclesiæ computos, quæ quidem, etiamsi exiguæ sint respectu Romanæ Curiæ, servata distantia de maximo ad minorem, de Ecclesia universa ad privatam ecclesiam seu diœcesim; attamen gratum offerunt spectaculum mirificæ constitutionis et ecclesiasticæ armoniæ, in qua nihil inordinatum reperitur.

—Ergo hæc decantata divisio hodiernæ administrationis in generalem, provincialem et municipalem nihil novi Ecclesiæ offert?

R. Neg. Sed e contra vetustissima est in Ecclesia, quæ habet regimen universalis Ecclesiæ sub Romano Pontifice, provincialis, sub nomine Diœcesis, Episcopo commissæ, municipalis sub directione presbyteri cui parochia committitur; ut plurimum una uni municipio.

En ergo Ecclesiæ universalis, particularis et localis administrativum regimen. Sed nec in juditialibus Ecclesia quidquam ab Statu mutuare indiget, quin e contra Status ab Ecclesia in his didicit, ut suo loco dicetur.

—Quænam sunt in Ecclesia, et præsertim in Hispania, Episcopalis Curiæ partes et personæ?

R. Vicarius generalis, de quo speciali lectione infra dicemus, Officialis ecclesiasticus, Tenens Vicarii locum, Fiscalis, Defensor matrimonii et votorum, Secretarius major, Notarii numerarii, Computator Diœcesanus, Collector spo-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

liorum, Collector Missarum, Collector Cruciatæ, Secretarii minores et scriptores, Cancellarius, Visitatores, Examinatores Synodales, Executor et apparitores tribunalis.

—Potest ergo dividi Curia Episcopalis in duas sectiones gratiæ et justitiæ?

R. Af. In hac justitiæ Curia Tribunal Episcopi cum provisore, officialibus, fiscali, defensoribus et notariis statuemus. In alia vero gratiæ Curia provisorem etiam, secretarium, qui ut plurimum et æconomiæ gratia cancellarii vices agit, visitatores, collectores, et examinatores synodales redigemus.

—Quænam Vicarii generalis seu Provisoris origo?

R. Recens in ecclesiastica disciplina est. Nam ad sæculum usque XIV archidiaconi, ut plurimum, ea exercebant, quæ hodiedum a Vicariis generalibus fieri solent, ut infra dicetur cum de Archidiaconis.

Sed præ nimia horum præpotentia et arrogantia invisi esse cœperunt, qua de causa Episcopi illorum loco Provisores et vicarios generales pro jurisdictione sua exercenda delegare cœperunt.

—Quid de Episcoporum cancellariis Tridentina Synodus?

R. Nihil omnino, unde libera est in hac parte disciplina, nisi in emolumentorum exactione, in qua S. Syn. notariorum jura taxavit.

—Quænam sunt præcipuæ cancellarii Episcopalis partes?

R. Duæ, nam et Secretarii vices agit, et cum Episcopo negotia scribit, suscribit, sigillat et expedire solet, quo casu frequenter in Hispania eum dicimus Secretarium (*Secretario de Cámara*): ex officio cancellarii etiam instrumenta publica servat in scriniis seu archiviis, quo titulo proprie dicitur *archivero*, nam hæc vox a cancellis, quibus publica instrumenta et eorum scrinia septa vel defensa erant, originem duxit.

—Secretarius ille Cameralis debet esse de corpore Capituli?

R. Liberum est Episcopo in hac parte agere; sed consuetudines servare oportet, nisi in præjudicium Episcopi cedant. Nec confundendus est Secretarius Capituli cum Secretario Episcopi.

—Quot sunt Episcopales cancellariæ?

R. Saltem duæ: una publica in qua instrumenta publica servantur; alia vero secreta in qua libri matrimoniorum conscientiæ, et alia hujusmodi negotia reservantur, cujus claves penes se tenet Prælatus ipse.

—Quænam sunt negotia in cujus expeditione agit Secretarius Episcopi?

R. Constant ex titulo quod Episcopus expedire solet, et in eo generatim designantur expeditio decretorum, titulorum, provissionum, collationum, dispensationum, indultorum, nominationum, instrumentorum, convocationum, etc. (1)

—Quid in horum negotiorum expeditione S. Synodus?

R. «Quoniam ab Ecclesiastico ordine omnis avaritiæ suspicio abesse debet; nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis Tonsuræ, nec pro (2), litteris dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam sponte oblatum, Episcopi, et alii ordinum collatores, aut eorum ministri quovis prætextu accipiant.» (Sess. XXI, cap. 1 de Ref.) Mt.

—Notarii vero possunt accipere stipendia in aliquibus casibus?

R. «Notarii vero in eis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissoriis, aut testimonialibus, decimam tantum unius aurei partem accipere possit; dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo.» (Ib.) Mt.

—Potest Episcopus aliquid ex his emolumentis accipere?

R. N. Sequitur enim S. Syn. dicens: «Nec Episcopo ex notarii commodis aliquod emolumentum ex eisdem ordi-

(1) V. Curia Eclesiástica para Secretarios de Prelados, jueces eclesiásticos, ordinarios, etc., por Francisco Ortiz de Salcedo, Notario público Apostólico, etc. Madrid, ap. Padilla 1749, un vol. en 4.° de 450 páginas.

(2) Consonat huic canon 25 Concilii provincialis apud Arandam a Domino Alphonso Carrillo, anno 1473 habitum «Ordinum collatio gratiose a Sanctis Episcopis est concedenda... Notarii vero pro titulis ordinum et reverendis decem dumtaxat morabetinos recipere debeant.»

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

num collationibus directe vel indirecte provenire possit; tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino teneri decernit.» (Ib.) Mt.

—Potest hæc contraria praxis teneri prætextu consuetudinis?

R. Prosequitur enim: «Contrarias taxas, ac statuta, et consuetudines, etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quæ potius abusus, et corruptelæ simoniacæ pravitati faventes, nuncupari possunt, penitus cassando, et interdicendo: et qui secus fecerint, tam dantes, quam accipientes, ultra divinam ultionem, pœnas a jure inflictas ipso facto incurrant.» (Ib.) Mt.

—Quænam est origo ministerii ad colligendas Missas, *vulgo la colecturía de Misas*?

R. Invenitur in capite IV, Sess. XV de Reformatione, quæ quidem hæc habet: «Sancta Synodus, cupiens hæc ad pios usus relicta, quo plenius et utilius potest, impleri, facultatem dat Episcopis, ut in synodo diœcesana, itemque abbatibus et generalibus ordinum, ut in suis capitulis generalibus, re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia in prædictis ecclesiis, quas hac provisione indigere cognoverint, statuere circa hæc, quidquid magis ad Dei honorem et cultum, atque ecclesiarum utilitatem viderint expedire; ita tamen, ut eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum legata ea ad pios usus relinquerunt.»

—Quid ergo in praxi?

R. Cum S. Syn. potestatem det Episcopis *statuendi circa hæc*, ut patet ex præcedenti, visum est aliquibus, vel in constitutionibus synodalibus, vel privatis decretis, collectorem Missarum statuere in episcopali cancellaria, ut cum magnus foret earum numerus, quin etiam si exiguo donarentur stipendio, per totam diœcessim distribuerentur inter clericos pauperes vel cœnobitas, qui, cum stipendio Missarum carent, facilem ad collectorem recursum habent, quo et animarum saluti et clericorum pauperum utilitati consulitur.

Sed de hoc varia praxis in unacuaque Diœcesi.

—Quid de spoliorum collectore?

R. Illius munus, quod antea et grave erat et occupatissimum, pluriumque legum studio indigum, hodie ad nihilum fere ex noviss. conv. redactum est, spoliis episcopalis pene sublatis.

—Quænam ergo hodiedum tamquam spolia habentur?

R. «Excipiuntur ornamenta et vestes Pontificales quæ Mitræ propriæ censebuntur, et ad successores in illa transibunt.» (Art. 31 concord. versus finem.)

—A quo tempore inducta est in Episcopali Curia redditiuum Cruciatæ administratio?

R. A tempore noviss. concord., in cujus art. 40 sic legitur:» Cruciatæ proventus Ordinarii Præsules in sua quisque Diœcesi utpote facultatibus Bullæ ad hoc instructi, administrabunt, ad eos erogandos juxta normam in ultima prorogatione Apostolica ad rem indulti præscriptam, salvis obligationibus, quibus idem proventus vi conventionum cum S. Sede initarum obnoxii sunt. Ratio et forma dictæ administrationis obeundæ, collatis inter Sanctitatem Suam et Regiam Majestatem consiliis, statuentur.»

—Idem etiam dicendum de Indulti quadragessimalis redditibus?

R. Af. Sequitur enim eadem noviss. concord. dicens: «Itemque Ordinarii administrabunt proventus quadragessimalis Indulti, eos beneficentiæ institutis et charitatis operibus in propriis diœcesibus impendendo, servata forma Apostolicarum concessionum.» (Ib. art. 40.)

—Quænam ad hæc norma?

R. Vide Regium Decretum, collatis consiliis datum, die 8 Januarii, anni 1852, et aliud etiam die 24 ejusdem mensis et anni, pro formatione computorum ad distributionem proventuum quadragessimalis indulti.

—A quo nominatur hic administrator.

R. Hic æconomus seu administrator ab Episcopo nominari debet, cum capitulo cathedralibus ecclesiæ, et in Regia schedula, data die 8 Octobris anni 1855, jubetur hunc ipsum Bullæ Cruciatæ ac Indulti quadragessimalis proventuum curam gerere, ita ut unus tantum pro omnibus in unaquaque Diœcesi sit.

—Quid de Synodalibus judicibus?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Duplicis generis sunt, alii pro clericorum examine, alii vero pro beneficiorum provissione per concursum. De primis igitur dicendum cum de Clericis ordinandis, de aliis vero in lectione de Parochialis Ecclesiæ vacantis provissione.

—Quid de procuratore Cleri, seu gestore ad habendas et distribuendas pensiones Cleri cultusque ecclesiastici?

R. Hic gestor, qui vulgari nomine dicitur *Habilitado del Clero*, non ab Episcopo tantum nominatur, sed ab omnibus quibus interest, sive personaliter sive ecclesiarum nomine, ita ut et sanctimoniales ipsæ et sacristæ in eorum nominatione partem habeant. Ad hoc in unoquoque Archipresbyteratu singuli congregantur per se vel per procuratores, qui quidem alios procuratores nominant, hique tandem gestorem generalem eligunt, juxta Regias ordinationes, diebus 8 et 20 Octobris anni 1855 latas.

LECTIO XXVI.

DE VICARIIS GENERALIBUS.

—Quis dicitur vicarius generalis Episcopi?

R. Clericus ab Episcopo deputatus ad exercendam suam in spiritualibus jurisdictionem, nomine et vicibus suis, ita ut illius actus tamquam ab ipso Episcopo gesti censeantur.

—Quotuplices sunt vicarii?

R. Generales, foranei, officiales, et delegati. Generalis dicitur qui et voluntariam et contentiosam jurisdictionem habet: officialis qui tantum contentiosam exercet, et non in omnem diœcesim sed in territorio limitato.

—Differunt essentialiter vicarius generalis et officialis?

R. Neg. Quin ex jure Tridentino synonimi habentur, ait enim Concilium cum de vicarii capitularis electione tractat. «Item *officialem* seu *vicarium* infra octo dies post mortem Episcopi constituere *vel existentem* confirmare omnino teneatur.» Patet ergo verba synonima esse. Sed

ex praxi differunt prout superius dicitur. Hinc omnis vicarius generalis est officialis, sed non omnis officialis est vicarius generalis.

—Quis dicitur vicarius foraneus?

R. Qui «extra civitatem in pagis et oppidis jus dicunt in quibusdam levioris momenti causis, et jurisdictionem exercent ad quosdam duntaxat actus limitatam.» (Bened. XIV. de Syn. diœces. l. IV. cap. 3.° n.° 8.)

Hinc ab ipsorum correctionalibus et gubernativis sententiis ad Episcopum appellatur, nam illi non unum cum Episcopo tribunal habent.

—Qui dicuntur delegati?

R. Qui ad aliquam determinatam tantum et specialem, vel speciales causas jurisdictionem accipiunt.

—Jurisdictio vicarii est propia vel delegata?

R. Originarie delegata ratione personæ, sed evadit ordinaria ratione muneris, nam tribunal et jurisdictio Vicarii idem sunt ac tribunal et jurisdictio Episcopi: ideo cessante jurisdictione Episcopi cessat etiam jurisdictio Vicarii, cum una eademque persona sit et Episcopi et ejus Vicarii in spiritualibus.

—Jurisdictio vicarii generalis est ad omnes causas et omnes locos?

R. Neg. Aliud enim est generalis, aliud universalis, quæ voces nec in philosophia nec in jure confundi possunt.

Hinc vicarius dicitur generalis: 1.° quia voluntariam et contentiosam jurisdictionem habet: 2.° quia habet fere ad omnes causas: 3.° Quia ex natura muneris sui ad omnem Diœcesim esset unus, prouti Episcopus unus est, et ad omnia sicuti Episcopus est ad omnia.

—Possunt esse plures vicarii Generales in una Diœcesi?

R. Af. Quamvis enim unus esse deberet, tamen magna diœc. extensio. 2.° Difficilis ad cathedralem accesus. 3.° Disciplinæ, liturgiæ et idiomatum varietas. 4.° Diversa gens et nationalitas. 5.° Consuetudo legitima. 6.° Rixarum et odiorum tollenda causa, coegerunt et cogunt sæpe plures nominare vicarios, qui cum et gratiosam et contentiosam jurisdictionem, et valde latam, et in nobilibus urbibus exerceant *Generales*, et in Hispania etiam *Provisores* dicuntur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hac de causa cum archidiaconi, ante vicariorum creationem, Episcoporum vices gerebant, non unus tantum sed plures persæpe erant in diœcesi.

—Potest cogi Episcopus ad habendum vicarium generalem?

R. Neg. Dummodo ipse in diœcesi resideat, et est communior inter doctores, firmaturque ex praxi Rotæ Romanæ, quæ quidem quamvis obligavit aliquoties Episcopos ut vicarium nominarent, attamen necessitatem habendi in genere non declaravit.

—Quibus in casibus cogitur Episcopus vicarium constituere?

R. 1.° Cum abest a Diocesi.

2.° Cum ipsa est valde lata et litigiis dedita.

3.° Cum Episcopus jus ignoret et in civilibus, quin imo prophanis causis judicare teneatur. Si enim Apostoli Diaconos instituerunt ut ipsi verbum Dei non derelinquerent, quanto magis ut forenses strepitus fugiant, quos Ecclesia abhorret.

Hoc etiam expedit Episcopali decori, sic enim cum a superioribus annullantur eorum sententiæ, non sub Episcopi sed vicarii nomine cassantur.

Ver el Art. 5 del Concordato se dispone que haya Vicarios generales donde sean necesarios. V. el dicho articulo en la pag 191.

—Vicarius Episcopi ex munere suo præest Capitulo?

—R. Neg. «Absente vero Episcopo, omnino hoc ab iis de Capitulo, ad quos hoc de jure vel consuetudine spectat, perficiatur, *nec ad id Vicarius Episcopi admittatur.*» (Sess. XXV, cap. 6). Mt.

—Quænam excipiuntur a cognitione Vicarii?

1.° Causæ graves ex Tridentino Concilio, id est matrimoniales, criminales (Sess. XXIV, cap. 20) et beneficiales, ut suo loco dicitur infra cum de ecclesiasticis juditiis.

2.° Jure Decretalium (de Officio Vicarii in Sexto): «Potestatem tamen inquirendi, corrigendi aut puniendi, aliquorum excessus seu aliquos a suis beneficiis, officiis vel administrationibus amovendi transferri nolumus in eumdem, nisi sibi specialiter hæc commitantur.» Mt.

3.° Nec etiam quæ fiunt Pontificaliter quamvis ipse Vicarius Episcopus sit.

4.° Multo minus quæ fiunt ab Episcopo tamquam Apostolicæ Sedis delegato, vel ex especiali commissione seu delegatione (1).

—Vicarius generalis amoveri potest ad nutum Episcopi?

R. Af. Et quidem in Hispania quamvis Regiam habeat protectionem, vulgo *Real Auxiliatoria.*

1.° Quia Episcopus potest generaliter loquendo Vicarium non habere.

2.° Quia nominatio intelligitur cum dicto titulo amovilitatis, et in hoc distant ab archidiaconis, qui non amovebantur nisi cum causæ cognitione; jurisdictio enim juncta erat, ut plurimum, beneficio suo.

3.° Regia protectio est accesoria, et circa exteriora tantum: potestas vero Episcopi est erga spiritualia et spiritualibus annexa, et etiam aliqua temporalia Ecclesiastica: accesorium vero sequitur principale, non e contrario.

—Romanus Pontifex potest Episcopo etiam nolenti vicarium dare?

R. Af. Sed in hoc casu raro contingenti, inamovilis est, et potius Vicarius Apostolicus; agit enim vices Episcopi, non tamen ex delegatione hujus, sed Rom. Pont. nominatione.

—Ergo perperan dicitur in definitione Vicarium esse ab Episcopo deputatum.

R. Definitiones dantur juxta regulas, non juxta exceptiones; regulæ autem dantur pro generaliter occurrentibus ut ait axioma, qua de causa *exceptio firmat regulam.*

—Quid de Vicariis Ecclesiasticis ex Hispaniensis Eccl. disciplina?

R. Ex Brevi Clem. VIII (2) debet esse non tantum tonsuratus sed etiam Sacerdos. Potiori ratione excluduntur clerici conjugati, id est, simplici tonsura insigniti et uxorem habentes.

---

(1) Vide ap. Bened. XIV de Syn. Diœc. lib. II, cap. 8, n. 2 catologum eorum quæ nequit facere vicarius gener. absque speciali Episcopi mandato.

(2) Tractatus de Beneficiis a Nicolao Garcia: Madrid 1629: duo vol. in fol. Hic auctor eximius, et etiam Romæ magni habitus, hoc Breve pontificium citat, vol. 1.° part. V, cap. 8, n. 11, sed non inserit, quin etiam de illius promulgatione in Hispania dubitat. In Bullario quoque desideratur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2.° Ex praxi et privatis dispositionibus arcentur peregrini, extranei et illiterati.

3.° Præferri debent qui in Cathedrali ecclesia beneficium habent.

—Hæc disciplina etiam medio ævo in ecclesiis nostris vigebat?

R. Af. Lubet hac de re inserere præclarum Canonem de officio Vicarii, in Compostellano Concilio, anno 1335, apud Salmanticam habito. (Can. 1.)

«Consentaneum rationi non putamus quod in Concilio nobis est relatum, quod Episcopi, Prælati, Decani, Archidiaconi, et alii inferiores, de jure, vel de consuetudine, vel statuto jurisdictionem aliquam exercentes, Vicarios seu Officiales, qui debent eorum vicem supplere, cognoscere, vel causas ecclesiasticas terminare, *constituunt personas peregrinas* (*extranjeros*); beneficiatos in ecclesiis quorum sunt Episcopi, vel noscuntur dignitatem ratione aliqua obtinere *inhumaniter posponentes*, in gravem totius diœcesis et ecclesiæ læsionem.»

—Quid ergo decernit laudatus Canon?

R. «Ut jurisdictionem ordinariam obtinentes viros providos de gremio ecclesiæ cathedralis litterarum scientia præditos, si reperire potuerint, ad exercendum eorum vices eligere teneantur.» (Ib).

—Vox *Cancellaria* usitata fuit in Hispania ad designandam Episcopi Secretariam?

R. Af. Et patet quoque ex notabili hoc ipso Concilio provinciali Compostellano, apud Salmanticam habito, in cujus Canone I, *de officio Vicarii*, sic dicitur: «Cæterum quia nonnulli Vicarii seu officiales in petenda et exigenda *Cancellaria* rationis metas excedere non verentur, sub pœna excommunicationis, ratione contumaciæ, decem: pro littera cum participantibus, quindecim: pro littera absolutionis viginti denarios recipere valeant et non plures.»

—Quid hac de re civilis legibus cavetur?

R. Vide Legem XIV, tit. I, libri II Novis. Recop. anno 1784 a Carolo III latam, ad finiendam litem inter Archiep. Valent. et ejus Provisorem, quo in casu præceptum fuit ut Prælatus hic Regiæ Cameræ exhiberet Provisoris nomina-

tionem, cum notitia graduum, ætatis, studiorum, praxis curialis et vitæ honestatis, ut ejus electio a civili etiam potestate approbaretur, idque ab omnibus Prælatis adamusim servari jussit (1).

—Quid Provisoris nomine in Hispania intelligitur?

R. Idem ac Vicarius generalis, nam etiam a sæculo XIV hoc sensu usurpata invenitur (2), sed potius refferri videtur ad jurisdictionem voluntariam et gratiosam, ac Officiali contraponi.

—Debet esse juris utriusque peritus?

R. Non est necessarium absolute, est tamen valde utile, cum ipse debeat agnoscere causas sæculares, in quibus laicus clericum ad ecclesiasticum judicem pulsare tenetur, quas quidem male judicabit si jus patrium ignoret.

—Debet esse advocatus?

R. Idem ac in præcedenti. Cum Juris Canonici peritus ad Vicariatum Matritensem fuisset promotus, approbationem accepit, egerat enim prout visitator in causis jurisdictionalibus, ut constat ex annotationibus ad hanc citatam legem.

---

(1) «Con motivo de las diferencias ocurridas entre el muy Reverendo Arzobispo de Valencia y su Provisor, tuve por conveniente mandar que este Prelado hiciese presente á la Cámara la persona que destinase para sucesor en el Provisorato, á fin de que hallando la Cámara que tiene los grados, edad, estudios, años de práctica y buen olor de costumbres que se requieren por las leyes eclesiásticas y del reino, y por mis últimos decretos é instrucciones *para ejercer judicaturas*, lo pusiese la Cámara en mi noticia... y que se comunique á los muy RR. Arzobispos, RR. Obispos y demas Prelados ordinarios, á fin de que en los casos de vacantes de Provisores se arreglen exactamente á ella sin hacer novedad en los actuales.» (Ley 14, tít. I, lib. 2.° de la Novis. Recop.)

(2) Sic apparet ex Canonibus Concilii provincialis Hispalensis, anno 1512, ab Archiep. Deza, ubi pluries de Provisoribus loquitur; numquam de Vicariis. «Provisores et Visitatores Archiepiscopatus curam habeant inquirendi contra personas isti peccato deditas.» (*Magos et sortilegos*). Canone 5.

Datur ergo eis munus officialis ut criminaliter agant

«Ordinamus, sacro approbante Concilio, ut nemini detur licentia a Provisoribus ut celebret missam in ulla domo, nec in alio loco extra ecclesiam, excepto si fuerit talis Domini, cui videatur non debere negari, et qui habeat in domo suo capellam et locum separatum ad hunc effectum.» En jurisdictio gratiosa. (Canon 18).

—Quid facere tenetur Provisor in hujusmodi causis cum jus civile ignorat?

R. Assesorem assumere, consilium enim petere prudentis est, e contra imprudentis præsumptionem habere sciendi quæ non didicit vel penitus ignorat, nam et quilibet judex in casibus medicinæ medicorum consilio utitur, et in mecanicis mecanicorum peritiam consulit (1).

—Quid de Regia protectione seu Auxiliatoria?

R. Legibus antiquisimis Joan. I et Enrici II Castellæ Regum cavetur ut Ecclesiastica jurisdictio sarta tecta et incolumis servetur, quin etiam a Catholicis Regibus Ferdinando et Elisabeth, anno 1493, jussum est ut ipsis præstetur auxilium quibus in casibus illud demandaverint (2).

—Debent ad hoc Regio diplomate muniri?

Af. Et si petatur expeditur illis in Cancellaria Ministerii Gratiæ et Justitiæ, quod quidem et decoris et utilitatis est, præcipue cum Regis nomen invocatur ad obtinendum auxilium sæcularis brachii.

—Jure antiquo Hispaniæ Clerici minorum ordinum poterant esse Vicarii?

R. N. Canon X Concilii Dertusani, anno 1429 habiti, præside Apostolico Legato, perpetuo statuit ut Vicarii generales aut principales officiales ordinariorum sint in sacris constituti, alias ab illis acta nullius roboris sint.

---

(1) «Et graviter peccant Episcopi, qui aliquando constituunt vicarios theologos (melius diceret *mere theologos*) seu alias ad offitium ineptos, tenenturque ad restitutionem damnorum inde secutorum, et etiam ad restitutionem propinarum, vulgo *asesorias*. (Garcia, *de beneficiis*, part. V, cap. 7, n. 17.)

(2) «Para defension de la Iglesia y sus bienes y jurisdicciones, queriendo ayuda del brazo seglar, en lo justamente pedido, se les está mandado dar» quæ omnia in tit. I, lib. 2.° Novis. Recop.

LECTIO XXVII.

DE NOTARIIS EPISCOPALIS CURIÆ.

—Notarii ecclesiastici subjiciuntur examini?

R. Af. Declarat enim S. Syn. quod: «Cum ex notariorum imperitia plurima damna, et multarum occasio litium oriatur; possit Episcopus quoscumque notarios, etiamsi Apostolica, Imperiali, aut regia auctoritate creati fuerint, etiam tamquam delegatus Sedis Apostolicæ, examinatione adhibita, eorum sufficientiam scrutari, illisque non idoneis repertis, aut quandocumque in officio delinquentibus, officii ejus in negotiis, litibus, et causis ecclesiasticis ac spiritualibus exercendi usum perpetuo, aut ad tempus prohibere. Neque eorum appellatio interdictionem ordinarii suspendat.» (Sess. XXII, cap. 10).

—Quotuplices ergo sunt Notarii?

R. Alii dicuntur Apostolici, qui ab ipsomet Rom. Pont. vel ipsius Legatis, nominationem ac titulum accipiunt; alii vero Episcopales, qui ab Episcopo nominantur: et tantum pro sua Diœcesi.

Inter Episcopales vero quidam sunt numerarii, pro Episcopali Curia, alteri vero supernumerarii, qui vulgo dicuntur Notarii visitationis (*Notarios de visita*) (1).

—Visitatio Diœcesana debet fieri assumpto Notario?

R. Af. Et præsertim ab Archidiaconis, quibus exprese hoc injungit Concilium. «Archidiaconi autem, Decani, et alii inferiores in iis Ecclesiis, ubi hactenus visitationem exercere legitime consueverunt, debeant quidem, assumpto notario, de consensu Episcopi, deinceps per seipsos tantum ibidem visitare.» (Sess. XXIV, cap. 6.) Mt.

—Possunt notarii ecclesiastici testimonium ferre de præstito consensu paterno ad nuptias?

---

(1) Ejus nominationis titulum sic exhibet citatus Ortiz de Salcedo. «Don N... os nombramos nuestro Notario público en la visita de este Arzobispado (ó tal partido), para que por el tiempo que nuestra voluntad fuere, hagais por vuestra persona propia todos los autos y actos de visita que nuestro Visitador hiciere, etc.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Af. Et patet ex articulo 15 peneultimo legis ad hoc latæ die 20 Junii, anni 1862 (1).

—Hæc officia perpetua erant?

R. Cum hæc in Hispania a sæculo XV venditarentur certis personis et familiis, sicuti ex depravata corruptela fiebat in tribunalibus sæcularibus, Concilium provinciale Toletanum, anno 1565, justissime hunc abussum corrigere cupiens, Canone 15, actionis II, sic ait.

«Notariorum ecclesiasticorum, Promotoris fiscalis, publici executoris et aliorum officia quorumcumque, qui jurisdictionis Episcopalis et aliorum inferiorum ministerio operam dare tenentur, nullo modo vendantur; nec ob aliud quodcumque lucrum dentur temporale. Dentur autem hæc officia gratis his qui sunt idonei ad eorum munus exercendum, quique per se ipsos illis servire debent ac teneantur. Nec ullo umquam tempore qui hæc officia ab Episcopis vel ordinariis quibuscumque, etiam inferioribus, gratis obtinuerunt, illa vendere, vel locare possint, nec in alios recepto aliquo temporali lucro transferre; vel in eorum favorem illis renuntiare.»

—Quid in legibus nostris notariis ecclesiasticis jubetur?

R. Titulus XIV, libri II, Noviss. Recopil. quinque leges habet quæ de ecclesiasticis notariis agunt.

In tribus primis vetatur illis ne super contractus ad res civiles et prophanas instrumenta conficiant, nec in causis temporalibus sese inmisceant, et si Clerici fuerint, officium suum inter laicos et ad laicalia non utantur (2).

Hæ leges ab Alphonso XI, petentibus Castellæ Comitiis, annis 1325-1329 latæ fuerunt.

—Quid sæculo XVI ipsis injunctum fuit?

R. Carolus V, nomine materno et suo, jussit notarios

(1) La peticion del Consejo se acreditará por declaracion del que hubiere de prestarlo ante notario público *ó eclesiástico*, ó ante el juez de paz.

(2) «Mandamos y defendemos á los legos que no otorguen contratos ni escrituras algunas ante los dichos notarios Apostólicos ó eclesiásticos, so las penas en dicha ley contenidas.» (Ley 2.ª, tit. 14, libro 2.º)

Hæ vero pœnæ cum durissimæ essent, juxta posteriores leges temperantur.

ecclesiasticos juxta ritum civilium tabellionum signare atque instrumenta conficere (1), anno 1532.

—Quid demum præterito sæculo XVIII?

R. Carolus III, anno 1770, jussit Episcopos notariorum numerum taxare in curiis suis, ut hi tyrocinium per quatuor aut quinque annorum spatium subirent, et examini subjicerentur, quin etiam de ipsorum vita et moribus inquisitio fieret, et etiam Regiorum tabellionum titulum peterent a supremo Consilio expediendum (2).

—Quid in praxi de his legibus?

R. Quamvis bonum foret illarum objectum, attamen in forma expeditæ non fuerunt servatis servandis, ideoque ab Episcopis vix acceptæ, utpote in præjudicium Ecclesiæ vergentes, unde in multis Hispaniæ diœcesibus nec tunc adimpletæ, nec hodie sunt in usu.

Posteriori vero decreto hæc lex temperata fuit, anno 1778, reclamantibus prælatis, jussumque, ut notarii pro libitu titulum tabellionum haberent, ut patet ex notula finali eidem legi appositæ.

—Potest Clericus esse notarius ecclesiasticus?

R. Af. Quin imo in quibusdam secretis causis necessarius est, ideoque Episcopi presbyteros aliquando notariorum titulo decorare solent pro datis causis (3).

—Quid de Notariis ecclesiasticis Hispani Canones?

R. In Concilio Hispalensi, anno 1512 habito, sub Archiep. Deza sic dicitur: «Notum est nobis magnam confusionem in nostra provincia emersisse ex multitudine eorum qui se Notarios Apostolicos vocitant... quia ergo ad nos pertinet in similibus providere, statuimus ut nullus Notarius, qui se Apostolicum appellet, exerceat tale officium

(1) Ley 5.ª del mismo título. «Mandamos que los notarios eclesiásticos no den escrituras signadas, salvo de la forma que las dan los escribanos públicos de nuestros reinos.

(2) Ley 6.ª del mismo titulo.

(3) Hac lege civili Carolina prohibetur etiam in curiis ecclesiasticis esse nisi unum notarium ecclesiasticum: sed hoc de publicis et ordinariis tantum intelligendum est, si enim Episcopus ad secretas causas pluribus indigeat plures quoque notarios clericos nominare poterit.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quin prius compareat coram nobis, cum titulo sui notariatus etc.»

—Quid de Notariis Visitationis?

R. Canone sequenti, de Visitatoribus, sic ait: «Neque hospitentur in domibus præfectorum et administratorum ecclesiæ atque Notarii Visitationis.» Item in Canone 48 sic etiam ait. «Item jubemus ut præfecti ecclesiarum nihil solvant Notario visitationis ratione salarii et emolumentorum libri quem dare debent de visitatione ecclesiæ, quin prius videatur et taxetur per Provisorem.»

—Quid de Notariorum numero Toletanum Concilium anni 1565?

R. In hoc luculentissimo Concilio, ad Tridentini admissionem celebrato, actione 1.ª, Canone 16, sic dicitur: «In Diœcesanis synodis, et earum qualibet, quæ post hanc provincialem primo celebrabuntur, de augendo aut diminuendo Notariorum numero, ubi visum fuerit expedire sic tractetur, ut in Metropolitano tribunali non plures quam octo, in aliis vero non plures quam sex jurisdictionis ecclesiasticæ ministerio servire possint.»

—Possunt hæc officia venundari?

R. N. Et patet ex Canone 15 ejusdem Concilii supra citati. (Vide in hac ipsa lectione, fol. 128.)

LECTIO XXVIII.

DE TRIBUNALI EPISCOPI ET AUXILIARIBUS EJUS AD CONTENTIOSAM JURISDICTIONEM.

—Potest Episcopus habere tribunal?

R. Af. Et patebit ex his quæ dicenda sunt de potestate Episcopi, cum de civilibus et criminalibus judiciis agendum sit.

—Quinam sunt auxiliares Episcopi ad contentiosam et criminalem jurisdictionem exercendam?

R. Ipse vicarius generalis seu potius officialis, fiscalis, defensor matrimoniorum et votorum, advocati, procuratores, notarii, executor seu barigellus, et apparitores.

Quæ ad vicarios generales et notarios attinent in præcedentibus lectionibus mox dicta sunt.

—Antiqui Hisp. Episcopi tribunal habebant?

R. Af. Et quidem wisigothorum arrianorum tempore, ergo non ex horum concessione. Siquidem celebris est canon 10 Concilii Tarraconensis, tempore Theodorici, anno scilicet 516, quod quidem sic ait: «Observandum quoque decrevimus nequis *Sacerdotum* (idest Episcoporum) *vel clericorum*, *more sæcularium judicum*, audeat accipere pro impensis patrociniis munera, nisi forte in ecclesia oblata gratuita, quæ non favore muneris videntur accepta, sed collatione devotionis illata. Quia si qui ista probantur accipere, veluti exactores fœneris, aut usurarum possessores secundum statuta Patrum se noverint degradandos.»

—Archidiaconi erant judices in Hispana ecclesia visigothorum tempore?

R. Neg. Nam in Concilio Lusitano, anno 666, jubentur Episcopi habere archipresbyterum, archidiaconum et primiclerum, et in canone 15 loquuntur de *nominatione* judicis ab Episcopo.

—Quænam sunt verba?

R. «Instituentes igitur decernimus ut si presbyter talia pati se dixerit ad aures hoc sui perducat Episcopi; ipse autem datis bonis hominibus de latere suo *Judicem* hoc jubeat quærere.» Hoc autem de sæculari judice non valet intelligi, ergo de ecclesiastico.

—Medio ævo archidiaconi jurisdictionem in Hispania exercuerunt?

Af. Et patet ex Conciliis medio sæculo XI habitis, tam pro Castella, quam pro Aragonensi gente, ut dicetur infra cum de Archidiaconis.

—Concilium Tridentinum aliquid erga fiscalis munera sancivit?

R. Nihil, unde illius officium et onera jure Decretalium cognoscenda sunt.

—Quid vero civilibus legibus?

R. Jubetur fiscales ecclesiasticos esse ordinatos in sa-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cris (1), et honestos viros; quæ lex a Carolo V, petentibus apud Segoviam Comitiis, anno 1532 lata est.

—Quid de Fiscalibus ecclesiasticis Hisp. canones?

R. Notari debent præsertim canones eximii Concilii prov. Toletani, anno 1565 habiti ad Tridentini admissionem, in quibus plura et accurata de Episcopalibus illius provinciæ curiis.

—Quas igitur in fiscali qualitates exigit?

R. «Fiscales ab Episcopis hi deputentur qui sacerdotes sint, vel intra sex menses ad sacrum ordinem, intra annum ad sacerdotium promoveri possint et promoveantur. Alioquin ad usum proprii muneris nequaquam admittantur.» (Can. 11 Actionis I.)

—Quid hæc Synodus fiscali injungit?

R. «Promotor fiscalis apud ecclesiasticum judicem neminem deferat, ut ex ejus delatione inquisitio fiat, nisi quem legitima aut frequens gravet infamia.» (Ib. Can. 12.)

Sed de hoc amplius cum de processu criminali.

—Est alius Fiscalis in ecclesiasticis nostris curiis?

R. Af. Executor seu virgarius, qui vulgo dicitur *fiscal de vara*, quin etiam Hispalense provinciale Concilium, anno 1512 habitum, eos *Barigellos* appellat.

—Quid de illis prædictum Hispal. Concilium tradit?

R. «Mandamus ut ab illis qui steterint in plateis vel cœmenteriis, vel ludendo in suis domibus vel cauponis, vel aliis locis, tempore quo Missa major celebratur dictis diebus (*festis* nempe) nostri *Barigelli*, seu judices populi (id est, *Alcaldes*) si fuerint vocati a vicariis, solvi faciant ab unoquoque pœnam dimidii regalis et illam non condonent, nec restituant» (Can. 11.) (2).

Idem de venditoribus in sequenti paragrapho.

---

(1) Mandamos que los Obispos y Perlados de nuestros reinos pongan por Fiscales personas de órden sacra, que sean personas cuales convengan para ello, y tengan especial cuidado de se informar de como han usado y usan de sus oficios. (Ley XIII, tit. 1, lib. II de la N. R.)

(2) Hæc dispositiones quamvis non sint in usu ad plura tamen studio digna sunt.

—Quid de his fiscalibus eodem tempore jubebatur civili lege?

R. Scitu digna est pragmatica Catholicorum Regum, anno 1476, qua executoribus hisce modus et procedendi forma datur, quæ quidem in Noviss. Recop. libro II, tit. 14, lex 4.ª est. Permittitur ipsis virgam in hastæ formam portare, sed non simplicis bacilli ad instar sæcularium judicum et apparitorum civilium (1).

—Hi fiscales etiam in Hispaniæ ditionibus auctoritate publica donabantur?

R. Af. Præsertim in Mexicana provincia, quæ Hispalensem ritum et disciplinam habebat. Sic in ordinationibus latis pro Tribunali Archiepiscopali, quæ quidem ad calcem Mexicani I, anno 1555, latæ sunt et insertæ, sic dicitur. «Præcipimus ut nullus apparitor aut fiscalis quemlibet e carcere educere audeat sine mandato, sub pœna decem pondo minarum (*diez pesos duros*) pro qualibet vice, et incarcerationis mulcta.» (Ord. 16).

«Præcipimus etiam, ut fiscalis et apparitor singulis diebus in tribunali adsint, sub pœna unius pondo auri minarum pro qualibet vice, atque sub eadem pœna Notarii adsint ab hora octava matutina usque ad decimam.» (Ord. 19.)

—Quid de advocatis et procuratoribus?

R. Eorum munia et obligationes juxta morem sæcularium tribunalium taxantur.

—Extat aliquis antiquus canon quo appareat eorum munia in Hispania agnita esse?

---

(1) Porque algunas personas llamándose alguaciles y merinos, y fiscales y executores de los jueces eclesiásticos, intentan de traer varas de la misma manera, y sin diferencia de las que traen las nuestras Justicias..... permitimos que los dichos oficiales eclesiásticos, que de tiempo antiguo hasta aquí acostumbraron traer vara, la puedan traer desta manera; que sea de gordor de una hasta de lanza, y no menos gruesa, y con dos regatones, uno encima de la dicha vara, y otro en cabo de ella, y no de otra manera.» (Ley 4.ª, tit. 14, lib. 2.º)

«Cerca de las ejecuciones y prisiones que algunos jueces eclesiásticos presumen de hacer en personas legas y cerca del poner *fiscales*, mandamos que se guarden las leyes del Sr. Rey D. Juan, nuestro bisabuelo, y la ley fecha en Madrigal por el Rey y Reina Católicos, nuestros abuelos.» (Ley 12, tit. 1.º, lib. 2.º)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. In Concilio Tarraconensi I, anno 516, Canone vero 4.°, sic dicitur: «Ut nullus præsbyterorum vel clericorum die Dominico, propositum cujuscumque causæ negotium audeat judicare, nisi ad hoc tantum ut Deo statuta solemnia peragant; cæteris vero diebus convenientibus personis, illa quæ justa sunt habeant licentiam judicandi, exceptis criminalibus negotiis.»

—Quid vero de stipendiis juditiorum?

R. In eodem Concilio, Canone 10: «Observandum quoque decrevimus nequis sacerdotum vel clericorum, audeat accipere pro *impensis patrociniis* munera.»

—Defensoris matrimonii qualis origo?

R. Inductus fuit a Benedicto XIV, anno 1741, percelebri Bulla *Dei miseratione* (1) ad vitandos gravissimos abusus in causis nullitatis et divortii, nam ob judicum præcipitantiam erant qui quartæ uxori manum porrigebant, tribus superstitibus, quibus cum nuptias contraxerant et irritas declarare fecerant.

—Ad hæc vitanda quid Pontifex decrevit?

R. «Ut ab omnibus et singulis locorum ordinariis in suis respective diœcesibus persona aliqua idonea eligatur, et si fieri potest ex ecclesiastico cœtu, juris scientia pariter et vitæ probitate prædita, *quæ matrimoniorum defensor* nominabitur.»

—Hic minister perpetuus est?

R. N. Sequitur enim Pontificia Constitutio dicens: «Cum facultate tamen eam suspendendi aut removendi si justa causa adfuerit, et sustituendi aliam æquæ idoneam.»

—Quodnam est illius officium?

R. Dicetur infra cum de divortio et aliis causis matrimonialibus.

—Potest fiscalis ecclesiasticus agere vices Defensoris?

R. N. Et hæc consuetudo veluti corruptela rejici debet, quamvis servetur in aliquibus curiis ex antiqua praxi; talis enim non fuit mens Pontificis.

---

(1) V. in Bullario Magno ejusdem Pont,. et etiam in libro cui titulus-Ssmi. D. N Bened. XIV Constitutiones selectæ. Matriti ap. Vid. Sanchez, 1766: vol. I. fol. 47.

1.° Quia si Papa voluisset fiscalem veluti defensorem agere sufficiebat injungere illi hoc munus sub jussione opponendi se constanter nullitati matrimoniorum.

2.° Quia judex quandoque dictamen fiscalis exquirere tenetur in his causis, prouti gravibus et difficilibus, nec jurisdictionem suam lucibus et cooperatione fiscalis privare debet. Si autem fiscalis sit defensor matrimonii, vel hujus cooperatione carebit, vel alium nominare tenebitur, quod quidem ridiculum foret.

—Datur etiam *defensor* in causis nullitatis votorum?

R. Af. Ex eadem ratione.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PARS TERTIA.

De Capitulis Canonicorum, ut pote Episcoporum auxiliaribus et consiliariis (1).

LECTIO XXIX.

DE CAPITULIS ET PRÆSERTIM IN HISPANIA.

—Quid est Capitulum in genere? (2)

R. Conventus seu collegium clericorum, qui sub Prælati manu degunt, unumque cum eo corpus constituunt.

—Quot sunt capitulorum genera?

R. Cathedralia, collegialia et parochialia, juxta ecclesiæ conditionem. Primum proprie capitulum dicitur: cætera non nisi impropie.

—Quomodo definitur Capitulum cathedrale seu proprium?

R. Collegium clericorum ex jure Canonico in Cathedralibus ecclesiis institutum, et Episcopi senatum constituens ad auxiliandum et supplendum ipsum in Diœcesis regimine (3).

Quotuplex est Capitulum Cathedrale?

R. 1.° Metropolitanum vel suffraganeum: 2.° numeratum vel innumeratum: 3.° sæculare vel Regulare: 4.° duplex vel simplex: 5.° exemptum vel non exemptum.

---

(1) De Capitulis Canonicorum vide A. Bouix, tractatum de Capitulis, Parisiis 1852, per totum.

(2) Hispanice *Cabildo*. Mixti arabes enim litteram *P* cum pronuntiare nequirent eam alia littera *B* supplere consueverunt; uti Ciprianus *Cebrian*, etc.

(3) Cap. XII, Sess. XXIV de ref. «atque Episcopos opere et officio juvarent.»

—Juxta Tridentini disciplinam Capitulum Cathedrale necessarium est?

R. Af. Concilium enim semper loquitur de Capitulo, ad nominationem Vicarii Capitularis, Seminarii directionem, aliaque hujusmodi, tamquam de institutione canonica ad diœceses regimen, non utili tantum sed necessaria. Ideo dicendum Capitula existere jure communi non ex voluntate Episcopi.

—Dices.—Attamen in aliquibus Diœcesibus Capitula Cathedralia non extant.

R. Certum equidem est aliquibus in regionibus, vel inopia laborantibus, vel cleri exiguo numero, aut præ angustia temporum, Capitula non extare (1). Sed hæc exceptio legis et regulæ est. Necessitas enim caret lege, regulæ autem dantur pro generaliter occurrentibus.

—Capitulum est vere Senatus Episcopi?

R. Af. Ita ut nihil grave in diœcesis regimine sine illius consilio facere possit (2). Tridentinum hac de re ita se habet. «Atque ea morum integritate polleant ut merito *Ecclesiæ senatus* dici possit.

—Ratione numeri Canonicorum quommodo dividuntur Capitula?

R. In numerata et non numerata. Prima dicuntur quæ numerum canonicorum fixum habent et invariabilem, alia vero e contrario.

In Hispania hodiedum omnia Capitula, tam Cathedralia quam Collegialia, fixum numerum habent, ex pactis conventis in Concord. noviss.

—Cujus est augere vel minuere Canonicorum numerum?

R. Juxta antiquam disciplinam erat hoc in potestate Episcoporum. Hodiedum autem tantum penes Romanum Pontificem est. In Hispania autem ex Concord. noviss. hoc non nisi collatis consiliis fieri potest (3).

---

(1) Art. 15. Concord. noviss. «Siendo las Catedrales el Senado y Consejo de los muy Reverendos Arzobispos y Reverendos Obispos serán consultados por estos para oir su dictámen.»

(2) Sess. XXIV, cap. 12 versus finem.

(3) Ita factum fuit cum Dignitates auctæ fuerunt in duplici cathedrali Cæsaraugustana, ex Regio Decreto, die 16 Aprilis, anni 1852, ita ut duo capitula æqualia et completa fierent.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid Tridentinum Concilium hac de re statuit?

R. «In Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis insignibus, ubi frequentes adeoque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci et personarum qualitate non sufficiant; liceat Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia, iis unire, vel, si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis, cum patronorum consensu, si de jure patronatus laicorum sint, quarum fructus et proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere; ita tamen, ut tot supersint, quæ divino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commode valeant respondere: non obstantibus quibuscumque constitutionibus, et privilegiis, aut quacumque reservatione generali, vel speciali, aut affectione: neque prædictæ uniones, aut suppressiones tolli, seu impediri possint, ex quibuscumque provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus.» (Sess. XXIV, cap. 15.)

—Quomodo tenuioribus Cathedralibus providendum?

R. «Quoniam pleræque cathedrales ecclesiæ tam tenuis redditus sunt et anguste, ut Episcopali dignitati nullo modo respondeant, neque ecclesiarum necessitati sufficiant examinet Concilium provinciale, vocatis iis quorum interest, et diligenter expendat, quas propter angustias tenuitatemque vicinis unire, vel novis proventibus augere expediat; confectaque de præmissis instrumenta ad Summum Romanum Pontificem mittat; quibus instructus Summus Pontifex, ex prudentia sua, prout expedire judicaverit, aut tenues invicem uniat, aut aliqua accessione ex fructibus augeat. Interim vero, donec prædicta effectum sortiantur, hujusmodi Episcopis, qui fructuum subventione pro diœcesis suæ tenuitate indigent; poterit de beneficiis aliquibus, dum tamen curata non sint, nec dignitates, seu canonicatus, et præbendæ, nec monasteria, in quibus viget regularis observantia, vel quæ capitulis generalibus et certis visitatoribus subduntur, a Summo Romano Pontifice provideri.» (Sess. 24, cap. 13.)

—Ratione ecclesiarum quomodo dividuntur Capitula?

R. In simplicia et duplicia.

Prima, uno tantum constant capitulo; secunda vero duobus capitulis, in duabus ecclesiis constitutis, unum vero tantum corpus efficientibus (1).

Hujus secundi exemplar habes in Metropolitana Ecclesia apud Cæsaraugustam, cujus capitulum constat duabus ecclesiis æque et principaliter unitis, una quæ Sedis dicitur (*la Seo*), alia vero quæ a Deipara sub Columnæ antiquisimo titulo venerata nomen habet (*el Pilar*).

—Quis numerus in Cathedralibus Hispaniæ hodiedum existit?

R. Eum videre est in art. Concord. 17 (2). Numerus maximus viginti octo, præter dignitates et officia, in metropolitanis Toletana, Hispalensi et Cæsaraugustana reperitur. Minimus duodecim in Minoricensi. Suffraganeæ autem Ecclesiæ, ex maxima parte, sexdecim Canonicos habent.

—Quinam in Hisp. ecclesia Canonicorum origo?

R. Visigothorum tempore nondum de illis mentio fit, attamen tunc temporis jam Clerici civitatenses collegialem vitam agebant.

—Affer aliqua testimonia?

R. Agnoscatur oportet Canon 23 Toletani IV, sub Divo Isidoro, in quo hœc legere lubet. «Non aliter placuit ut quemadmodum Antistes, ita presbyteri atque levitæ (3), quos forte infirmitas, aut ætatis gravitas in *conclavi Episcopali* manere non sinit, ut iidem in cellulis suis testes vitæ habeant, vitamque suam, sicut nomine, ita et meritis teneant.»

Patet ergo clericos eo tempore una cum Episcopo communem vitam egisse, unamque habuisse mensam, ita ut de hac intelligatur. Canon 1, Toletani III, qui in Decretis citatur.

---

(1) Talia erant in antiqua disciplina capitula Ecclesiarum Oscæ et Jacæ, Astigis et Beatiæ, Calagurris et Sti. Dominici Calceatensis.

(2) Vide in apend. ad calcem libri.

(3) Hoc nomine Diaconi apud Visigothos designari solebant.

—Quid continet hic Canon?

R. «Pro reverentia Dei *Sacerdotum* id universa Sancta constituit Synodus, ut quia solent crebro mensis otiosæ fabulæ interponi, in omni sacerdotali convivio lectio divinarum scripturarum misceatur; per hoc enim et animæ ædificantur ad bonum, et fabulæ non necessariæ prohibentur.» (Dist. 45).

In his vero Canonibus *Sacerdos* et *Sacerdotalis*, idem ac Episcopus et Episcopalis per anthonomasiam sonat.

—Quænam prima Capitulorum notitia in Hispania?

R. Cum Cathedrales Cathaloniæ ecclesiæ Francorum Regum ditioni in parte subjacerent, a tempore Caroli Magni et Ludovici cognomento Pii, in aliquibus illarum Aquisgranensis Canonica regula sequebatur; præcipue apud Vicos Urgelli et Ausoniæ, in quibus jam sæculo X hujusmodi Canonici reperiebantur (1).

—In his capitulis erat vita communis?

R. N. Nam pro voluntate Canonici illi proprietatem habebant, aut hac relicta ad perfectiorem vitam monastice et cum paupertate vivebant.

—Quinam hujus Canonicæ in Hispania exitus?

R. Sæculo XI jam parum utilis censebatur, et magna reformatione indigebat, unde melius visum est, pro perfectione vitæ et ægestatis causa, Augustinianam Canonicam accipere, quæ sæculo XI vigere cœpit, magna cum utilitate populi et Ecclesiæ gloria.

—Quid in Gallæcia?

R. Compostellanum Concilium, anno 1056, sub Ferdinando I, Canone vero I, monasticam vitam Episcopo cum Canonicis injungit his nitidissimis verbis. «Omni autem tempore unam omnes horam intra ecclesiam simul celebrent, unum refectorium, unum dormitorium, et dum in propinquo fuerint, omnibus canonicis cum Episcopo habeant, ut absque uno de his tribus (*præpositis nempe Diœcesanis ad visitationem*) numquam dessit monachis. Et in

(1) Vide hac de re Fr. Jacobum Villanueva. Viaje literario á las iglesias de España, tomo VI, carta 46.

his omnibus silentium observent, necnon et ad mensam lectiones sanctas semper audiant.»

—Quid de Augustiniana Canonica?

R. Ea valde a sæculo XI in Hispania crevit, ita ut in omnibus fere Castellæ et Aragoniæ cathedralibus et collegialibus ecclesiis servaretur usque ad sæculum XIV, quo tempore, et morum pravitate et grassante epidemia, quæ dimidiam fere depopulavit Hispaniam, capitula aliqua sensim communem vitam abjicere cœperunt.

Præcipuæ vero Castellæ Cathedrales sæcularem vitam, sæculo XVI, cum Romani Pont. consensu, agere cæperunt, in Aragonia et Cathalonia sæculo XVII: in Navarra vero Pompilonense Capitulum Augustinianam Canonicam ad nostra usque perduxit tempora, etsi magna cum mitigatione.

LECTIO XXX.

QUALES ESSE DEBEANT PROMOVENDI AD DIGNITATES CATHEDRALIS ECCLESIA.

—Dignitates in Cathedralibus institutæ fuerunt ad merum faustum et honorem?

R. «Cum dignitates in ecclesiis, præsertim cathedralibus, ad conservandam augendamque ecclesiasticam disciplinam fuerint institutæ, ut, qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliisque exemplo essent, atque Episcopos opera et officio juvarent; merito, qui ad eas vocantur, tales esse debent, qui suo muneri respondere possint.» (Sess. 24, cap. 12.) Mt.

Ergo non ad faustum et vanitatem, sed ad exemplum et ædificationem inferiorum inductæ sunt.

—Quam primam dignitatem nominat Trid. Synodus?

R. Archidiaconi de qua dicendum infra.

—Quid de cæteris dignitatibus?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Primo loquitur de his qui curam animarum gerunt, deinceps de aliis non curatis.

—Quid de curatis dignitatibus?

R. «Nemo igitur deinceps ad dignitates quascumque, quibus animarum cura subest, promoveatur, nisi qui saltem XXV suæ ætatis annum attigerit; et in clericali ordine versatus, doctrina ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur; juxta Constitutionem Alexandri Tertii in Concilio Lateranensi promulgatam, quæ incipit: *Cum in cunctis*.» (Ib.) Mt.

—Quid disponitur in hac constitutione a Concilio renovata?

R. Hæc constitutio lata fuit in Concilio Lateranensi III, et continetur in 1.° Decretalium, tit. 6.° *de electione et electi potestate*, cap. 7, et sic ait «Cum in cunctis sacris ordinibus, et ecclesiasticis ministeriis, sint ætatis maturitas, gravitas morum, et litterarum scientia inquirendæ; multo fortius in Episcopo hæc oportet inquiri, qui ad aliorum curam positus, in se ipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei oporteat conservari. Ea propter, ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur a posteris in exemplum; præsenti decreto statuimus, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam trigesimum annum ætatis exegerit, et de legitimo matrimonio sit natus; qui etiam vita et scientia commendabilis demonstretur.»

—Possunt dignitates in Cathedralibus Hisp. curam animarum habere?

R. Neg. Nam ex art. 25 Concord. prohibitum est, qui sic se habet. «Nullum capitulum aut collegium ecclesiasticum adnexam habere poterit curam animarum: adeoque beneficia curata et vicariæ perpetuæ quæ antea, pleno jure, alicui collegio conjuncta erant, deinceps juri communi omnimode subjicientur.» Mt.

—Quid de aliis dignitatibus non curatis Trid. Synodus?

R. «Ad cæteras autem dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, clerici alioquin idonei, et XXII annis non minores, adsciscantur.» (Sess. 24, cap. 12.)

—Quoties tenentur Dignitates emittere Fidei professionem?

R. Tam Dignitates quam Canonici duplici vice tenentur facere. «Provisi autem de canonicatibus et dignitatibus in ecclesiis cathedralibus, non solum coram Episcopo, seu ejus Officiali, sed etiam in Capitulo idem facere teneantur: alioquin prædicti omnes provisi, ut supra, fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur.» (Ib.)

—Promoti ad Dignitates in sacris ordinati esse debent?

R. Af. «Neminem etiam deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiant, nisi qui eo Ordine sacro aut sit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit; aut in tali ætate, ut infra tempus a jure, et ab hac sancta Synodo statutum, initiari valeat. In omnibus vero ecclesiis cathedralibus omnes canonicatus, ac portiones habeant annexum ordinem presbyterii, diaconatus, vel subdiaconatus. Episcopus autem cum consilio capituli designet, ac distribuat, prout viderit expedire, quibus quisque ordo ex sacris annexus in posterum esse debeat; ita tamen, ut dimidia saltem pars presbyteri sint, cæteri vero diaconi, aut subdiaconi: ubi vero consuetudo laudabilior habet, ut plures, vel omnes sint presbyteri, omnino observetur.» (Ib.)

Cum ergo canonicatus omnes presbyterales, diaconales et subdiaconales esse debeant, quin imo in Hispania presbiterales sint, liquet omnes ordinatos in sacris et in Hisp. presbiteros esse debere.

—Dignitates debent habere gradum academicum?

R. Af. «Hortatur etiam sancta Synodus, ut in provinciis, ubi id commode fieri potest, dignitates omnes, et saltem dimidia pars canonicatuum in cathedralibus ecclesiis, et collegiatis insignibus conferantur tantum magistris, vel doctoribus, aut etiam licentiatis in Tneologia, vel jure Canonico.» (Ib.)

—Quid intelligendum per verba *ubi commode*?

R. In Hisp. et ejus ditionibus hodie non solum est commoditas sed etiam facilitas, salva tamen aliqua sede in Marianis insulis. In Austria, Belgio, Gallia et Italia ubi Universitates Catholicæ et Seminaria sunt, idem dicendum (1).

(1) Quamvis aliqui juris, Canonici periti credant non esse ar-

—Quæ dignitates sunt hodie in Cathedralibus Hisp.?

R. In omnibus, et uniformi ordine, ex Concord., art. 13, hæc quinque sunt: Decanus, Archipresbyter, Archidiac., Cantor et Magister scholarum: in Metropolitanis superaddi-tur Thesaurarius.

—Hæc dignitates nuperæ sunt?

R. N. Omnes enim a sæculo XII, et aliæ ab XI, agnitæ erant in omnibus fere cathedralibus et collegiatis Hisp.

—Quænam sunt earum munia et prærogativæ ex jure communi?

R. Potiora hæc sunt:

1.° Præesse in Capitulo, choro et processionibus, et in eis superiorem locum et stallum habere, sed non ordine antiquitatis seu possessionis, sed ordine dignitatis.

2.° Exercere suo ordine functiones illas quæ Pontificales dicuntur, et ab illis fieri possunt.

3.° Ministrare solemniter Sacramenta Episcopo infirmanti et ejus funus facere.

4.° Inservire Episcopo in Pontificalibus fungendo officio presbyteri assistentis.

—Hæc dignitates aliquam jurisdictionem habent?

R. Hodiedum vix aliquam nisi nominalem retinent. Forsan tamen expediret ad primævam disciplinam eas reducere, quod quidem vix aliquid difficultatis haberet.

—Quæ dignitas et jurisdictio Decano datur?

R. De ea infra dicendum, quin etiam de Archidiacono.

—Quænam Archipresbyteri munia?

R. Præesse Clero civitatis, tam parochiali quam simplici, et in suis congregationibus litterariis et æconomicis, quin etiam ipsum Decanum in Capitulo et choro supplere.

—Quænam Cantor habet?

R. Cantor, Hispanie *Chantre*, chorum regit, vel regere debebat: sacræ hymnodiæ codices habet in custodia, pueros in choro canentes (*seises*, *tiples*, *infantes*) et eorum colle-

ctandas dignitates ad suscipiendum gradum, attamen hodiedum ut studia vigeant et faveantur potius credo standum litteræ quam exceptioni.

gio præest, vel si hoc sit magistri capellæ aut succintoris munus, saltem aliquam inspectionem exercere deberet.

—Quænam Magister scholæ?

R. Hic, qui potius *Magister scholarum* apud nostrates audit, puerorum scholis privatis præsidebat, vel in magistros illis docentes inspiciebat. Hodie forsan in seminariis utilis foret eorum inspectio, vel in scholis publicis a Capitulo privato patronatu conservatis.

—Quid Thesaurarius?

R. In custodienda et conservanda sacra supellectili et remanentibus nummis utilis est.

—Sunt aliæ præter has in Cathedralibus nostris dignitates?

R. Af. Ex art. 13 Concord. noviss. quæ in fine hæc habet. «Præterea Toletana ecclesia duas alias habebit Dignitates titulo Capellani Majoris Regum, et Capellani Majoris Mozarabum; Hispalensis aliam Capellani Majoris Sancti Ferdinandi, Granatensis aliam Capellani Majoris Regum Catholicorum, et Ovetensis aliam titulo Abbatis sanctuarii in Ausenii montis spelunca positi de Covadonga.»

—Quænam Dignitates Rom. Pontificis provisioni reservantur?

R. Loco duorum supra quinquaginta Beneficiorum de quibus in tractatu ann. 1753 expressa fit mentio, liberæ Rom. Pontif. dispositioni reservantur Cantoris Dignitas in singulis Metropolitanis, itemque in Cathedralibus Asturicensi, Abulensi, Guadicensi, Oscensi, Gienensi, Lucensi... et Zamorensi (1); in reliquis autem omnibus Canonicatus vulgo *de gracia* qui prima Sanctitatis suæ collatione præfigetur. Hujusmodi vero beneficia ad formam prædicti tractatus conferentur.» (Art. 18.)

(1) Omissarum ecclesiarum seriem vide in apendicibus ad calcem libri.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO XXXI.

DE PRIMA SEDE POST PONTIFICALEM.

—Quid primæ Sedis nomine intelligitur?

R. Ex privata Hisp. ecclesiæ disciplina, in ecclesiis cathedralibus prima Sedes semper post Episcopum Decano donatur. Dicitur prima Sedes, non tantum quia primos stallos in choro post Episcopum occupat, sed quia absente Prælato Capitulo præest (1).

—Quænam hujus dignitatis origo?

R. In antiqua disciplina absente Episcopo Archipresbyter presbyterium regebat, et etiam populo benedictionem impertiri poterat. Cum autem per pagos et parva oppida eorum ecclesiis præpositi fuerunt presbyteri, nominabatur ex ipsis unus qui super presbyteros rurales, plus minusve decem, præesset, ac etiam jurisdictionem haberet, unde *Decani* dicti sunt.

—Qua de causa ergo hodiedum Decani pluris quam Archipresbyteri in nostris ecclesiis habentur?

R. Ex praxi antiqua nostratum, ignota enim origine Archipresbyterorum Decani præsides erant in omnibus fere Cathedralibus.

Præterea in Capitulis regularibus Priores absente Episcopo Canonicis præsidebant. Cum vero mendicantes propagari cœperunt, et Augustiniana disciplina relaxata est, visum fuit Capitulorum præsides Decanos nominare ut a Prioribus mendicantium distinguerentur (2).

---

(1) Si in media ac elevata chori parte Sedes Episcopalis erecta est, dextram Decanus habet; si vero dextrum cornu Episcopus præsidet, Decanus primus in sinistro sedet, prouti in aliquibus Cathaloniæ et Valentiæ ecclesiis usitatur: hinc cornu seu latus dextrum chorus Episcopi, sinistrum chorus Decani dicitur.

(2) Ita videre est in Hisp. sacræ XLIX vol. nuper evulgato. Hac enim de causa Decani Tutelanæ Ecclesia et Bilbilitanæ, qui Pontificalibus insigniti fuerunt, Decani nuncupati sunt, sæculo XIV ineunte, Priorum nomine relicto. (Esp. Sagrada, tomo 49, pág. 451.)

Sed hæc disciplina non apud omnes ecclesias æqualis fuit.

—Quid Tridentinum Concilium de primis sedibus?

R. Nihil apud ipsum hac de re invenitur, Nam primam Sedem tantum Episcopo tribuit (1). «Episcopis præterea ubique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est etc. (V. Lectionem de Honoribus Episcopo debitis, fol. 101.)» Inde Decanalis Sedes prima post Pontificalem dicitur.

—Quid tamen circa Decanorum munia Trid. Syn. statuit?

R. 1.° «Archidiaconi, *Decani* et alii inferiores in his ecclesiis, ubi hactenus visitationem exercere legitime consueverunt, debeant quidem... visitare.» (Sess. XXIV, cap. 3).

2.° «Ad hæc causæ matrimoniales et criminales non *Decani*, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum judicio, etiam visitando, sed Episcopi tantum examini et jurisdictioni relinquantur» (1). (Sess. XXIV, cap. 20).

—Ergo hæc non munia primæ sedis sed tantum jurisdictionis erant?

R. Af. Et ideo hac in re Archidiaconis assimilabantur. Aliquando etiam istis major honor erat, nam plures Archidiaconis quam Decanis evectiones dabantur jure Decretalium (2).

—Qui Decani insigniores in disciplina Hispaniensi ante Concord. novissimam evaserant?

R. 1.° Tutelanus, qui jure Pontificalium gaudebat, et jurisdictionem ordinariam in territorio proprio, quod postea Diœcesis evasit.

2.° Ecclesia Collegialis apud Lucronium, olim apud Albeldam, et Episcopalis, anno 1435 illi unita; cujus prima Sedes, quamvis Castellana foret, Decanalis non Abbatialis dicebatur.

---

(1) Addit Concilium hæc verba «etiam si in præsenti inter Episcopum et *Decanum* seu Archidiaconum aut alios inferiores super causarum istarum cognitione lis aliqua in quacumque instantia pendeat.» Sed hæc tamquam transitoria dispositio in textu ommittitur.

(2) V. notulam in lectione de visitatione Diœc., fol. 89.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3.° Rotensis (Roda) in Aragonia, quæ quidem Ecclesia in Illerdensi Diœcesi olim Episcopalis fuit.

4.° Demum Agerensis, in Illerdensi quoque Diœcesi, cujus prima sedes non Decanalis sed Archipresbyteralis dicebatur, cum territorio nullius.

—Quid circa Decanorum munia et dignitatem nupera Concord. statuit?

1.° «Unumquodque Cathedralium ecclesiarum capitulum constabit Decano, qui semper primam sedem post Pontificalem obtinebit.» (Art. 13, Concord.)

2.° «Episcopo non præsidente præerit Decanus.» (Art. 14 in finem.)

3.° Ad dignitatem Decani in cunctis ecclesiis et quovis tempore ac modo vacet, Regia Majestas perpetuo nominabit.» (Art. 18, pár. 2.°)

4.° «Sex Cathedralium Peninsulæ præbendatis locus esse poterit inter eos, qui Regio sacello Capellani numere addicti sunt: numquam tamen primam sedem obtinentes, Canonicos *de oficio*, cura animarum adstrictos, nec duos simul ex una eademque ecclesia nominare fas erit.» (Art. 19.)

5.° Primæ post Pontificalem Sedi in Toletana Ecclesia, annuus viginti quatuor millium argentorum reditus adsignatur: cæteris in aliis Metropolitanis viginti millium: in suffraganeis decem et octo millium, in Collegiatis quindecim millium (Art. 32.)

LECTIO XXXII.

DE ARCHIDIACONIS ET ALIIS DIGNITATIBUS IN CAPITULO.

—Quis dicitur Archidiaconus?

R. Presbyter seu Diaconus qui aliis Diaconis et rebus temporalibus in aliquo territorio præerat.

In novissima vero et nostra disciplina est Dignitas Canonicalis quæ in Cathedralibus ecclesiis tertium locum tenet.

—Quotuplices sunt Archidiaconi?

R. 1.° Titulares et rurales.

2.° Cum jurisdictione et sine jurisdictione.

3.° Perpetui et nutuales.

4.° Graduati et non graduati.

—Quid Concilium Tridentinum de Archidiaconis instituit?

R. «Archidiaconi etiam, qui oculi dicuntur Episcopi, sint in omnibus Ecclesiis, ubi fieri poterit, Magistri in Theologia, seu Doctores aut Licentiati in jure canonico. (Sess. XXIV, cap. 12). Mt.

—Quare dicuntnr oculi Episcoporum?

R. Quia ab antiquis temporibus Episcopi mores et necessitates ecclesiarum per Archidiaconos inspiciebant, unde *Episcoporum oculi* dicebantur, quin etiam per Archidiaconi manus indigentibus auxilia ferebant, et rem Ecclesiæ administrabant, unde etiam *Episcopi manus* dicebantur.

—Qua de causa statutum fuit ut Magisterii laurea essent decorati?

R. Ut eo modo melius possent jurisdictionem ecclesiasticam exercere, sæpius enim decrevit Sac. Congreg. hunc exigendum illis tantum, qui jurisdictionem exercent: ideo gradum in jure illis injunxit, seu alias in Theologia, ut clericos ordinandos examinare possint.

—Quando cœperunt Archidiac. jurisdictionem externam et præcipue contentiosam exercere?

R. A sæculo VI et deinceps, ut ex Concilio Emeritensi nostro apparet, ita ut vicarius et offitialis esset Episcopi.

—Qua ratione tanto honore fuerunt aucti Archidiac. et supra presbyteros et archipresbyteros elati?

R. Quia misera humanitatis conditio est ut plus divitiis et temporalibus opibus quam spiritualibus bonis detur (1).

---

(1) Perperam citantur ab aliquibus Juris Canonici scriptoribus Hieron. verba (in Ezech. 18) cum de Archidiacono et primiceriis ait: «Certe qui primus fuerit ministrorum quia per singula contionatur in populos et a Pontificis latere non recedit *injuriam putat si presbyter ordinatur.*» Non fiebat injuria, sed superbia et avaritia ducti injuriam putabant, alio autem modo si humiles fuissent et altissimæ dignitatis presbyterorum justi admiratores. Quid enim jurisdictio et administratio temporalium cum terribili facultate consecrandi Corpus Domini, quam et ipsi invident Angeli?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid de Archidiaconis in Hispaniæ ecclesiis post patriæ nostræ restaurationem?

R. In sæc. XI non unus tantum, sed plures et extra ecclesiam erant et cum jurisdictione criminali et civili.

Ita habetur in Concilio Cojacensi (anno 1050), et in Jacensi (1063): ergo in duplici, Cantabrica et Pirenaica nempe restauratione jam tunc existebant.

—Quænam sunt verba Cojacensis Concilii?

R. Hæc sunt: «IV° vero titulo statuimus ut omnes Archidiaconi et presbyteri, sicut sacri canones præcipiunt, vocent ad pœnitentiam adulteros etc. V.° Ut Archidiaconi talesClericos constitutis quatuor temporibus ad ordines ducant. etc.

—Quænam verba Jacensis pro Aragonia et Navarra?

R. «Statuimus etiam, ut causæ clericorum pro quibus hucusque Ecclesia nostris in partibus gravata non modicum extiterat deinceps Episcopo solo et Archidiaconibus ejus discutiendæ relinquantur.»

—Jure Decretalium Archidiaconus erat vicarius Episcopi?

R. Af. Nam in ipsis dicitur (l. 1.°, tit. XXIII, c. 1.) «Árchidiaconus post Episcopum sciat se vicarium esse ejus in omnibus.» Sed hoc de Archidiacono titulari, id est in cathedrali et prope Episcopum existenti.

—Qua de causa Episcopi Archidiaconorum jura minuere cœperunt?

R. Propter eorum ambitum el elationem, nam despectis Episcopis jurisdictionem suam, non ut delegatam sed tamquam ordinariam exercebant, Episcopo inconsulto et etiam renuente, quin etiam aliqui eorum officiales instituebant. Ideo Episcopi eos ad cathedrales ecclesias revocarunt, et eorum loco vicarios generales seu officiales posuerunt.

—A quo tempore ista substitutio?

R. Præsertim a sæculo XIV apud nostrates.

—Concilium Trid. Archidiaconorum jurisdictionem abrogavit?

R. Neg. Sed potius eam firmavit ubi jure consuetudinario vigebat.

Quænam sunt ergo jure Trident. Archidiaconi munia?

1.° Territorium visitare si in usu sit.

2.° Exercere jurisdictionem contentiosam in causis non gravibus, ubi moris est.

—Quid de visitatione Diœcesis.

R. «Archidiaconi autem, Decani et alii inferiores in iis ecclesiis, ubi hactenus visitationem exercere consueverunt, debeant quidem, assumpto notario, de consensu Episcopi, deinceps per se ipsos tantum ibidem visitare... cui (*Episcopo*) ipsi Archidiaconi, vel alii inferiores, visitationis factæ infra mensem rationem reddere et depositiones testium ac integra acta ei exhibere teneantur.» (Sess. XXIV, cap· 3.°)

—Visitant Archidiaconi jure proprio?

R. Neg. Et liquet ex quinque conditionibus præcedentibus, quæ quidem hæ sunt: 1.° consuetudo; 2.° consensus Episcopi; 3.° notarii necessitas; 4.° personalitas propria sine facultate delegandi; 5.° actorum originalium exhibitio.

—Quarum causarum cognitio prohibetur ipsis?

R. «Causæ matrimoniales et criminales non Decani, Archidiaconi aut aliorum inferiorum judicio, etiam visitando, sed Episcopi tantum examini et jurisdictioni relinquantur.» (Sess. XXIV, cap. 20.)

Sessione etiam seq., cap. XIV, præcipitur ut causarum criminalium contra clericos concubinarios cognitio non ad Archidiaconos nec Decanos aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat.

—Quænam sunt alia Archidiaconorum munia?

R. 1.° Clericos ordinandos vocare et Episcopo præsentare (Pontificale Rom.)

2.° Minores lites, excesusque non graves cognoscere et corrigere.

—Debet esse examinator synodalis natus?

R. Valde opportunum est, non tamen obligatorium.

—Ex novissima Eccles. Hisp. disciplina quotuplices sunt Archidiaconi?

R. Unus tantum jam extat in Cathedrali, qui tertiam sedem post Pontificalem obtinet; ideoque hic Archidiaconus est titularis perpetuus, sine jurisdictione propria, et graduatus, est enim Canonicus et Dignitas in Cathedrali.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Qui celebriores antea in nostra Ecclesia Archidiaconi?

R. Præclara est Archidiaconorum nostrorum historia, quidquid in contrarium dicat Episcopus Barbosa.

In omnibus fere Cathaloniæ cathedralibus prima Sedes Archidiacono post Pontificalem dabatur.

In Gerundensi cathedrali non tantum erat prima Sedes, sed per plura sæcula Archidiaconus etiam Vicarius Capitularis nominabatur Sede vacante.

In ipsa Primatiali Toletana ecclesia sex Archidiaconi erant, inter quos eminebat Talabricensis (*Arcediano de Talavera*) cum ditissimo et præ cæteris pinguiori beneficio, et tamen sine voce in Capitulo.

In Burgensi Cathedrali quinque sedebant Archidiaconi, inter quos eminebat post titularem Archidiaconus Briviescensis, qui jurisdictionem ordinariam exercebat in territorio proprio separato, quatuordecim populis constante, cum curia ecclesiastica, et præsidentia in sua Collegiata insigni.

Denique Calatajubensis, qui jurisdictionem exercuit ad sæculum usque XV in territorio sui tituli, ab alia dimidia diœcesi sejuncto, et cum sede in Cathedrali Turiasonensi.

Hæc autem omnia ad Historiæ regiones relegata sunt, et certe non perinde dolendum.

—Quid denique de prælatione in concord. novissima?

R. «Unumquidque Cathedralium ecclesiarum Capitulum constabit Decano, qui semper primam sedem post Pontificalem obtinebit; quatuor dignitatibus, nempe Archipresbyteri, Archidiaconi, Cantoris et Scholæ præfecti, nec non altera Thesaurarii in Metropolitanis.» (Art. 13).

—Quid ergo de Arcbipresbyteris?

R. V. Infra lectionem—De Diœcesis in Archipresbyteratus et parochias divisione.

—Quid de præfectis scholarum?

R. Vide quoque lectionem —De generali Cleri institutione, infra notandam.

LECTIO XXXIII.

DE OFFICIALIBUS PRÆBENDIS, SEU CANONICIS DE OFICIO.

—Quænam sunt præbendæ officiales seu *de oficio* ut dici solent?

R. In Hispaniensibus Ecclesiis quatuor sunt: duo quidem ex disciplina generali, duo vero ex privata Hispaniæ.

Duo priores sunt præbenda Theologalis seu Lectoralis et Pœnitentiaria.

Alteræ vero Magistralis et Doctoralis.

—Quid de his noviss. conventio?

R. «Unumquodque cathedralium ecclesiarum Capitulum constabit... insuper quatuor Canonicis, qui *de oficio* nuncupantur, scilicet Magistrali, Doctorali, Lectorali et Pœnitentiario. (Art. 13 *Concord.*) Mt.

—Dicas originem Lectoralis?

R. Innocentius III in Later. IV eam pro metropolitanis tantum induxit. Basileense vero ad alias cathedrales ecclesias porrexit. Tridentinum denique illam firmavit.

—Quid de illa Tridentinum Concilium?

R. Postquam Sacræ Scripturæ lectionem commendavit (1) jubens ut scholæ et lectiones jam existentes legitime servarentur, aptisque conferrentur, ita prosequitur.

«In ecclesiis autem Metropolitanis, vel cathedralibus, si civitas insignis, vel populosa fuerit, ac etiam in collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, etiam nullius diœcesis, si ibi Clerus numerosus fuerit, ubi nulla præbenda, aut præstimonium, seu stipendium hujusmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocumque, præterquam ex causa resignationis, primo vacatura, cui aliud onus incompatibile injunctum non sit, ad eum usum ipso facto perpetuo cons-

(1) Vide infra cum de generali Cleri institutione.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tituta et deputata intelligatur.» (Sess. V, cap. 1.° de Ref.)

—Quis debet ad hanc lectionem promoveri?

R. «Statuit eadem sancta Synodus, neminem ad hujusmodi lectionis officium tam publice, quam privatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus, et scientia examinatus et approbatus non fuerit: quod tamen de lectoribus in claustris monachorum non intelligatur.» (Ib.) Mt.

—Quid de illis et Canonicis scholasticis Concil. Trid. ut etiam minori impensa seminariis instituendis provideatur?

R. «Ut Episcopi, Archiepiscopi, Primates, et alii locorum Ordinarii, scholasterias obtinentes, et alios, quibus est lectionis vel doctrinæ munus annexum, ad docendum in ipsis scholis instituendos, per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos, ab eisdem scholasticis eligendos, et ab Ordinariis approbandos, etiam per subtractionem fructuum, cogant et compellant. Quod si judicio Episcopi digni non fuerint, alium, qui dignus sit, nominent, omni appellatione remota: quod si neglexerint, Episcopus ipse deputet. Docebunt autem prædicti, quæ videbuntur Episcopo expedire.» (Sess. XXIII, cap. 18).

—Hæ præbendæ graduatis tantum conferri debent?

R. Af. «De cætero vero officia, vel dignitates illæ, quæ scholasteriæ dicuntur, non nisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra pagina, aut in jure canonico, et aliis personis idoneis, et qui per se ipsos id munus explere possint, conferantur: et aliter facta provissio nulla sit et invalida: non obstinantibus quibusvis privilegiis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus.» (Ib.)

—In qua facultate debet esse Doctor vel Licenciatus?

R. Hodie in Sacra Theologia, nec admittitur juris canonici peritus, nisi alias Theologus sit, et quidem ex mente Concilii et Bened. XIV, qui constitutionem istam tantum pro Italia datam, ad omnes ecclesias protraxisse videtur (1)

(1) Contrariam sententiam videre est apud Ab. Bouix, qui putat validam collationem viro idoneo sed non Doctori, cum non existat proprie dicta lex in contrarium, sed declaratio Bened. XIV et consuetudo vim legis habent.

dum Doctorem in jure canonico ad assumendum gradum in Sacra Theologia coegit; quin alias de idoneitate loqueretur: tempore enim Trid. Concilii juris canonici periti versati erant in Sacra Scriptura, non autem hodie.

—Hæc electio fieri debet prævio concursu?

R. Concilium in allatis verbis hoc non exigit: ita tamen fiebat ante Concord. noviss. indeficienter in omnibus Hisp. ecclesiis. Nunc vero per illa art. 13, citata verba ita de hac quam de aliis tribus sancitum fuit.

—Canonicus Lectoralis operam dans lectioni suæ in Seminario vel alio loco ad hanc deputato, minime vero assistens choro, satisfacit obligationi residentiæ?

R. Af. et lucratur non tantum fructus sed etiam distributiones quotidianas, ex concessione Gregorii XIII et deciss. Congregat. Sacr. Rituum.

—Quid de Pœnitentiario Trid. Concilium?

R. «In omnibus etiam Cathedralibus ecclesiis, ubi id commode fieri poterit, Pœnitentiarus aliquis cum unione præbendæ proxime vacaturæ, ab Episcopo instituatur, qui Magister sit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel jure canonico, et annorum quadraginta, seu alias qui aptior pro loci qualitate reperiatur; qui dum confessiones in ecclesia audiet, interim præsens in choro censeatur.» (Sess. XXIV, cap. 8, de Ref.

—Ergo Pœnitentiarius graduatus esse debet?

R. Af. Nam hoc expresse sancivit S. Syn. excepto necessitatis casu, verbisillis (*seu alias*).

—Potest absolvere a reservatis?

R. Solummodo potest si vel a Papa, vel ab Episcopo quoad reservata Synodalia, ipsi potestas fiat. Secus vero si non facta sit talis concessio.

—Quænam origo præbendarum Magistralis et Doctoralis in Hispania?

R. Ab anno Incarn. Dom. 1474 (Kal. Decembr.) (1) a Sixto IV in Bulla *Creditam nobis*.

(1) Respondet ergo diei primæ Martii, ejusdem anni, nam in Bullis Pontificiis non a Nativitate Domini, sed ab Incarnatione computatur, quod quidem bene notandum ne chronologicis erroribus ansa præbeatur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid hac de re ait citata Bulla?

R. «Quod duobus Canonicatibus et totidem præbendis... quoties illos vacare pro tempore contigerit, uni qui in Theologia Magister, seu Licentiatus existat, possit et debeat una cum Capitulo cujuslibet earumdem ecclesiarum ordinaria auctoritate provideri in omnibus et per omnia.»

—Quodnam Canonicifuit objectum creationis Magistralis præbendæ?

R. Auxilium ferre Episcopo in prædicationis munere, quod præcipuum ipsius onus est.

—Quodnam Doctoralis munus?

R. Ex verbis Bullæ ipsius intenditur debere esse juris peritum et quidem in patrio jure versatum.

«Nam cum canonicatus et præbendæ... propter inorditos favores persæpe conferuntur juris parum litteratis, adeo ut nonumquam eveniat quod nullus ecclesiarum earum canonicus graduatus existat, *cujus consilio et auxilio jura tueri, et bona occupata recuperari et alia negotia* utiliter et salubriter dirigi valeant, in non modicum ecclesiarum earumdem detrimentum, et honoris et reputationis diminutionem.» etc.

Hæc autem omnia Canonista, si advocatus non sit et patrii juris peritus, difficulter vel nullo modo præstabit ad ecclesiæ suæ jura tuenda.

—Quid de nobilitate generis?

R. «Ut qui præcellenti nobilitate gauderent præeligerentur;» in quo quidem temporis opinionibus indulgebatur. Hoc vero ab Alex. VII, anno 1652, ad meliorem frugem redactum fuit, ita ut non nobilitatis, sed ætatis haberetur ratio, in casu paritatis votorum.

—Cujus est hodiedum in Hispania has præbendas providere?

R. «Canonicatuum *de oficio* provisio ad Prælatos et capitula prævio concursu pertinebit.» (*Art.* 18 *Concord.*)

—Quis concursum ad provissionem harum præbendarum indicit?

R. Episcopus ipse cum Decano et Capitulo: vota autem Episcopi computantur ut dicetur infra in lectione de Capitulo prouti Episcopi senatu.

—Quot præbendati de officio sunt in Collegiatis?

R. Duæ Hispanicæ creationis, nempe Magistralis et Doctoralis, ut dicetur infra cum de Collegiatis ecclesiis.

—Quid de oneribus et officiis his præbendis injunctis?

R. «Ratio postulat, ut illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur. Quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione seu fundatione, aut aliis constitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt injuncta; in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione, eis non derogetur.» (Sess. XXV, cap. 5.)

—Hoc spectat etiam ad has officii præbendas?

R. Af. Sequitur enim S. Syn. dicens: «Idem in præbendis Theologalibus, Magistralibus, Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus, quandocumque ita constituta fuerint, observetur, ut eorum qualitatibus vel ordinibus nihil in ulla provissione detrahatur: et aliter facta provissio subreptitia censeatur.» (Ib.)

LECTIO XXXIV.

DE CANONICIS.

—Quid Canonici nomine intelligitur?

R. Clericus qui e corpore Capituli Cathedralis seu Collegialis membrum est.

—Qui dicuntur esse e corpore Capituli?

R. Illi sunt tantum qui in ipso suffragium ferunt: cæteri autem, sive dignitates, sive honorarii, sive statores Regis non sunt Canonici *proprie dicti*, si suffragium non ferunt.

—Quot sunt Canonicorum species jure communi?

R. 1.° Proprii et honorarii.
2.° Sæculares et Regulares.
3.° Præbendarii et simpliciter Canonici.
4.° Numerarii et supernumerarii.
5.° Presbyterales, Diaconales et Subdiaconales.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quænam Canonicorum speciesin Hispaniæ Cathedralibus jure novissimo sunt?

R. Hodiedum non sunt apud nos Canonici Regulares, nec honorarii, nec supernumerarii.

Omnes hodiedum sunt numerarii et numerati: omnes etiam vocem seu suffragium habent in Capitulo: omnes quoque præbendam habent.

—Quid de Canonicorum ordinibus disposuit Tridentina Synodus?

R. Sicuti Consistorium constat Cardinalibus Episcopis, presbyteris et diaconis, ita Capitulum constare potest Canonicis presbiteris, diaconis et subdiaconis.

«In omnibus vero Ecclesiis Cathedralibus omnes canonicatus ac portiones habeant annexum Ordinem presbyterii, diaconatus, vel subdiaconatus. Episcopus autem cum consilio Capituli designet, ac distibuat, prout viderit expedire, quibus quisque Ordo ex sacris annexus in posterum esse debeat: ita tamen, ut dimidia saltem pars presbyteri sint, cæteri vero diaconi, aut subdiaconi: ubi vero consuetudo laudabilior habet, ut plures vel omnes sint presbyteri, omnino observetur.» (Sess. XXIV, cap. 12.) Mt.

—Hæc divisio est necessaria?

R. Neg. Sed Sancta Synodus eam in potestate Episcopi reliquit, ut mediæ ætatis consuetudinibus indulgeretur.

—Quid hac de re apud nostrates?

R. In Hisp. Cathedralibus et Collegiatis omnes præbendæ presbyterales sunt, et cum hæc consuetudo ex Concilio, *laudabilior*, sit, et *omnino* observanda, hinc liquet nostris in ecclesiis omnes Canonicatus presbyterales esse.

—Quid hac de re noviss. Concordia?

R. «Tum Dignitates et Canonicos, tum etiam beneficiatos seu capellanos singulos licet ii, pro meliori Cathedralium servitio in presbyteros, diaconos ac subdiaconos distribuantur, Sacerdotio insignitos esse debere Sanctitas sua decernit, quique in possessione suorum beneficiorum adipiscenda hoc Ordine caruerint, infra annum ipso initiari sub pœnis canonicis debebunt.»

—Sunt in Hispania aliqui Canonici honorarii ex hodierna disciplina?

R. Nec sunt, nec fuerunt, nec forsan esse debebunt, quin hoc irreverentiæ quidquam ferat in eas ecclesias, in quibus tales honores apud exteras gentes conferri solent, aliquando clericis, de illis ecclesiis benemeritis: verum tamen apud Hisp. ecclesias non est in usu eos nominare.

—Erant tamen aliqui honorarii Canonici in aliquibus ecclesiis Hisp. ante Concord. novissimam?

R. Vix agnoscebantur; tales enim Canonicatus vel erant Regibus Hispaniæ, vel optimatibus concessi, uti in Granatensi Cathedrali fiebat, in cujus choro canonicalis honos ferebatur viro e familia Garcia de Paredes, pii et strenui militis, qui multum in ea a mauris liberanda insudavit. Sic in præcipuis Aragoniæ et Cathaloniæ Cathedralibus Rex habebatur ut Canonicus: in aliis vero erat Canonicus qui dicebatur *Stator Regis*.

—Canonici debent esse Doctorali laurea insigniti?

R. Af. «Hortatur etiam sancta Synodus, ut in provinciis, ubi id commode fieri potest, Dignitates omnes, et saltem dimidia pars canonicatuum, in cathedralibus ecclesiis, et collegiatis insignibus conferantur *tantum* Magistris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel jure canonico.» (Ib.) Mt.

—In Hispania adest ista facilitas et commoditas?

R. Af. Nam et in Universitatibus et in Seminariis Centralibus gradus majores hodie conferuntur: notandumque adverbium illud *tantum*, quod non in vanum S. Syn adhibuit.

—Cujus est præbendarum vacantium provissio?

R. «Præbendarum, canonicatuum et beneficiorum eorumdem nominatio, quoties ob possessoris dimissionem vel ad alterum beneficium promotionem vacent, iis exceptis quæ Summo Pontifici reservata sunt, ad Regiam Majestatem semper et quandocumque spectabit.» (Art. 18.) Mt.

—Quid in aliis casibus?

R. «Idem prorsus servabitur quoad ea qua vacent Sede vacante, aut vacua supersint tempore mortis, traslationis, vel resignationis Prælati, cujus erat jus conferendi.» (Ib.) Mt.

—Cui competit novarum præbendarum provissio?

R. «Regiæ Majestati suæ similiter competet prima nominatio ad Dignitates, canonicatus et beneficia in cathedralibus noviter erigendis, nec non ad illa quæ in nova Vallisoleti Metropolitana augebuntur, præter tamen Summo Pontifici reservata, et canonicatus *de oficio*, quibus consueta forma providebitur.» (Concord. art. 19.)

Instaurata jam Metropoli Vallisoletana, provissio hodiedum in ea fit prouti in omnibus aliis ecclesiis Hisp.

—Debent omnes præbendati collationem ab Ordinario petere?

R. Af. «Singula jura ad prædicta beneficia nomiuati institutionem et collationem canonicam a propriis ordinariis semper et omnino consequi teneantur.» (Ib.)

LECTIO XXXV.

QUID AD CANONICATUS PROMOTI PRÆSTARE TENEANTUR, PRÆCIPUE ERGA CULTUM.

—Quænam sunt canonicorum obligationes erga cultum?

R. «Omnes vero divina per se, et non per substitutos, compellantur obire officia; et Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti, assistere, et inservire, atque in choro, ad psallendum instituto, hymnis et canticis Dei nomen reverenter, distincte, devoteque laudare.» (Sess. XXIV, cap. 12.) Mt.

—Canonici debent interesse sacris ordinationibus?

R. Congrum et valde opportunum est, non tamen necessarium, Concilium enim cum de ordinationibus loquitur hæc habet: «Ordinationes sacrorum ordinum, statutis a jure temporibus, ac in Cathedrali ecclesia, vocatis, præsentibusque ad id Ecclesiæ Canonicis, publice celebrentur.» (Sess. XXIII, cap. 8). Mt.

—Quid autem si in alio Diœcesis loco?

R. «Præsente Clero loci, dignior quantum fieri poterit ecclesia semper adeatur.» (Ib.) Mt.

—Quam pœnam incurrit canonicus qui in Sacris non est initiatus?

R. «Quicumque in catedrali, vel collegiata, sæculari vel regulari ecclesia divinis mancipatus officiis, in subdiaconatus Ordine saltem constitutus non sit, vocem in hujusmodi ecclesiis in capitulo non habeat, etiamsi hoc sibi ab aliis libere fuerit concessum.» (Sess. XXII, cap. 4. de Ref.) Mt.

—Quod temporis spatium Canonicis ad ordinationem datur?

R. Spatium unius anni: «Ii vero, qui dignitates, personatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis Ecclesiis obtinent, aut in posterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet, ut alii Missas, alii Evangelium, alii Epistolas dicant, seu cantent; quocumque ii privilegio, exemptione, prærogativa, generis nobilitate sint insigniti, teneantur, justo impedimento cessante, infra annum Ordines suscipere requisitos.» (Ib.) Mt.

—Quas pœnas incurrunt qui aliter faciunt?

R. «Alioquin pœnas incurrant, juxta constitutionem Concilii Viennensis, quæ incipit: *Ut ii qui*: quam præsenti decreto innovat.» (Ib.) Mt.

—Quid ait Viennense Concilium (1)?

R. Verba sunt fere eadem quas Tridentinum refert, usque in finem, ubi hæc habet. «Nisi justo impedimento cessante, ad hujusmodi ordines se promoveri fecerint intra annum, ex tunc donec ad eos promoti fuerint nullo modo vocem in capitulo habeant earumdem, ipsisque distributionum, quæ dantur iis, qui certis horis intersunt, pars dimidia substrahatur.»

—Possunt cogi canonici ad præstanda servitia sui ordinis?

R. Af. Sequitur enim Concilium «Cogantque Episcopi eos diebus statutis dictos Ordines per se ipsos exercere, ac

(1) Clement., lib. 1.°, cap. 2.°, tit. 6.°. Vide apud Gallemart «Ut ii qui in Divinis Cathedralibus aut Collegiatis sæcularibus vel regularibus Ecclesiæ sunt mancipati officiis:» verba ut videtur fere eadem sunt, quare eas repetere supervacaneum foret.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cætera omnia officia, quæ debent in cultu divino præstare.» (Ib.) Mt.

—Quibus pœnis renuentes cogi possunt?

R. Privatione distributionum et vocis in capitulo, ex Concilio Viennensi, a Tridentino laudato, et etiam gravioribus pœnis juxta discretionem Episcopi; sequitur enim Tridentinum: «Sub eisdem, et aliis, etiam gravioribus pœnis, arbitrio eorum (id est, *Episcoporum*) imponendis.» (Ib.) Mt.

—Debent nominari qui ad hæc inepti sint?

R. N. «Nec aliis in posterum fiat provisio, nisi iis, qui jam ætatem, et cæteras habilitates integre habere dignoscantur: aliter irrita sit provisio.» (Ib.) Mt.

—Quodnam est objectum distributionum quotidianarum?

R. «Cum beneficia ad divinum cultum atque ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua in parte minuatur divinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur; statuit sancta Synodus in ecclesiis, tam Cathedralibus quam Collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur; tertiam partem fructuum, et quorumcumque proventuum et obventionum, tam dignitatum, quam canonicatuum, personatuum, portionum et officiorum, separari debere, et in distributiones quotidianas converti, quæ inter dignitates obtinentes, et cæteros divinis interessentes, proportionabiliter juxta divisionem ab Episcopo, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam, dividantur: salvis tamen consuetudinibus earum ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non servientes, nihil vel minus tertia parte percipiunt: non obstantibus exemptionibus, ac aliis consuetudinibus, etiam immemorabilibus, et appellationibus quibuscumque. Crescenteque non servientium contumacia, liceat contra eos procedere juxta juris ac sacrorum canonicum dispositionem.» (Sess. XXI, cap. 3 de Ref.)

—Cui competit facultas distributiones quotidianas componendi?

R. «Episcopi, etiam tamquam delegati Apostolici, ex fructibus et proventibus quibuscumque omnium dignitatum, personatum, et officiorum, in ecclesiis Cathedralibus,

vel Collegiatis existentium, tertiam partem in distributiones, eorum arbitrio assignandas, dividere possint: ut scilicet, qui eas obtinent, si personaliter competens sibi servitium, juxta formam ab eisdem Episcopis præscribendam, quolibet die statuto non impleverint; illius diei distributionem amittant, nec ejus quoquo modo dominium acquirant, sed fabricæ ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarii applicetur. Crescente vero contumacia, contra eos juxta sacrorum Canonum constitutiones procedant.» (Sess. XXII, cap. 3.° De Ref.)

—«Quod si alicui ex prædictis dignitatibus in ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis, de jure, seu consuetudine, jurisdictio, administratio, vel officium non competat, sed extra Civitatem in Diœcesi cura animarum immineat, cui is, qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit?»

R. «Tunc pro tempore, quo in curata ecclesia resederit, ac ministraverit, tamquam præsens sit, ac divinis intersit, in ecclesiis Cathedralibus ac Collegiatis, habeatur. Hæc in iis tantum ecclesiis constituta intelligantur, in quibus nulla est consuetudo, vel statutum, ut dictæ dignitates non servientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum et proventuum ascendat: non obstantibus consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus et constitutionibus, etiam juramento, et quavis auctoritate firmatis.» (Sess. XXII, cap, 3.° de Ref.)

—Debent canonici adsistere Episcopo celebranti?

R. Af. Ex Sess. XXIV, cap. 12 de Ref. in genere, ubi expresse ait Trid. «Et Episcopo celebranti aut alia Pontificalia exercenti adsistere et inservire.» Mt.

—Debent canere in choro?

R. Af. Sequitur enim «atque in choro ad psallendum instituto hymnis et canticis Dei nomen reverenter, distincte, devoteque laudare.» (Ib.) Mt.

—Quid per hæc S. Synodi verba datur intelligi?

R. Juxta communem doctrinam non tantum Missa conventualis, sed etiam septem horarum canonicarum integra et solemnis decantatio, ita ut non satisfiat præcepto cum privata recitatione, nisi alias ex necessitate, vel ex justa causa detur Pontificia dispensatio in partem vel in totum.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hanc autem dispensationem concedere solet S. Sedes ubi exigui sunt canonicorum numerus vel reditus, uti in pluribus Cathedralibus exteris contingit. In Hispania autem ubi cultus splendor adhuc, Deo misericorditer favente, solemniter devoteque servatur, quotidiana solemnisque etiam fit Missæ ac totius officii decantatio, non solum in Cathedralibus et Collegiatis omnibus, sed etiam in pluribus parochialibus ecclesiis, quæ olim Collegiatæ fuerunt (1).

—Canonici choro adsistentes, sed non canentes, satisfaciunt obligationi?

R. N. Et hic error, ab aliquibus theologis et juris canonici peritis defensus contra mentem Tridentini, a Summo Pont. Benedicto XIV funditus eversus est (2).

—Quomodo et a quo regulari debent cætera erga Divinum cultum in Cathedralibus ecclesiis?

R. «Cætera, quæ ad debitum in divinis officiis regimen spectant, deque congrua in his canendi seu modulandi ratione, de certa lege in choro conveniendi et permanendi, simulque de omnibus ecclesiæ ministris, quæ necessaria erunt, et si qua hujusmodi, Synodus provincialis, pro cujusque provinciæ utilitate et moribus, certam cuique formulam præscribet. (Sess. XXIV, cap. 12. de Ref. in gen.)

—Quid vero ubi Synodus non congregatur?

R. Concilium quamvis per transenam huic necessitati satisfecit dicens: «Interea vero Episcopus non minus, quam cum duobus canonicis, quorum unus ab Episcopo, alter a capitulo eligatur, in iis, quæ expedire videbuntur, poterit providere.» (Ib.)

—Hæc dispositio perpetua est vel transitoria?

R. Quamvis vox *interea* transenam indicare videatur attamen in casu juris ita fieri debet.

(1) Vide hac de re Constit. Bened. XIV *Cum semper*, quæ confirmavit varias resolutiones Congreg. Concilii, quibus excusationes ad declinandam applicationem quotidianam Missæ conventualis pro bene factoribus in genere provide sublatæ fuerunt.

(2) In Brevi ad Card. Delphinum Patriarcham Aquileensem (19 Jan. 1748). «Canonicos choro quidem interessentes adsistentesque, minime vero canentes, prælatosve, nullo modo ex præbendis et distributionibus facere fructus suos, atque adeo restitutioni obnoxios esse et fore.»

In Hispania autem omnes Cathedrales et Collegiales Ecclesiæ peculiares ad hoc constitutiones habent.

—Cui competit magistri capellæ et cantorum electio?

R. Capitulo canonicorum non vero Episcopo: hic autem abusus in cantu, et præsertim theatralem musicam, (1) quæ in ecclesiis irrepsit, incunctanter persequi et profligare, tenetur, melius enim est non canere quam profano aut lascivo modo canere.

—Quænam sunt canonicorum munia in Capitulo?

R. De his spetiali lectione dicendum.

—Possunt Canonici præbendas suas per substitutos servire?

R. Neg. «Omnes vero divina per se, et non per substitutos, compellantur obire officia.» Ideo jam in ecclesiis Hispaniensibus etiam ante Tridentinum coadjutores ipsi Canonicorum male videbantur (2).

—Quid circa Canonicorum mores et vestitum præcipit Sancta Synodus?

R. «Vestitu insuper decenti tam in Ecclesia, quam extra assidue utantur; ab illicitisque venationibus, aucupiis, choreis, tabernis, lusibusque abstineant, atque ea morum integritate polleant, ut merito *Ecclesiæ Senatus dici possit.*» (Ib.) Mt.

De exemptis vide supra lectione de procesu criminali.

(1) Quamvis Rev. et eruditissimus P. Feijoo acutorum instrumentorum, tetracordii, vulgo *violin*, et aliorum hujusmodi usum propugnaverit, hodie tamen, severiori disciplina, ab hodiernis scriptoribus improbantur, ita ut tantum organus et barbiton (*violon violonchelo*) tolerentur, ex communiori opinione.

(2) In Toletana Ecclesia coadjutoribus canonicorum in majori altari Missam celebrare non licebat, quin etiam aliis humiliationibus subjiciebantur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO XXXVI.

DE MORIBUS CANONICORUM ET IPSORUM RESIDENTIA.

—Ubi reperies præcipue quæ de vita et moribus canonicorum Tridentinum habet?

R. In cap. 12, Sess. XXIV de Reform. in genere, cujus prima pars continet ea quæ ad dignitates, secunda quæ ad cæteros capitulares attinent, id est non tantum dignitates sed cæteros tam canonicos quam portionarios Cathedralium seu Collegialium ecclesiarum.

—Quod primum imponit onus?

R. Sicut Episcopis residendi onus arctissime impossuit, sic etiam his qui in capitulis unum cum ipso corpus componunt, et etiam eorum adjunctis, nempe portionariis, vel Collegiatarum canonicis illud severissime imposuit.

—Quo temporis spatio abesse possunt?

R. «Præterea obtinentibus in iisdem Cathedralibus, aut Collegiatis dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones, non liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis, ultra tres menses ab eisdem ecclesiis quolibet anno abesse: salvis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt.» (Sess. XXIV, cap. 12, de Ref. in gen.) Mt.

—Quas pœnas incurrit canonicus seu portionarius non residens?

R. Fructuum privationem, trina gradatione servata, pro majori contumacia, uti liquet ex verbis. «Alioquin primo anno privetur unusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac residentiæ fecit suos, quod si iterum eadem fuerit usus negligentia, privetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Crescente vero contumacia, contra eos, juxta sacrorum canonum constitutiones, procedatur.»

—Quos canones hac in parte Concilium in memoriam revocat?

R. Canones Lateranenses et Pontificias Constitutiones,

quæ in corpore juris continentur, præsertim decretales *De Clericis non residentibus* (1).

—Quænam sunt pœnæ contra hos Canones negligentes?

R. Pœna suspensionis, excommunicationis et denique privationis officii, canon enim seu secretalis a S. Syn. innovatus sic ait. «Contra eos etiam procedatur, ut ipsos per suspensionis et excommunicationis sententiam ad tuam obedientiam venire compellas» (2).

—Possunt dignitates et præbendæ cummulari cum animarum cura, et ab his qui non sunt in sacris ordinati?

R. Neg. ut patet ex Lateranensi Canone (1.° Decret., tit. 6.°) «Inferiora etiam ministeria, ut puta decanatum, archidiaconatum, et alia quæ curam animarum habent annexam, nullus omnino suscipiat, sed nec parochialis ecclesiæ regimen, nisi qui jam vigesimum quintum annum ætatis attigerit, et scientia et moribus commendandus existat: cum autem assumptus fuerit, si archidiaconus in diaconum, et decanus et reliqui admoniti, non fuerint præfixo a canonibus tempore in presbyteros ordinati, et ab isto removeantur officio, et aliis conferatur, qui et velint et possint illud convenienter implere.»

—Possunt præbendæ gravari tempore provisionis indebitis oneribus?

R. «In pluribus ecclesiis, tam cathedralibus quam collegiatis, et parochialibus, ex earum constitutionibus, aut ex prava consuetudine observari intelligitur, ut in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia provisione, sive admisione ad possessionem alicujus cathedralis ecclesiæ, vel beneficii, canonicatuum, aut præbendarum, vel partem proventuum, seu ad distributiones quotidianas, certæ conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationesve *illicitæ*, aut etiam, quæ in aliquibus Ecclesiis dicuntur Turnorum lucra, interponantur.» (Sess. XXIV, cap. 14, de Ref. in genere.) Mt.

—Quid ergo de his injustis gravaminibus S. Synodus?

---

(1) Cap. XI, tit, IV, lib. 3.° Decretal.
(2) Ibidem.

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
UNIVERSIDAD PONTIFICIA DE SALAMANCA
FACULTAD DE TEOLOGÍA
BIBLIOTECA CENTRAL DE TEOLOGÍA

R. Hæc cum sancta Synodus detestetur, mandat Episcopis, ut quæcumque hujusmodi in usus pios non convertuntur, atque ingressus eos, qui simoniacæ labis aut sordidæ avaritiæ suspicionem habent, fieri non permittant; ipsique diligenter de eorum constitutionibus sive consuetudinibus super prædictis cognoscant, et illis tantum, quas ut laudabiles probaverint, exceptis, reliquas, ut pravas ac scandalosas, rejiciant et aboleant.»

—Canonici inservientes Episcopo absenti vel Ecclesiæ incurrunt has pœnas?

R. Neg. Excepti enim sunt in jure communi, ex Decretali ipsius Greg. IX, «*Ad audientiam nostram*» Patriarchæ Antioq. directa (1).

—Possunt absentes distributiones quotidianas lucrari?

R. Neg. Concilium enim expresse earum ammissionem sequentibus verbis decernit. «Distributiones vero, qui statis horis interfuerint, recipiant: reliqui, quavis collusione, aut remissione exclusa, his careant, Bonifacii VIII, decretum, quod incipit: *Consuetudinem*: quod sancta Synodus in usum revocat: non obstantibus quibuscumque statutis, et consuetudinibus.»

—Quid decernit hæc Bonifacii VIII constitutio?

R. «Consuetudinem quæ in quibusdam partibus inolevit, qua canonici et alii beneficiati seu clerici cathedralium, et aliarum collegiatarum ecclesiarum, distributiones quotidianas (quæ alias manualia beneficia seu victualia nuncupantur, et tantum residentibus tribuuntur), qualitercumque in civitatibus, seu aliis locis, in quibus ipsæ consistunt ecclesiæ, sint præsentes, licet divinis officiis non intersint, ex integro percipiunt, ac si continuo in ipsis ecclesiis, in eisdem officiis deservirent, penitus improbantes, statuimus, ut distributiones ipsæ quotidianæ, in quibuscumque rebus consistant, canonicis ac aliis beneficiatis, et ecclesiarum ipsarum, qui eisdem officiis in ipsis ecclesiis adfuerint, tribuantur, juxta ecclesiæ cujuslibet ordinationem rationabilem jam factam, seu etiam faciendam: qui vero aliter de distributionibus ipsis quidquam receperit

(1) Ibidem, cap. XV.

(exceptis illis, quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas, aut evidens ecclesiæ utilitas excusaret), rerum sic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas suas; imo ad omnium restitutionem, quæ contra hujusmodi constitutionem nostram receperit, teneatur. De distributionibus etiam pro defunctorum anniversariis largiendis idem decernimus observandum.»

LECTIO XXXVII.

CAPITULUM SEDE PLENA UTI EPISCOPI SENATUS ET CONSILIUM.

—Canonici constituunt verum Episcopi Consilium?

R. Af. Et patet ex definitione supra allata; quin etiam jure communi unum cum Episcopo corpus conficiunt, juxta percelebre decretum Alex III, ad Patriar. Hierosol. quæ *Novit* vulgo dicitur, his enim verbis incipit «Novit tuæ discretionis prudentia qualiter tu et fratres tui unum corpus sitis, ita quod tu caput et illi membra esse probentur, unde non decet te, ommissis membris, aliorum consilio in ecclesiæ tuæ negotiis uti.»

—Quotuplex capituli votum est?

R. 1.° Consultivum et deliberativum: primum *consilium*, secundum *consensus* dicitur.

2.° Cum Episcopo et sine Episcopo.

3.° Æconomicum ad capituli negotia, gubernativum ad diœceseos regimen.

—Quibus in casibus tenetur Episcopus capituli consilium exquirere?

B. In omnibus gravioribus et arduis negotiis nisi legitima consuetudo in contrarium prævaleat, ex mente Alexandrinæ Const. *Novit*, supra citata. Si tamen consuetudo dubia sit potius standum est juri.

—Quibus in casibus expresse requirit Trid. Synodus capituli consensum?

R. 1.° Jure communi neccesarius est ad rerum ecclesiasticarum alienationem, si res istæ cathedralis sint.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2.° Ad erectionem novæ parochiæ.

3.° Ad erectionem novi canonicatus vel dignitatis, et ejus dotationem.

4.° Ad beneficiorum unionem, separationem vel suppresionem.

5.° Ad exigendum subsidium caritativum.

6.° Ad nominandos examinatores prosynodales (1).

7.° Ad eligendos canonicos *de oficio* dictos.

—Quomodo exigitur hic consensus?

R. A capitulo legitime congregato, non a capitularibus seorsim.

—Quibus in casibus exigitur merum consilium?

R. Ex regula generali illud expetit in negotiis gravibus. Ex decisionibus Sacræ Congregationis tenetur illud exquirere speciatim in sequentibus.

1.° In processionum indictione atque directione.

2.° Ad calificationem seu clasificationem canonicatuum et beneficiorum portionalium, secundum ordinem presbyteratus vel diaconatns, si ita ecclesiæ consuetudo sit.

3.° Ad indictionem synodus diœcesanæ, et potius etiam ad ipsius promulgationem.

4.° Ad canonicorum correctionem, ubi ita moris sit.

—Tenetur Episcopus sequi consilium capituli?

R. N. Est enim objectum ejus vitare præcipitationem ex parte Episcopi vel Vicariorum, et audire opiniones contrarias, ut prudenter agatur: ideo sufficit si petatur, quamvis capitulum illud præstare nollit.

—Ad correctionem canonicorum requiritur consensus vel consilium capituli?

R. N. Ex hodierna praxi generali neutrum eorum, si tamen alicubi moris sit petere consilium, requiretur hoc a capitulo, minime vero consensus (2).

De capitulis exemptis dicetur infra quamvis jam in Hispania non sint.

—Quis convocat capitulum?

R. Episcopus si præsidere velit: secus vero Decanus

(1) De his omnibus suo loco dicendum.
(2) V. Bouix. De capitulis canonicorum.

Archipresbyter, vel cæteræ Dignitates, ordine dignitatis non antiquitatis. Sed hoc in Hispania.

—Quis in his casibus honos Episcopo debetur?

R. Vide supra lectionem XXII—De honoribus Episcopo debitis.

—Quis præsidet capitulo?

R. Ex Concord. noviss., art. 14, semper Episcopus si præsens sit, ablatis injuriis quæ antea, ex privilegiis, vel potius ex corruptelis, fiebant Episcopis contra mentem sacrorum canonum.

—Debent citari ad capitulum canonici omnes?

R. Af. Secus enim irrita erit resolutio, ita ut vel unus canonicus non vocatus, si vocari debebat, possit infra sex menses petere nullitatem resolutionis. Secus vero si taceat, nam consentire videtur.

—Omnes canonici hodiedum habent vocem in capitulo?

R. Af. Ait enim Noviss. Concordia. Singuli capitulares æquali voce et voto in posterum gaudebant (Art. 13).

—Quod debent interesse capitulo?

R. Ex jure requiruntur duæ tertiæ partes capitularium ordinarie loquendo. Si vero vocatis vocandis hi comparere noluerint, sufficit ternarius numerus, injustum enim foret ut pigri et contumaces possent temere contra diligentes et obedientes prævalere, qua de causa negligentes in pœnam jure suo ea vice cadunt: sed circa hæc constitutionibus capitularibus standum est.

—Quænam est major et sanior capituli pars in casu discordiæ?

R. Major pars computatur inter præsentes, ita ut sint dimidia pars et unus (*mitad mas uno*): ex gr. quatuor ex septem præsentibus, quod vulgo dicitur in Hisp. *votacion canónica*.

Sanior vero pars ex hodierna praxi semper censetur quæ major est; nisi probetur quod malitiose agit, vel in ecclesiæ et aliorum prejuditium, vel censuris innodetur.

—Quotuplex est congregatio capituli?

R. Duplex, ordinaria et extraordinaria: illa fit statis diebus, v. g. semel in hebdomade, aut bis in mense, diebus capitulariter vel ex constitutione sancitis,

—Quinam voce in capitulo privantur?

R. Qui non sunt sacris ordinibus initiati (Trid., sess. XXII, cap. 4, citato) et qui sunt excommunione majori (non minori) innodati, quin etiam interdicti et irregulares. De coadjutoribus, honorariis, et supernumerariis canonicis, cum in Hisp. Cathedralibus hodiedum non existant, nihil dicitur.

—Quot suffragia dantur in Hisp. Episcopo in electionibus canonicorum?

R. Vide supra lectionem—De Honoribus Episcopo debitis, lectione XXII, pag. 104.

—«Quid si hic capitulo minime adsit?»

R. «Aliqui de suo gremio deputati ad vota recipienda convenient.» (Conc. art. 14, in finem.)

—Quis præsidet capitulum absente Episcopo?

R. «Episcopo non præsidente præerit Decanus.» (Ib.)

—Quid si aliquod canonicis ad deliberandum proponant, nec de re ad suum vel suorum commodum spectante agatur?

R. «Episcopi ipsi capitulum convocent, vota exquirant, et juxta ea concludant.» (Sess. XXV, cap. 6, de Ref. in gen.) Mt.

—Vicarius generalis Episcopi supplet hujus absentiam in capitulo?

R. N. «Absente vero Episcopo omnino hoc ab iis de capitulo, ad quos hoc de jure vel consuetudine spectat, perficiatur; nec ad id Vicarius Episcopi admittatur.» (Ib.) Mt.

—Quid de cæteris autem rebus?

R. «Capituli jurisdictio, et potestas, si qua eis competit, et bonorum administratio salva et intacta omnino relinquatur.» (Ib.) Mt.

—«Qui vero non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo?»

R. «Ii omnes in causis ecclesiasticis Episcopo subjiciantur: non obstantibus, quoad supradicta, privilegiis, etiam ex fundatione competentibus, necnon consuetudinibus, etiam immemorabilibus, sententiis, juramentis, concordiis, quæ tantum suos obligent auctores.» (Ib.) Mt.

—Sunt aliquæ hac de re exceptiones?

R. Af. Subdit enim S. Syn.: «Salvis tamen in omnibus

privilegiis, quæ Universitatibus studiorum generalium, seu earum personis sunt concessa.» (Ib.)

—Ergo diminutio auctoritatis suæ ab Episcopo facta successores suos non obligat?

R. Af. Clare enim ait Concilium *quæ suos tantum obligant auctores*. Consonat etiam jus huic dispositione, nam voluntas succesoris non continetur in voluntate antecessoris.

—Potest Episcopus habere majorem potestatem in capitulo quam eam quæ jure communi taxatur?

R. Af. Quin imo Concilium, qui diminutionem auctoritatis Episcopalis improbavit, illius augmentum incolume manere voluit: ait enim. «Hæc autem omnia et singula in iis Ecclesiis locum non habeant, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarii, ex constitutionibus, vel privilegiis, aut consuetudinibus sive concordiis, seu quocumque alio jure majorem habent potestatem, auctoritatem, ac jurisdictionem, quam præsenti decreto sit comprehensum, quibus sancta Synodus derogare non intendit. (Ib.)

—Sunt hodie aliqua Capitula exempta in Hispania?

R. N. Omnes exemptiones eorum optime merito a Noviss. Concord. sublatæ sunt, his verbis: «Cum Cathedralia capitula Archiepiscoporum et Episcoporum senatum consiliumque constituant, requirentur ab his, vel de sententia, vel de consensu, quemadmodum pro varietate negotiorum et circunstantiarum canonicæ leges, ac speciatim Sacra Tridentina Synodus decernunt. Quapropter cessabit illico omnis exemptio, privilegium, usus aut abusus, qui in ipsorum capitulorum commodum, cum ordinariæ præsulum auctoritatis jactura, per Hispaniarum ecclesias quacumque ratione invaluerit.» (Art. 15.)

—Potest etiam Episcopus ex eadem conventione convocare capitulum, ipsique præesse?

R. Af. Ex art. 14 (1) jam citato in lectione XXII—De Honoribus Episcopo debitis.

—Quomodo exquirendum Episcopi absentis suffragium?

(1) V. supra lectionem XXII, fol. 104, ubi perperam ex tipographico errore articulus 13, pro 14 citatur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. «Quod si hic (*Episcopus*) capitulo minime adsit aliqui de suo gremio deputati illum ad vota recipienda convenient.» (Art. 14 in finem.)

LECTIO XXXVIII.

CAPITULUM SEDE VACANTE.

—Quando vacare dicitur Ecclesia?

R. Sedes dicitur vacare proprie vel interpretative: prima dicitur sedes vacans; secunda dicitur sedes impedita.

—Quotuplici casu vacare potest Ecclesia?

R. 1.° Morte Episcopi; 2.° translatione; 3.° renuntiatione; 4.° depositione.

—Quotuplici casu dicitur impedita?

1.° *Si Episcopus* a paganis vel schismaticis capiatur, juxta Constit. Bonifatii VIII, quæ his verbis incipit.

2.° Quando Episcopus deportatur a gubernio catholico vel impio, incommunicatus et improviso, est enim fere idem casus cum præcedenti.

3.° Si Episcopo in remotis existente ejus Vicarius seu Gubernator moriatur.

4.° Si Episcopus notorius sit hæreticus vel excommunicatus.

—His in casibus jurisdictio transit in capitulum?

R. N. Sicuti enim diœcesis nequit esse acephala, ita etiam nequit esse biceps, seu duplex habens caput, ideo statim ad Rom. Sedem, in Hispania vero ad Apostol. Nuntium recurrendum est, et interea Capitulum providet transitorio modo et ad interim. (1)

—Dices. Attamen Lex civilis (2) prohibet clerico inhabilitato jurisdictionem exercere?

R. Jurisdictio data ab Statu accesoria est, quæ autem jure proprio habetur ab ipso essentialis est. Status ergo

(1) V. Ferraris Bibliot. prompta, verbo *Capitulum*.

(2) Art. 38 del Código penal. «Cuando la pena de inhabilitacion en cualquiera de sus grados, y la de suspension, recaigan en personas eclesiásticas se limitaran sus efectos *á los cargos, derechos y honores que no tengan por la Iglesia*. Ergo non tollit quod ipse non dedit.»

tollere nequit quod non dedit, et quod essentiale est. Hodie plures Episcopi a Cæsares potestate injuste vexantur in exteris regionibus, Ecclesia autem ferre nequit jurisdictionem suam a persecutoribus suis pendere.

—Quando transit jurisdictio Sede vacante ad capitulum?

R. 1.° A momento in quo moritur Episcopus: 2.° in casu translationis a momento quo hæc constat per testimonium secretarii Sacri Collegii; 3.° Casu renuntiationis, quando legitime constet illam fuisse admissam; 4.° Casu depositionis statim ac pronuntiatur sententia, vel a judice declaratur hæreticus.

—Quid muneris incumbit capitulo Sede vacante in administratione rerum temporalium?

R. «Capitulum, Sede vacante, ubi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, œconomum unum, vel plures fideles ac diligentes, decernat, qui rerum ecclesiasticarum et proventuum curam gerant, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, sint reddituri.» (Sess. XXIV, cap. 16, de Ref. in gen.) Mt.

—Quid vero ad jurisdictionis exercitium?

R. «Item officialem, seu vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur.» (Ib.)

—Quænam debent esse qualitates Vic. Capitularis?

R. Conc. Trid. de eo tantum præscribit ut eligatur «qui saltem in jure canonico sit doctor vel licentiatus, vel alias, quantum fieri poterit, idoneus.» (Ib.)

—In casu quo sit unus tantum juris canonici peritus, seu canonista, hic eligendus est?

R. Af. Sicuti enim in casu quo sint undecim irregulares et inepti, et unus tantum aptus, eligi deberet ille unicus aptus, eodem modo in hoc casu, in quo unus tantum habet qualitatem a Concilio requisitam eligi debet, nam aliorum ineptitudo apto nocere non debet.

—Dices: sed in hoc casu non fit electio, ubi enim unus tantum, et hic necessarius est, locus electioni tollitur (1)?

(1) Ita Card. de Luca, a cujus sententia ægre discedo: vide in supplemmento Dictionarii Bergier verbo *Vicario Capitular*.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Neg. Concilium modum electionis non præfixit, nec jussit ut plures essent canonistæ inter quos electio fieret. Electio itaque fit inter habentem et non habentes qualitatem, ergo fit electio. Patet etiam ex sequentibus.

—Potest eligi Vicarius qui non sit de corpore Capituli?

R. Af. Nam Conc. primum indicat confirmationem Vicarii generalis Episcopi defuncti, qui quam pluries non est de corpore capituli.

—Potest eligi qui non sit clericus e diœcesi?

R. Af. Nam Vicarii generales Episcoporum sæpe sæpius non sunt de eadem Diœcesi.

—Potest eligi parochus?

R. Af. Dummodo parochiam habeat in civitate, ubi Cathedralis est; sed Sacra Congreg. parochiæ, etiam urbanæ, directionem vix cum Vicariatu compatibilem censet, cum necesse sit, ut parochus sibi commissum gregem vix attendere possit.

—Potest eligi clericus tantum tonsuratus?

R. Neg. Si enim non debet esse Vicarius generalis, multo minus Vicarius Capitularis, cum hujus munus majus sit quam illius.

—Potest eligi Vicarius qui non sit de corpore capituli si in capitulo unus tantum aptus sit?

R. Neg. Injuriam sibimet faceret capitulum, nisi aliæ causæ politicæ, vel extraordinariæ ita exigerent. Quin etiam debet eligi canonicus aptus, etiamsi extraneus a capitulo sit habilior in jure; Vicarius enim de corpore capituli, cum in isto vocem habeat, aptior est ad optimas illas relationes quæ inter capitulum et Vicarium ad diœceseos gubernationem esse debent.

—Deficiente juris canonici perito, quo modo intelliguntur illa verba, *vel alias quantum fieri possit idoneus*?

R. Qui alium gradum habent v. g. licenciatus in jure civili vel Theologia, bachalaurei in jure canonico, vel qui munus Provisoris, Vicarii, vel Gubernatoris exercuerit.

—Si inhabilis eligatur, vel tempus eligendi transierit quid faciendum?

R. «Si secus factum fuerit, ad Metropolitanum depu-

tatio hujusmodi devolvatur. (Sess. XXIV, cap. 16, de Ref. in gen.) Mt.

—«Et si ecclesia ipsa metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, ut præfertur, negligens fuerit?»

R. «Tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, et propinquior Episcopus in exempta, œconomum et vicarium idoneos possit constituere.» (Ib.) Mt.

—Quomodo hoc jus vocatur?

R. Jus devolutum, jus devolutionis.

—Potest Capitulum eligere plures vicarios?

R. N. Nam Concilium loquitur in singulari, qua de causa talem corruptelam, non consuetudinem, sæpe Sancta Sedes improbavit, et in Malicitana ecclesia Leo XII, anno 1826, prohibuit, quin etiam in art. 20 Concord. prohibitum est, qui quidem sic ait: «Sede vacante metropolitanæ vel suffraganeæ ecclesiæ capitulum infra tempus præfinitum, et ad normam eorum, quæ a Sacro Concilio Tridentino in rem decreta sunt, unum tantum vicarium eliget, in quem tota ejus ordinaria potestas transferetur, quamvis ex parte capituli ipsius reservatione aut limitatione penitus exclusa, et quin electio semel facta revocari, neque ad novam procedi possit; abolitis hinc omnino quocumque privilegio, usu, vel consuetudine administrandi in corpore, plures vicarios constituendi, aut quolibet alio quod ut cumque sacrorum Canonum santionibus adversetur.» (Art. 20.)

—Potest capitulum in corpore ut dicunt gubernare?

R. N. Et liquet ex præcedentibus: præterea facta per plures tardius expediuntur, ut ait axioma.

—A quo tempore numerantur octo dies?

R. Non a die vacationis, sed a die habitæ certæ notitia a capitulo (1).

(1) Bened. XIV de Syn. Diœc. l, 2, cap. 8, n. 2.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO XXXIX.

VICARII CAPITULARIS MUNIA, OBLIGATIONES ET JURA.

—Cujus vices agit vicarius capitularis?

R. Vices capituli, cujus non est in corpore gubernare, et ideo unum nominare tenetur, qui jurisdictionem Episcopalem exerceat, quam illud exercere nequit. Ideo jurisdictio ilia Episcopalis est penes capitulum in *actu signato*, penes vicarium in *actu exercito*, ut ita dicatur.

—Jurisdictio vicarii est propia vel delegata?

R. Originarie delegata, ipso tamen nominato ordinaria et propria evadit, ita ut amitti nequeat ad nutum delegantis, ut in parocho etiam aliquoties contingit.

—Jurisdictio vicarii est Episcopalis?

R. N. Et ideo nequit Episcopalia exercere, nisi alias sit Episcopus, quo in casu Pontificalia exercet, cum habeat et dignitatem et jurisdictionem.

—Quænam facere potest vicarius capitularis?

R. 1.° Exercere jurisdictionem tam voluntariam quam contentiosam, civilem et criminalem, per se vel per offitiales et vicarios a se delegatos, et etiam in matrimonialibus et aliis gravioribus.

2.° Prædicare per se vel per alios, et concedere prædicandi licentias.

3.° Diœcesim visitare per se vel per alios.

4.° Conferre beneficia cum Capitulo providenda, instituere præsentatos legitime a patronis, et confirmare electiones ab inferioribus factas, œconomos etiam in vacantibus instituere vel destituere.

5.° Dispensare in irregularitatibus provenientibus ex delicto occulto, in reservatis synodalibus, aliisque in quibus Episcopus dispensaret; quin etiam in monitionibus et aliis matrimonii præliminaribus.

6.° Censuras et pœnas canonicas inflingere, excommunicationem, interdictum, suspensionem, non vero anathemata.

7.° Dare litteras commendatitias formatas, quæ apud nos *testimoniales* dicuntur.

8.° Sedem Episcopalem, Diœcesim et ecclesias ejus in genere repræsentare, non vero capitulum nec alias ecclesias in specie et seorsim: in patronatibus autem ecclesiasticis vacantibus, ex jure Hispanico, succedit religiosis communitatibus jam extinctis.

9.° Statuere constitutiones synodales, vel eas reformare, etiam sine capitulo. Eas vero succesor abrogare vel reformare potest.

—Quænam nequit facere vicarius capitularis?

R. Regulæ in genere tres sunt.

1.° Vicarius nec capitulum nequeunt facere quæ in detrimentum futuri Episcopi sunt.

2.° Nequeunt in gravioribus providere nisi post annum luctus.

3.° Nequeunt imponere ecclesiis nec beneficiis nova onera, juxta mentem Decretalis ut *ne Sede vacante nihil innovetur*.

—Quænam prohibentur speciatim?

R. 1.° Dare reverendas seu litteras dimissorias luctu durante.

2.° Providere beneficia quæ potestatis Episcopalis exclusivæ sunt.

3.° Concedere indulgentias.

—Quid de dimissoriis litteris Trident. habet.

R. «Non liceat capitulis ecclesiarum, Sede vacante, infra annum a die vacationis, ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias, seu reverendas, ut aliqui vocant, tam ex juris communis dispositione, quam etiam cujusvis privilegii, aut consuetudinis vigore, alicui, qui beneficii ecclesiastici recepti, sive recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere.» (Sess. VII, cap. 10). Mt.

—Quis dicitur arctatus?

R. Ille qui obtinet præbendam vel parochiam, et intra limitatum temporis spatium sacros ordines recipere tenetur.

—Quænam pœnæ infractoribus imponuntur?

R. «Si secus fiat, capitulum contraveniens ecclesiastico subjaceat interdicto: et sic ordinati, si in minoribus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ordinibus constituti fuerint, nullo privilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant: in majoribus vero, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, sint ipso jure suspensi.» (Ib.)

—Quid ulterius sancivit Sanct. Synodus?

R. In Sess. XXIII has pœnas sancivit et ampliavit dicens: «Pœnam quoque impositam iis qui contra hujus S. Synodi sub Paulo III, decretum, a capitulo, Episcopali Sede vacante, litteras dimissorias impetrant; ad illos, qui easdem litteras non a capitulo, sed ab aliis quibusvis, in jurisdictione Episcopi loco capituli, Sede vacante, succedentibus, obtinerent, mandat extendi. Concedentes autem dimissorias, contra formam decreti, ab officio et beneficio per annum sint ipso jure suspensi.» (Sess. XXIII, cap. 10.)

—Quid de beneficiorum provisione?

R. Jure communi prohibitum est capitulo et vicario conferre ea beneficia quæ exclusivæ potestatis Episcopalis sunt, sive simplicia, sive curata sint.

—Potest capitulum conferre aliqua beneficia Sede vacante?

R. Af. 1.° Potest nempe providere quæ sui juris sunt. 2.° Quæ simul cum Episcopo juste provideret, præbendas quoque officii, et quæ sunt patronatus Episcopi et capituli in simul.

—In harum provisione se inmiscet vicarius?

R. N. Est enim jus capituli tantum. Pari ratione in concursu ad beneficia curata providenda sese non inmiscet capitulum, est enim jus Episcopale, et proinde vicarii tantum.

—Potest vicarius concedere indulgentias?

R. Dubium est, sed potior videtur negativa sententia. Ideo in praxi non est ut eas concedant.

—Potest vicarius præsse capitulo?

R. Neg. Quamvis de illius corpore sit. Sed extra capitulum præcedit toti Clero, quamvis ibi canonici aliquot sint.

—Potest capitulum cogere vicarium ad rationem reddituum ipsi reddendam?

R. Neg. Concilium hoc tribuit Episcopo. «Episcopus vero ad eamdem ecclesiam vacantem promotus ex iis quæ ad eum spectant, ab eisdem œconomo, vicario, et aliis quibuscumque officialibus et administratoribus, qui, Sede vacante, fuerunt a capitulo vel ab aliis in ejus locum constituti, etiam si fuerint ex eodem capitulo, rationem exigat officiorum, jurisdictionis, administrationis, aut cujuscumque eorum muneris; possitque eos punire, qui in eorum officio seu administratione deliquerint; etiam si prædicti officiales, redditis rationibus, a capitulo, vel a deputatis ab eodem, absolutionem aut liberationem obtinuerint.» (Sess. XXIV, cap. 16.) Mt.

—Tenetur capitulum rationes reddere Episcopo de aliquibus?

R. Af. Concilium prædictam sententiam his verbis finivit: «Eidem quoque Episcopo teneatur capitulum de scripturis ad ecclesiam pertinentibus, si quæ ad capitulum pervenerunt rationem reddere.» (Ib.) Mt.

LECTIO XL.

DE COLLEGIATIS ECCLESIIS.

—Quænam ecclesia Collegiata dicitur?

R. Quæ habet capitulum canonicorum Cathedrali simile, ad majorem cultus decorem, in civitate et templo nobilibus, veruntamen Episcopo nec consilium nec opem in Diœceseos gubernatione fert.

—Quotuplices sunt Collegiatæ ecclesiæ?

R. 1.° Dividuntur in insignes et non insignes.

2.° In sæculares et regulares.

3.° In exemptas et non exemptas.

4.° Ratione capitulorum dividuntur etiam in numeratas et non numeratas. In his fere omnibus cum Cathedralium ecclesiarum capitulis conveniunt.

—Quo jure divisio Collegiatarum in insignes et non insignes inducta est?

R. Jure Tridentino. Nam cum loquitur de doctorali laurea, qua Dignitates et canonici Cathedralium ornati esse debent, Collegiatas insignes Cathedralibus æquiparat

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dicens: «In Cathedralibus ecclesiis *et Collegiatis insignibus* conferantur tantum magistris, etc.» (Cap. 12, Sess. XXIV, de Ref. in gen.)

Similiter etiam caput 15 ejusdem Sess. incipit his verbis «In ecclesis Catedrálibus et *Collegiatis insignibus*.»

—Cujus est ecclesias Collegiatas erigere?

R. Olim hoc jure gaudebant Episcopi, nec constat in antiqua disciplina hoc jus fuisse reservatum Rom. Pontifici, nec in jure communi Episcopis prohibitum. Sed a sæculo XV a solis Pontificibus erectæ fuerunt Collegiatæ (1) et quidem juste; nam aliquæ fundabantur antea in parvis oppidis, exiguis templis et sine competenti dote, unde dignitas Collegialis parvi pendebatur. E contra hodiedum per Datariam et consulta, ut plurimum, Sacra Concilii Congregatione, accurate expenduntur.

—Capitulum Collegiale cujus prælatus quasi Episcopali jurisdictione gaudet potest eligere vicarium capitularem?

R. Af. Imo et debet (2); nam Concilium, cum de electione vicarii capitularis loquitur, ita ait. «Et si ecclesia ipsa metropolitana fuerit aut exempta, capitulumque negligens fuerit» etc. (3).

—Quæ Collegiatæ ecclesiæ ex noviss. Convent. supersunt?

R. Præter Regium sacellum Regiasque capellas apud Toletum, Hispalim et Granatam, de quibus infra dicendum, quas noviss. concord. primo loco nominat in art. 21, sic de cæteris servandis ait.

2.° «Collegiatæ in urbe provinciæ principe ubi Episcopalis Sedes minime existat.»

3.° «Collegiatæ patronatus particularis, quarum patroni onus in se recipiant supplendi differentiæ sumptum, qui ad Collegiatæ præ simplicis parochialis sustentationem et decus necessarii fuerint.»

(1) Ita resolvit Sacra Congret. ut habet Cards. Petra, t. III, pág. 69, núm. 11.

(2) Ita resolvit Rota in liti ecclesiæ Collegiatæ apud Covarrubias, anno 1611, cujus Abbas jurisdictionem quasi episcopalem habebat cum territorio separato.

(3) Sess. XXI, cap. 16 de Ref.

4.° «Collegiatæ sanctuarii in Ausenio monte (*Covadonga*) Roscidæ vallis (*Roncesvalles*) Sancti Isidori in civitate Legionensi, Sacri montis Granatæ, Sancti Ildephonsi Compluti, et Cæsariani (*Jerez de la Frontera.*)»

—Hæc omnes Collegiatæ hodiedum existunt?

R. Af. Nam ipsa ecclesia de Roncesvalles in Pampilonensi Diœcesi hoc ipso anno (mense vero Septemb. 1866) capitulo donata, honori suo reddita est.

—Quid de Cathedralibus ecclesiis in quibus Episcopalis Sedes adimitur?

R. 5.° «Illæ ex Cathedralibus ecclesiis quæ, ut in hac conventione præstitutum est, aliis sunt conjungendæ, tamquam Collegiatæ conservabuntur.» (Ib.)

—Quænam in hoc casu continentur?

R. Quæ ex art. 5.° ipsius Concord. constant, qui quidem has habet: «Diœcesis Albarracinensis unietur Terulensi, Barbastrensis Oscensi, Civitatensis Salmaticensi, Celsonensis Vicensi, Ibusensis Majoricensi, Nivariensis (*Tenerife*) Canariensi, Septensis Gaditanæ, et Tudelensis Pampilonensi.»

Hæ vero Ecclesiæ, cum Diœcesum nova circumpscriptio adhuc facta non fuerit, prouti Cathedrales habentur, quamvis capitulum ipsarum ad instar collegiatarum comparatum sit.

—Amittitur titulus harum ecclesiarum?

R. Neg. «Earum Episcopi Diœcesium, quibus altera adjungetur, hujus etiam titulum gerent una cum proprio ecclesiæ quam degunt,» (Ib.)

—Quid vero de cæteris collegiatis etiam insignibus?

R. «Reliquæ omnes collegiatæ cujuscumque originis, antiquitatis et fundationis sint, dummodo locorum circunstantiæ hand quaquam impediant, ad simplices parochiales redigentur, cum eo tamen beneficiatorum numero, qui præter parochum, tum ad parochialis ministerii exercitium, tum etiam ad divini cultus splendorem, necessarius videatur.» (Ib.)

—Supersunt aliquæ collegiatæ exemptæ in Hispania?

R. Neg. Sequitur enim ipsa conv. dicens: «Horum tamen collegiorum conservatio ita quidem intelligenda erit

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ut ea Prælatis Diœcesanis, in quorum territorio existunt, omnimode subjiciantur, derogando propterea cuilibet exemptioni et jurisdictioni vere aut quasi nullius, quæ nativam Ordinarii vel minimum limitet.» (Ib.)

—Collegiatæ ecclesiæ sunt parochiæ?

R. Af. «Collegiatis ecclesiis parochia adjecta semper erit et titulo parochiæ majoris distinguetur, ubi alia vel aliæ erectæ habeantur.» (Ib.)

—Hæc ecclesiæ Collegiatæ numerato capitulo constant?

R. Af. «Uniuscujusque Collegiatæ capitulum constabit ex Abbate Præsidente, cui animarum cura incumbet, quien præterea alia auctoritate ac jurisdictione potiatur quam ea quæ directivam et æconomicam ecclesiæ ac capituli administrationem respicit: insuper duobus canonicis *de oficio* magistrali nempe et doctorali, et octo canonicis *de gratia*. Erunt etiam in singulis Collegiatis ecclesiis sex beneficiati seu capellani adsistentes.» (Art. 22.)

—Quomodo et a quo Collegiatarum ecclesiarum præbendæ providentur?

R. «Quæ in superioribus articulis, circa præbendarum ac beneficiorum et capellaniarum provissionem et capitulorum regimen in ecclesiis Cathedralibus statuta sunt, etiam in Collegiatis plene atque in omnibus vigebunt ac observabuntur.» (Art. 23.)

—Quænam inter extinctas Collegiatas celebriores erant?

R. 1.ª Alcalá Regalensis (*Alcalá la Real*) cujus Abbas Pontificali dignitate gaudebat, cum territorio vere nullius, et ut plurimum Episcopus titularis erat.

2.ª Alpharensis, cujus Abbatia jam a tempore Adephonsi, cognomento *Sapientis*, Regii apud Castellam patronatus erat.

3.ª Beatiensis quæ olim Cathedralis et Accitanæ unita.

4.ª Bilbilitana seu Calatajubensis, quæ insignis erat ex Pontificia concessione, ipsiusque Decanus Pontificalium jure gaudebat.

5.ª Briviescensis de cujus celebri Archidiacono, jurisdictionem in territorio proprio et nullius exercente, supra dictum est.

6.ª Lermensis, cujus Abbas Pontificalibus quoque

insigniis decoratus erat, cum jurisdictione et territorio nullius.

7.ª Metimnensis (*Medina del Campo*) quæ quidem insignis etiam erat.

8.ª Talabricensis (*Talavera de la Reina*) quæ sæculo XIII ineunte a percelebri Archiepiscopo Roderico Eximini de Rada fundata fuit.

Aliæ ommituntur, etiam non ignobiles, quæ *hominem non habuerunt*.

—Cui competit Abbatis electio?

R. Hodiedum extra dubium est Regiæ Maj. competere, ex decreto lato collatis consiliis (1), quo sancitum est Abbatiam in Collegiatis ecclesiis esse primam Sedem post Pontificalem, et juxta mentem art. 23 Concord. providendam in omnibus Collegiatis, exceptis illis quæ privati juris patronatus sunt.

—Ergo hodiedum Abbas in Collegiatis nostris parochus est?

R. Af. Et patet 1.° ex verbis art. 22, ex quibus constat Abbatem curam animarum gesturum.

2.° Ex art. 25 quo cautum est nullum capitulum nec ecclesiasticam corporationem curam animarum in solidum, ut dicebatur, habiturum.

—Qua de causa Abbatis nomen præsidibus Collegiatarum in Concord. novis. datum fuit?

R. Eo quod apud omnes fere Collegiatas Hispanienses, præsertim apud Castellam, Præsides earum Abbates potius quam Decani nuncupabantur.

---

(1) In officiali ephemeride (vulgo la *Gaceta*) die 6.ª Julii, anni 1863 promulgata.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO XLI.

DE PORTIONARIIS IN CATHEDRALIBUS ET COLLEGIATIS ECCLESIIS.

—Qui dicuntur in ecclesiis Portionarii?

R. Clerici canonicis minores, qui in Cathedralibus et Collegiatis ecclesiis divino cultui operam præbent.

—Quænam eorum origo?

R. Cum ecclesia majores satis amplæ essent, ita ut exiguus canonicorum numerus cultus necessitatibus non responderet, aliquot canonicales præbendæ dividebantur, ita ut ex eorum reditibus duo vel tres portiones fierent, quæ duobus vel tribus clericis ad augendum ministrorum numerum dabantur, unde illorum beneficia portiones seu *raciones*, illi vero portionarii, Hispanice *racioneros* dicebantur.

Posthac vero in aliquibus ecclesiis beneficia hoc ipso nomine fundata sunt.

—Portionarii habent vocem in Capitulo?

R. N. Nullo modo, enim canonicis æquiparantur.

—Sunt hodiedum in Hispaniensibus ecclesiis hujusmodi portionarii?

R. N. Sed omnino extincti sunt etiam nomine, ipsorumque loco creata nova classis, quæ beneficiatorum seu capellanorum adsistentium audit, nam in aliquibus ecclesiis præ ambitione, et frequentibus litibus (1) antiqui portionarii, capitulis graves et invisi devenerant.

---

(1) Famosæ fuerunt hac de causa lites inter capitulum et portionarios Cæsaraugustanæ Sedis, contendentibus his habere tres aureos (*reales*) titulo distributionum quotidianarum: anno 1646. Portionarii Cathedralis Granatensis contendebant palmas, candelasque ab Episcopo accipere non genu flexo, anno 1699: hac de causa lis adeo gravis exarsit, ut recursus *per vim*. sen ab abusu, induceretur, interdictum in cunctis ecclesiis imponeretur, Provisorque Episcopi exilio ac confiscatione mulctatus fuerit. Alia hujuscemodi jurgia referre supervacaneum foret.

—Quid ergo de illis noviss. Conventio?

R. «Præter Dignitates et Canonicos ex quibus solum modo efformatur capitulum, ecclesiæ cathedrales habebunt Beneficiatos seu Capellanos adsistentes, cum proportionali ministrorum et servientium numero.» (Art. 16.)

—Quinam illorum hodiedum numerus in Metropolitanis ecclesiis?

—R. «Ecclesia Toletana, Hispalensis et Cæsaraugustana, viginti et octo capitulares habebunt, et quo ad beneficiatos Toletana viginti quatuor, Hispalensis viginti duo, ac Cæsaraugustana viginti et octo. Tarraconensis, Valentina et Compostellana viginti sex capitulares ac viginti beneficiatos: Burgensis, Granatensis et Vallisoletana viginti quatuor capitulares et viginti beneficiatos.» (Art. 17.)

—Quis in suffraganeis eorum numeros?

R. «In Barcinonensi, Cordubensi, Gaditana, Legionensi, Malacitana et Ovetensi, viginti capitulares et sexdecim beneficiati. In Pacensi, Calagurritana, Carthaginiensi, Conchensi, Gienensi, Lucensi, Palentina, Pampilonensi, Salmanticensi et Santanderiensi, decem et octo capitulares ac quatuordecim beneficiati. In reliquis decem et sex capitulares et duodecim beneficiati, in Minoricensi duodecim capitulares et decem beneficiati.» (Ib.)

—Possunt isti beneficiati exigere ut adimpleantur in eorum obsequium privilegia antiquis portionariis concessa?

R. N. Nam portionariorum classis etiam nomine et re extincta penitus fuit.

—Possunt ad has præbendas et beneficia nominari qui personalem residentiam habere nequeant?

R. N. «Gravi attenta circunstantiarum immutatione, cui ob præteritas rerum publicarum vicissitudines atque hujus etiam Conventionis occasione, hispanus clerus obnoxius est, Summus Pontifex et Regia Maj. pro sua quisque parte consentiunt nullam Dignitatem, Canonicatum aut beneficium, quod personalis residentiæ onus adjunctum habeant, iis fore conferendum, qui cujuscumque muneris aut officii causa alibi teneantur assidue residere: nec contra ullum ex hujusmodi muneribus aut officiis, his demandandum, qui aliquod ex prædictis beneficiis possideant, ni forte

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

unum aut alterum dimittant; quæ proinde officia et beneficia deinceps incompatibilia prorsus erunt.» (Art. 19.)

—Inter hos beneficiatos seu capellanos adsistentes sunt aliqui cum officio?

R. Af. Nam inter eos includuntur musici et cantores, ad ecclesiarum servitium cultusque splendorem (1).

—Quid de illorum muneribus, oneribus et vestitu?

R. Regia schedula (2) jussum est ut hæc omnia a prælatis taxentur, audito capitulo, donec cujusque ecclesiæ constitutiones approbatæ sint.

—Beneficiati tenentur ad distributiones quotidianas persolvendas vel lucrandas?

R. Af. Comprehenduntur enim in generali regula Concilii. (Cap. 3 et 4, Sess. XXI de Ref.: quam in Lectione XXXV, fól. 162, v.) quæ quidem hæc habet «tertiam partem fructuum et quorumqumque proventuum et obventionum, tam Dignitatuum quam canonicatuum, personatuum *portionum* et officiorum separari debere, et in *distributiones quotidianas converti*.» (Sess. XXI, cap. 3 de Ref.)

---

(1) Real órden de 29 de Marzo de 1852.

(2) Real cédula de ruego y encargo de 11 de Julio de 1852. «Por cuanto conviene sea una misma en todas la situacion de los beneficiados ó capellanes asistentes, siguiendo el espíritu uniforme del Concordato, á diferencia de los antiguos racioneros y medio racioneros, que no la tenian igual en todas ellas.»

PARS QUARTA.

De parochis ut pote Episcoporum auxiliaribus in spiritualibus.

LECTIO XLII.

DE ARCHIPRESBYTERIS PRÆSERTIM RURALIBUS, ET DIOECESEON IN ARCHIPRESBYTERATUS DIVISIONE.

—Quis dicitur Archipresbyter?

R. Presbyter qui aliis Presbyteris præest.

—Quot sunt Archipresbyterorum species?

R. Primo et potissime titulares seu urbani et rurales.

2.º Cum jurisdictione et sine jurisdictione.

—Quænam est Archipresbyterorum urbanorum origo?

R. A primis Ecclesiæ incunabulis; absente enim Episcopo Archipresbyteri presbyteris præsidebant, sacra exercebant, et benedictionem impertiebant; nam illis cura in spiritualibus commisa erat, temporalium administratione Archidiaconis relicta. Hinc ut plurimum matrimoniorum benedictioni intererant et vicarii in spiritualibus dicebantur.

—Quænam ex nostra disciplina hodiedum Archipresbyterorum munia vel jurisdictio?

R. Archipresbyter urbanus seu titularis secundam post Pontificalem Sedem obtinet. Absente Decano, capitulo et ecclesiæ cathedrali præst. Præter hæc autem nullum illius munus, quamvis, ex praxi et consuetudine aliquarum ecclesiarum nostrarum, illius sit processiones generales regere, cum clerus civitatensis et populus cum capitulo cathedrali conveniunt, qua de causa etiam sceptrum argenteum vel bacillum in processionibus gerit, ubi ita moris est.

—Quænam Archipresbyterorum ruralium origo?

R. Successerunt corepiscopis, hi enim inspectores territorii (*cora-episcopi*) erant quidam presbyteri rurales, juris-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dictione ut plurimum gratiosa ab Episcopis aucti. Cum vero ob hoc elati essent et ambitione laborarent, ab Episcopis aboliti sunt et etiam nomen omnino deperiit.

—Quibus aliis nominibus Archipresbyteri rurales vocitabantur?

R. Dicebantur etiam Archirurales, Plebani, Decani et foranei. Archirurales quia clerum vicorum et parvorum oppidorum præsidebant; qua de causa etiam Plebani dicebantur. Decani autem, quia ut plurimum decem clericis ruralibus, plus minusve, veluti decuriones præibant. Ideo Gratianus hæc habet. Archipresbyteri, qui Decani a plebibus nuncupantur, ejus jurisdictioni (*Archidiaconi*) se noverint subjacere (c. *ad hoc* de off. Archidiac.)

—Quare foranei dicebantur?

R. Quia extra civitates eis aliqua vicariæ jurisdictionis pars ab Episcopo et archidiacono commitebatur.

—Quid S. Syn. de Archipresbyteris habet?

R. Eos tamquam parochos ad prædicationem hortatur (1) «Archipresbyteri quoque, Plebani, et quicumque parochiales vel alias curam animarum habentes ecclesias.... plebes sibi commisas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis.»

—Quomodo dividebantur antiquitus Episcopales Diœceses?

R. Hac de re non erat uniformis disciplina, quin etiam valde abformis (2).

Major pars dividebatur in Vicarias, seu generales, seu

(1) Sess. V, cap. 2.°

(2) Sic ex gr. Toletana decem habebat Vicarias, duas generales, alias foraneas. Corduba 62 Vicarias. Hispalis 48. Granata 22. Cæsaraugusta vero 4.

2.° Compostela 36 Arciprest. et 3 Vicarias: omnes vero ejus suffraganeæ in Archipresbyteratus dividebantur. Burgos 46 Arcip. habebat in 14 Vicarias divisos.

3.° Archidiaconatus autem vix agnoscebantur. Gerundensis in quatuor dividebatur. In Auriensi decem districtus erant e quibus 5 Archidiac. andiebant: in Turiason. 5 districtus, e quibus unus Archidiac. andiebat: in Burgensi unus.

4.° Denique in Barchin. 4 districtus e quibus 3 dicebantur Decanatus. Ap. Vich. 4 Decanatus et unus officialis. Ap. Solsona 5 officialatus et 2 Decanatus.

foraneas. Tertia pars in Archipresbyteratus, aliæ vero in officialatus vel districtus (vulgo *partidos*).

—Quomodo dividuntur hodiedum?

R. Ex mente Concord. noviss. omnes dividuntur uniformiter in Archipresbyteratus, quin tamen hoc officiat ut vicarii generales vel officiales nominentur ubi vel consuetudo, vel ratio exigant. Idcirco ex Regio Decreto (1), collatis cum Nuntio consiliis, præceptum est, ut omnes Episcopi Archipresbyteros nominent, qui Vicarii foranei sint ad nutum amoviles, qui quidem, si fieri potest, residentiam habeant in locis ubi Curia civilis ad primam instantiam stabilita est.

—Quænam hodierna horum Archipresbyterorum munia sunt?

1.° Consilium ferre Episcopo in parochiarum divisione, juxta art. 24 noviss. conventionis.

2.° Exercere jurisdictionem vicariam ad instar foraneorum, ad nutum Episcopi, prouti ipse vel contentiosam, vel voluntariam, vel utramque titulo generalium impertiri velit. (Reg. Decreto supra citatum.)

3.° Scholas publicas primariæ educationis visitare, ut conscii an pueri in doctrina christiana recte instituantur. (Ex Regio Decreto, die 23 Martii, an. 1852, relative ad art. secundum Concord.)

—Nominatio Archipresbyterorum officit nominationi Vicariorum generalium?

R. N. Nam art. 5 nov. conv. sic ait «Similiter, auditis Episcopis, constituentur vicarii generales pro iis locis, in quibus ob prædispositam hoc articulo Diœcesium conjunctionem, vel aliam justam causam necesarii videantur.» (Art. 5.)

(1) Regium Decretum, die 21 Novemb. 1851 latum, quod quidem deprecatorii litteris, vulgo *cédula de ruego y encargo*, die 30 Decembris, Prælatis omnibus missum est.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO XLIII.

DE PAROCHIS IN GENERE, ET PAROCHIARUM SPECIEBUS.

—Quid est parochia?

R. Quædam Diœcesis portio, cujus incolæ clerico, tamquam rectori, ad ipsorum salutem commitunttur.

Dicitur etiam per synecdoquem parochia ecclesiæ ipsius ædes, in quibus Rector cum suis subditis ad sacra peragenda convenit.

—Quid est parochus?

R. Clericus qui sub regimine superioris prælati intra certos Diœcesis limites commisam sibi plebem regit et pascit.

Dicitur clericus, quia quamvis debeat esse presbyter, in antiqua discipiina diaconi poterant esse parochi.

Dicitur superioris prælati, quia etiam sunt parochi in territoriis exemptis.

Dicitur *regit et pascit*, quia his verbis utitur Tridentina Synodus, quas ex privata sententia auferre parochis æquum non videtur (1).

—Parochi sunt equidem veri pastores et rectores?

R. Af. Quamvis *pastores minores* dicantur:

1.° Trin. Syn. eos vocat *rectores* (Sess. XXI, cap. 4.°) «cogant rectores vel alios ad quos pertinet.» Ergo juxta S. Syn. sunt rectores.

2.° Jubet curam animarum habentibus «ut *plebes sibi commisas pascant salutaribus verbis.*» Ergo non solum in genere, sed speciatim et ex officio, pastores sunt.»

(1) Percelebres juris canonici scriptores Bouix, et alii, parochis pastoralem titulum auferunt, pretextu exageratorum abusuum, qua de causa caute legendi ut pote parochis sistematice adversantes; injustum enim est, ratione paucorum abutentium, benemeritam hanc cleri partem invidere et parvipendere; quin etiam inter canonicos non desierunt et jansenistæ et Episcopis graves; attamen non ideo hæc benemerita Cleri pars in odium venit.

3.° Quia quæ de pastorali residentia et cura dicuntur (Sess. XXIII, cap. 1.° de Ref.) non de Episcopis tantum sed de parochis etiam intelliguntur.

4.° Quia ex scholarum et scriptorum usu *pastores* et verbo et scriptis etiam ab Episcopis ipsis passim vocitantur.

—Quænam sunt Concilii verba circa parochiarum limites et parochorum munia?

R. «In iis quoque civitatibus, ac locis, ubi parochiales Ecclesiæ certos non habent fines, nec earum rectores proprium populum quem regant, sed promiscue petentibus Sacramenta administrant; mandat sancta Synodus Episcopis, pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut distincto populo in certas propriasque parochias, unicuique suum perpetuum peculiaremque parochum assignent, qui eas cognoscere valeat, et a quo solo licite Sacramenta suscipiant; aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit, provideant.» (Sess. XXIV, cap. 13.) Mt.

—Quid in aliis locis ubi parochiæ non sunt?

R. «Idemque in iis civitatibus, ac locis, ubi nullæ sunt parochiales, quamprimum fieri curent: non obstantibus quibuscumque privilegiis et consuetudinibus, etiam immemorabilibus.» (Ib.) Mt.

—Admissa fuit hæc praxis in Hispania?

R. Af. Exceptis illis prope Iberum flumen regionibus in quibus Ecclesiæ patrimoniales erant usque ad noviss. convent. celebrationem, in illis enim sequebatur parochialitatem familiaritatis ratio.

—Quotuplicis generis sunt parochiæ ex generali Ecclesiæ disciplina?

R. 1.° Sunt titulares et commendatæ seu succursales.

2.° Perpetuæ et nutuales, quæ præcedentibus consonant.

3.° Principales seu matrices et anexæ.

4.° Sæculares et regulares.

5.° Civitatenses seu urbanæ et rurales.

6.° Ordinariæ jurisdictionis et exemptæ.

7.° Patronatæ et liberæ.

8.° Individuales et patrimoniales.

13

9.° Baptismales, et non baptismales nam aliquando baptisterium tantum in matricibus invenitur non in annexis.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Harum præcipuas species definiemus in sequentibus, pleræque enim earum definitione non indigent.

—Quam ætatem habere debent parochi?

R. «Nemo igitur deinceps ad dignitates quascumque quibus animarum cura subest promoveatur, nisi qui saltem XXV suæ ætatis annum attigerit.» (Sess. XXIV, cap. 12.)

—Quid hac de re Alexandrina Constitutio. *Inferiora etiam ministeria*?

R. Vide supra in lectione XXXVI, fol. 167 cum de moribus canonicorum et residentia.

—Quinam dicuntur parochi titulares?

R. Qui certæ ecclesiæ, ex canonica institutione, perpetuo adscripti sunt cum beneficio curato. Hujus generis sunt fere omnes in Hispania parochi.

—Quinam dicuntur manuales seu nutuales?

R. Illi qui temporaliter a Prælato alicui parochiæ præpositi sunt, atque ad nutum ab eo ammoveri possunt, qua de causa etiam nutuales dicuntur.

—Hi parochi nutuales sunt veri parochi?

R. Af. Durante eorum munere, sed mens Concilii est ut sint perpetui, in quantum fieri potest, ut patet ex verbis nuper allatis «unicuique *suum perpetuum peculiaremque* parochum etc.»

—Parochus perpetuus destitui potest?

R. Af. Et etiam quamvis Regalis Patronatus sit (1) sed prævia causæ juridica cognitione, consultoque patrono.

—Quænam sunt parochiarum divisiones ex privata Ecclesiæ nostræ disciplina?

R. 1.° Majores et minores. Majores sunt quæ in cathedralibus et collegiatis ecclesiis existunt. (Art. 21 Concord.)

---

(1) Ita et juris et rationis est.
In Hisp. ita cautum est Reg. schedula, die 5 Junii 1863, Beatiensi Episcopo lata contra Beneficiatum illius Ecclesiæ, qui ad residendum ap. Matritum Regiam licentiam acceperat. «La Real licencia para residir en esta corte... se entiende sólo y así resulta de su contexto, por la parte que al poder temporal corresponde, y deja *por consiguiente* á salvo las facultades *ordinarias del Prelado diocesano.*» Ergo potiori jure dicendum de parocho quamvis Regii Patronatus sit.

2.° Urbanæ et rurales ex art. 33 Concord. noviss. in quo eorum stipendia taxantur.

3.° Urbanæ sunt ingresus, ascensus et termini.

4.° Rurales sunt primæ et secundæ classis. Primæ quæ plus 25 minus vero 50 habent. Secundæ vero quæ minus 25.

5.° Patrimoniales et apertæ.

6.° Patronatus Regii et patronatus privati.

Illæ providentur prævio concursu ante ordinarium habito, proponente prælato, præsentante Rege ut pote patrono, et ordinario collationem impertiente. Earum vero parochi titulo Regio donantur cum omnibus civilis Cancellariæ solemnibus.

—Hodie sunt in Hispania parochiæ regulares?

R. Neg. Omnes enim in ordinariam jurisdictionem venerunt: sunt tamen plures in Hispanis ditionibus, præsertimque apud Marianas insulas, ubi a regularibus missionariis reguntur, populi enim illi ab ipsis, ex majori parte, in christianam et civilem societatem adunati fuere.

—Quænam parochiæ dicuntur urbanæ?

R. Ex privata nostra et hodierna disciplina dicuntur illæ, quæ constant plus quam 50 vicinis seu familiis, et proinde plus quam 250 animas suæ curæ commissas habent. Non ergo dicuntur *urbanæ* ex nobilitate oppidi, sed ex populatorum seu habitantium numero.

—Quid ergo de his et ruralibus parochiis imperat noviss. Conventio?

R. «Pro parochis in urbanis parœciis annuus reditus intra tria et decem millia argentorum (3.000 á 10.000 *reales*) constituitur: in ruralibus vero minimum reditus duo millia et bis centum attinget.» (Art. 33.)

—Dantur parochiis aliqua jura et emolumenta?

R. Af. «Ad cultum in parœciis, præter casualia emolumenta, aliaque pro nonnullis functionibus in Diœcesanis taxis præfixa vel præfigenda, annua summa mille argentis numquam inferior, unicuique ecclesiæ assignabitur.» (Art. 34.)

—Patrimoniales parochiæ agnoscebantur jure Tridentino?

R. Af. Nam loquitur de illis cum clericos omnes exa-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

minari jubet «etiam in *patrimonialibus* seu *receptivis* nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus uni vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat.» (Sess. XXIV, cap. 18.)

—Potest ergo parochia per plures deserviri?

R. Af. Ut patet ex his verbis.

—Sunt vero hodiedum parochiæ patrimoniales apud nos?

R. N. Abolitæ sunt omnino ex art. 26 Concord. novis. quo jubetur omnes parochias concursu mediante provideri, quo supprimuntur concursus *clausi* in quibus tantum patrimonialistæ, seu *pilongos* (1) admittebantur. «Cessabit idcirco patrimonialitatis, ut dicitur et exclusionis, seu prælationis privilegium quo ad parochias aliaque beneficia assequenda, nonnullis in partibus *patrimoniales* fruebantur.»

Omnes ergo leges, quæ in titulo XXI, libri I, Noviss. Recop. hac de re compilatæ erant, penitus abolitæ sunt, Deo in hoc favente.

LECTIO XLIV.

DE UNIONE ET DIVISIONE PAROCHIARUM.

—Quot sunt mutationes quæ in parochia contingere possunt?

R. In parochia, sicut et in diœcesi et aliis beneficiis, quatuor reformationes evenire possunt, duo augendi, duo minuendi gratia.

Augeri possunt per creationem novæ parochiæ vel divisionem alicujus antiquæ in duas vel plures.

(1) «Á consulta de la Cámara de 8 de Febrero de 1790, en vista de la representacion del Obispo de Almería, sobre que los beneficios de estos Obispados se proveyesen en naturales de estos dominios, que sean capaces de servirlos, sin limitacion *a los pilongos*, se sirvió S. M. condescender con esta solicitud, sin perjuicio del derecho que tuviesen los pueblos.» (Nota 6.ª á la ley 3.ª, tít. 21, libro I de la Novis. Recop.)

Minui possunt per suppresionem totalem parochiæ antiquæ, vel unionem ad aliam, ita ut ex duabus vel pluribus una tantum existat. Sunt ergo hi quatuor modi: *creatio*, *divisio*, *suppresio* et *unio*, quæ inter se mutuo opponuntur.

—Quando creatur nova parochia?

R. In regionibus tantum infidelium vel hæreticorum, ubi noviter Evangelium prædicatur: in cæteris rarus casus erit, in Hispania nullus, cum omnes diœceses in Archipresbyteratus, et hi in parochias jam divisæ sint, pluribus abhinc temporibus.

—Quotuplici methodo proceditur ad parochiarum divisionem vel reformationem?

R. Vel generaliter, vel singulariter.

In primo casu omnes parochiæ unius diœcesis vel territorii uniformi methodo dividuntur et regulantur. Ita hodiedum in Hispania.

In secundo vero vel una tantum, vel aliquot paucæ parochiæ pro necessitate locali disponuntur.

—Ob multitudinem ovium dividitur parochia?

R. Neg. Concilium enim tantum jubet in hoc casu augeri sacerdotum numerum, ut infra dicetur. (V. Lect. *de coadjut.*) Attamen cum concilium ibi divisionem non prohibeat, et lex sit possitiva non negativa, si expediat dividere parochiam juste eam Episcopus dividet. 1.° Quia magnus parochianorum numerus utilis est parocho in temporalibus, noxius vero ovibus in spiritualibus, divisio autem parochiarum in utilitatem ovium fit, non parochorum. 2.° Hæc disciplina viget in Hispania, in qua semper Episcopi numerosas parochias diviserunt et dividunt, (1) magna cum animarum utilitate et cultus augmento.

—Quibus in casibus præscribit Concilium gregis divisionem?

(1) Auctores ipsi qui negant ob numerosum populum parochias dividendas, confiteri tenentur divisionis hac de causa necessitatem. Equidem Pius VI bon. mem, conquerebatur constitutionem civilem Cleri gallicani sex millia parochianorum, uni pastori imputare. Quid ergo dicendum de absurda parochiarum in Hispania divisione, ubi, in Matrito et extra Matritum, parochus 20.000 millia parochianorum et amplius habet?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. «In iis vero, in quibus ob locorum distantiam, sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, et divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias, etiam invitis rectoribus, juxta formam constitutionis Alexandri III, quæ incipit. *Ad audientiam*, constituere possint.» (Sess. XXI, cap. 4.°)

—Quid habet hæc Alexandrina constitutio?

R. Cum villa H. plurimum ab eclesia distaret, ita ut hyemali tempore sine magna difficultate ipsam adire parochiani non possent, Alex. III Decretali sua (*Ad audientiam*, quæ est 3.ª tit. 48 Decret., libri III) jussit ut, ibi alia ecclesia erigeretur matrici ob honorem subjecta.

—Quomodo sustentandæ hæ novæ parochiæ et ipsarum clerici?

R. «Illis autem sacerdotibus, qui de novo erunt ecclesiis noviter erectis præficiendi, competens assignetur portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus ad ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus.» (Ib. Sess. XXI, cap. 4).

—Possunt cogi parochiani ad sustentationem illorum?

R. Af. «Et si necesse fuerit, compellere possit populum ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam: quacumque reservatione generali, vel speciali, vel affectione, super dictis ecclesiis, non obstantibus.» (Ib.)

Et hoc juri naturali consonat, qui enim sentit commodum sentiat incommodum.

—Possunt impediri hujusmodi divisiones canonice facta?

R. Neg. «Néque hujusmodi ordinationes, et erectiones possint tolli, nec impediri, et quibuscumque provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus.» (Ib.)

Præterea Decretalis Alex. III *Ad audientiam* prohibet admitti appellationem in effectu suspensivo expressis verbis «*appellationis cessante diffugio.*»

—Ecclesia noviter erecta debet semper agnoscere antiquam tamquam matricem?

R. Ex mente Decretalis et Tridentini ita fieri debet cum bona dotalia parochiæ novæ a veteri, tamquam matre donata sunt: secus vero videtur faciendum si nova ecclesia

non sit ab antiqua dotata, sed sumptibus parochianorum, novis reditibus, vel patroni donatione.

—Licet Episcopis facere uniones parochiarum prouti faciunt divisiones?

R. Af. «Ut etiam ecclesiarnm status, ubi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conservetur; possint Episcopi, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, juxta formam juris, sine tamen præjudicio obtinentium, facere uniones perpetuas quarumcumque ecclesiarum parochialium et baptismalium, et aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis.» (Sess. XXI, cap. 5.) Mt.

—Quænam sunt causæ hujus unionis juxta Concilium?

R. «Propter earum paupertatem, et in cæteris casibus a jure permissis, etiamsi dictæ ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, aut qualitercumque affectæ. (Ib.)

—Quinam sunt casus a jure permissi?

R. Juxta Decretales sunt «*evidens necessitas* vel *utilitas.*» Porro casus necessitatis censentur, ecclesiæ destructio, populi dispersio, ita ut vix parochiani remaneant, et beneficii tenuitas, adeo ut non inveniatur qui id servire vellit. Utilitatis vero causa censetur quando ob fructuum tenuitatem, vel ægritudines frequentes, vix invenitur idoneus ad parochiam deserviendam clericus.

—Possunt hæc uniones impediri?

R. Neg. Si juste et ex justa causa fiant. «Quæ uniones etiam non possint revocari, nec quoquo modo infringi vigore cujuscumque provisionis, etiam ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis.» (Ib.)

—Liberum est ergo Episcopo quando velit et quomodo velit parochias unire?

R. Neg. Sed servanda forma, et prævia causa ad necessitatis investigationem, Concilium enim ait «*juxta formam juris.*»

—Quænam est hæc forma juris?

R. 1.° Ut exploretur mens Capituli Cathedralis et ejus consensus, juxta Clementinam *de rebus ecclesiæ non alienandis*, anexio enim vel translatio redituum, alienationem in jure sapere videtur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2.° Citare omnes jus habentes, præsertim auctoritates, et confraternitates.

3.° Espectare vacationem ecclesiæ uniendæ, debet enim fieri sive præjuditio obtinentium, ut ait Concilium.

4.° Audiendus etiam patronus si adsit, et cogendus ut dotet vel ædificet, in casibus paupertatis vel ruinæ.

—Quid ex disciplina Hispaniensi?

R. 1.° Audiendi etiam, præter dictos, Archipresbyter territorii et Fiscalis ecclesiastici tribunalis.

2.° Ex praxi audiuntur, et audiri debent, municipium, confraternitas Sacramentalis, et consilium fabricæ si adsint.

3.° Intervenit denique Regia Majestas, ratione Patronatus generalis, audito Status Consilio, si Minister Gratiæ et Justitiæ illud consulendum putet, ut reditus designet.

—Quid si Capitulum Catnedrale irrationabiliter obsistat?

R. Ad Sacram Congregat. Concilii patet recursus, ubi ille faciliter obtinebitur ab Episcopo, si justa causa sit.

—Qua de causa consulendus Patronus?

R. Quia sic decet ex æquitate, et jubetur jure communi; ait enim citata Alexandrina constitutio *Ad audientiam*. «Mandamus quatenus si res ita se habet ecclesiam ibi ædifices et in ea Sacerdotem, sublato appellationis obstaculo, ad præsentationem Rectoris ecclesiæ majoris, *cum canonico fundatoris assensu instituas*.»

—Quid de diœcesium divisione in Hisp. noviss. conventio præscribit?

R. «Ut ubique locorum in regno cultui religioso et spiritualibus fidelium necessitatibus integre ac debita sollicitudine satisfiat, Archiepiscopi et Episcopi in suis quisque diœcesibus, ad novam parochiarum ordinationem et circumscriptionem absque mora devenient, habita ratione ad extensionem et naturam territorii ac populi, cæterasque locales circunstantias, auditis etiam ad hoc Capitulis Cathedralibus, propriis regionum Archipresbyteris, et Tribunalium ecclesiasticorum fiscalibus, atque omnibus demum, quantum in ipsis est, curis adhibitis, ut res quam primum fieri possit, perfecta haberi, et Majestatis suæ Gubernio prævie accedente, ad effectum perduci valeat.» (Art. 24.)

—Divisio parochiarum ad debitum effectum perducta est in Hispauia?

R. Neg. Attamen non ex prælatorum negligentia, qui in hac parte a se facienda fecerunt, sed ex angustia temporum, et publici ærarii inopia.

—Quænam viget ad hac faciendam divisionem ultima regula?

R. Regia schedula lata die X Januari, anni 1854, collatis consiliis ad mentem Concord., audito Suæ Sanctitatis Nuntio, Regiaque tunc existente Camera, ad divisionem parochiarum, nominationemque coadjutorum ratione territorii et populationis, quæ quidem valde notabilis est (1).

LECTIO XLV.

DE PAROCHIALIS ECCLESIÆ VACANTIS PROVISIONE.

—Quid Concilium hac de re axiomatice sanxit?

R. Sess. XXIV, cap. 18, ubi hac de re tractavit, hæc verba axiomatica et in principio præfixit.

«Expedit maxime animarum saluti, a dignis atque idoneis parochis gubernari.»

—Quid in praxi?

R. «Id ut diligentius ac rectius perficiatur, statuit sancta Synodus, ut cum parochialis ecclesiæ vacatio, etiamsi cura ecclesiæ vel Episcopo incumbere dicatur, et per unum vel plures administretur, etiam in ecclesiis pa-

(1) *Potiores dispositiones hæc sunt.* «Cuando la poblacion aglomerada no pase de 4.000 almas habrá una sola parroquia (art. 6.°) De 4.001 á 10.000 dos parroquias, de 10 á 15,000 tres, etc.

En los países cuya poblacion esté diseminada, es decir, sin componer pueblo, se formarán comarcas, siempre que el número de almas sea prudencialmente bastante para componer feligresía, y se establecerá parroquia en el punto que se estime más conveniente para la asistencia espiritual de sus habitantes, no debiendo distar de ella lo más léjos, segun las diferentes localidades, sino una hora regular de camino (art. 7.°)

trimonialibus, seu receptivis nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus uni vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat, per obitum, vel resignationem, etiam in Curia, seu aliter quomodocumque contigerit, etiam si ipsa parochialis ecclesia reservata vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti seu privilegii in favorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum, *debeat Episcopus statim, habita notitia vacationis ecclesiæ*, si opus fuerit, idoneum in ea vicarium, cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione, constituere, qui onera ipsius ecclesiæ sustineat, donec ei de *rectore* provideatur.» (Ib.)

—Quomodo providetur hodie vacantibus ecclesiis jure Tridentino?

R. Per concursum, qui quidem nitentibus Hispanis Episcopis et præsertim ven. mem. Fr. Bartholomeo a Martyribus, Braccar. Metropolit., inductus fuit.

—Quotuplex est concursus iste?

R. 1.° Apertus et clausus.

2.° Perentorius et dilatus.

3.° Generalis et ad plura, seu singularis et ad unum tantum.

4.° Publicum vel cum privato examine.

—Qui concursus dicitur clausus?

R. In quo diœcesani tantum admittuntur, seu alicujus territorii clerici (1). Si omnes cujusvis gentis admittuntur apertus dicitur.

—Quando dicitur perentorius?

R. Quando vacante vel uno tantum beneficio ad ipsius provisionem proceditur; ex Trid. disciplina, secus vero cum spectatur ut plura sint vacantia, et generalis concursus indicitur.

—Quid de perentorio concursu Trid. Synodus?

R. «Porro Episcopus, et qui jus patronatus habet, intra

(1) Hi concursus apud patrimoniales ecclesias usitati erant, cum ex forali legislatione, vel populationis litteris, solum illi ad beneficia admittebantur.

decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, idoneos aliquot clericos ad regendam ecclesiam coram deputandis examinatoribus nominet.» (Ib.)

—Examinatores intelligunt tantum ea quæ ad scientiam spectant?

R. N. Sequitur enim Tridentinum dicens: «Liberum sit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, ut possit postea de cujuslibet ætate, moribus et sufficientia fieri diligens inquisitio.» (Ib.)

—Possunt indici concursus publicis edictis?

R. Af. Et præsertim ita fit in generalibus, et per tempus dilatis, Concilium enim sequitur dicens: «Et si Episcopo, aut Synodo provinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari.» (Ib.)

—Quomodo fit hoc examen, seu ut communiter dicitur *oposicion*?

R. «Transacto constituto tempore, omnes, qui descripti fuerint, examinentur ab Episcopo, sive, eo impedito, ab ejus vicario generali, atque ab aliis examinatoribus non paucioribus quam tribus: quorum votis, si pares aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel vicarius, quibus magis videbitur.» (Ib.)

—Ubi nominandi hi examinatores?

R. «Examinatores autem singulis annis in diœcesana Synodo ab Episcopo, vel ejus vicario, ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, et ab ea probentur.» (Ib.)

—Tenetur Episcopus eligere hos sex omnes¿

R. Neg. Et præsertim ad privatum et singularem concursum. «Advenientequevacatione cujuslibet ecclesiæ, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant, indeque succedente alia vacatione, aut eosdem, aut alios tres, quos maluerit, ex prædictis illis sex eligat.» (Ib.)

—Quibus qualitatibus ornati esse debent prædicti examinatores synodales?

R. «Sint vero hi examinatores magistri, seu doctores, aut licentiati in Theologia, aut jure canonico, vel alii clerici, seu regulares, etiam ex ordine mendicantium, aut etiam sæculares qui ad id videbuntur magis idonei.» (Ib.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Possunt ergo laici esse examinatores synodales?

R. Af. Ut patet ex illis verbis *aut etiam sæculares*: sed hoc raro in praxi contingit præsertim in Hispania, ubi satis superque sufficiens clericorum litteratorum numerus est apud omnes diœceses.

—Quid oneris imponitur synodalibus?

R. «Jurentque omnes ad sancta Dei Evangelia se, quacumque humana affectione postposita, fideliter munus executuros. Caveantque, ne quidquam prorsus occasione hujus examinis nec ante nec post accipiant; alioquin simoniæ vitium tam ipsi quam alii dantes incurrant, a qua absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, et ad alia in posterum inhabiles reddantur.» (Ib.)

—Datur appellatio contra decisiones examinatorum?

R. Af. «Et de his omnibus non solum coram Deo, sed etiam in Synodo provinciali, si opus fuerit, rationem reddere teneantur; a qua, si quid contra officium eos fecisse compertum fuerit, graviter ejus arbitrio puniri possint.» (Ib.)

—Quid finito concursu ab examinatoribus faciendum?

R. «Peracto deinde examine, renuntientur, quotcumque ab his idonei judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, et aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis.» (Ib.)

—Tenetur Episcopus sequi propositum ab examinatoribus candidatorum ordinem?

R. N. Sed integrum est Episcopo juxta illius conscientiam: «Ex hisque Episcopus eum eligat, quemcæteris magis idoneum judicaverit, atque illi, et non alteri, collatio ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre.» (Ib.)

—Si vero juris patronatus beneficii præsentatio fuerit?

R. Quod in tali casu disponit S. Syn. require infra in lectione *De juris patronatus exercitio.*

—Licet conferre beneficium cum animarum cura non examinato?

R. N. Ait enim S. Syn. «In omnibusque supradictis casibus non cuiquam alteri, quam uni ex prædictis examinatis et ab examinatoribus approbatis, juxta supradictam regulam, de ecclesia provideatur, nec prædictorum exami-

natorum relationem, quo minus executionem habeat, ulla devolutio, aut appellatio, etiam ad Sedem Apostolicam, sive ejusdem Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuntios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas, interposita, impediat aut suspendat; alioquin vicarius, quem ecclesiæ vacanti antea Episcopus arbitrio suo ad tempus deputavit, vel forsan postea deputabit, ab ejus ecclesiæ custodia et administratione non amoveatur, donec aut eidem, aut alteri, qui probatus et electus fuerit, ut supra, sit provisum; alias provisiones omnes seu institutiones, præter supradictam formam factæ, subreptitiæ esse censeantur.» (Ib.)

—Obstat tamen huic electioni aliqua exemptio?

R. N. Sequitur enim dicens: «Non obstantibus huic decreto exemptionibus, indultis, privilegiis, præventionibus, affectionibus, novis provisionibus; indultis concessis quibuscumque universitatibus, etiam ad certam summam, et aliis impedimentis quibuscumque.» (Ib.)

—Dantur tamen aliqui exceptionis casus ad privatum examen, seu concursum singularem?

R. Af. Hosque casus subdit S. Syn. his verbis «Si tamen adeo exigui reditus dictæ parochiales fuerint, ut totius hujus examinationis operam non ferant; aut nemo sit, qui se examini quærat subjicere, aut ob apertas factiones, seu dissidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facile graviores rixæ ac tumultus possint excitari; poterit Ordinarius, si pro sua conscientia cum deputatorum consilio ita expedire arbitrabitur, hac forma omissa, privatum aliud examen, cæteris tamen, ut supra, servatis, adhibere.» (Ib.)

—Potest provinciale Concilium de horum examinum faciendorum forma disponere?

R. Af. «Licebit etiam Synodo provinciali, si qua in supradictis circa examinationis formam addenda remittendave esse censuerit, providere.» (Ib.)

—Quotuplex methodus ad hoc examen in Hispania usitatur?

R. Duplex: altera a Bened. XIV inducta, in Bulla quæ incipit verbis *Cum illud*; alia vero quæ Toletana dicitur;

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quæ quidem plus scholastica est, sed in casu appellationis (1) minus apta ut rectum a superiori feratur judicium.

—Datur appellatio ab injusto Episcopi judicio in hodierna disciplina?

R. Af. S. Pius V in Bulla sua *In conferendis* (anno 1566) appellationes induxit. Cum vero provincialia Concilia infrequentia essent, nec Tridentina disciplina adamussim servaretur, postea Bened. XIV statuit ut appellationes ad metropolitanos protenderentur, data ad hoc Bulla sua *Cum illud*.

—Quid statuit Concord. novis. de provisione beneficiorum curatorum?

R. «Parochiis omnibus, absque ullo prorsus ad loca, classes et vacationis tempus, respectu providebitur publico indicto concursu, servata norma a Sacro Concilio Tridentino præscripta, efformatisque per ordinarios sermonibus ex concurrentibus adprobatis, qui ad Majestatem suam deferentur, ut inter propositos nominare quæat.» (Art. 26,)

—Parochus tenetur emittere professionem fidei ante possesionem?

R. Tenetur facere sed non ante, Concilium enim hæc habet: «Provisi etiam de beneficiis quibuscumque curam animarum habentibus, teneantur a die adeptæ possessionis, ad minus intra duos menses, in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito, coram generali ejus vicario seu officiali, orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem, et in ecclesiæ romanæ obedientia se permansuros spondeant ac jurent.» (Sess. XXIV, cap. 12.)

—Possunt conferri beneficia his qui residere nequeunt?

R. N. Ait enim S. Syn. «Inferiora beneficia ecclesiastica, præsertim curam animarum habentia, personis dignis et habilibus, et quæ in loco residere, ac per se ipsas curam ipsam exercere valeant, juxta constitutionem Alexandri III, in Lateranensi, quæ incipit: *Quia nonnulli*, et aliam Gregorii X in generali Lugdunensi Concilio, quæ incipit: *Licet canon*, editam conferantur. Aliter autem facta collatio, sive provisio, omnino irritetur; et ordinarius collator pœnas constitutionis Concilii generalis, quæ incipit, *Grave nimis*, se noverit incursurum. (Sess. VII, cap. 3.°)

(1) Lege 7, Novis. Recopil., tit. 20, lib. 1.°, jussum erat, anno 1784, ut in omnibus examinibus Toletana sequeratur methodus. Sed cum hoc mandatum civilem excederet potestatem, in praxi etiam tunc temporis non fuit admissum. Ita in Salmantina diœcesi, ubi Benedictina non Toletana methodus semper sequuta est.

—Quid in dicta Lateranensi constitutione?

R. «Quia nonnulli modum avaritiæ non ponentes, dignitates diversas ecclesiasticas, et plures ecclesias parochiales, contra sacrorum canonum instituta nituntur accipere, ut cum unum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vindicent plurimorum; ne id de cætero fiat, districtius inhibemus. Cum igitur ecclesia vel ecclesiasticum ministerium committi debuerit, talis ad hoc persona quæratur, quæ residere in loco et curam ejus per seipsam valeat exercere. Quod si aliter actum fuerit; et qui receperit, quod contra sacros canones accepit, amittat, et qui dederit, largiendi potestate privetur.» (Ex libro III Decretal. tit. 4, *de clericis non residentibus*, cap. 3.)

LECTIO XLVI.

DE OFFICIO PAROCHI, ET PRIMO DE ONERIBUS SEU OBLIGATIONIBUS.

—Quænam in officio parochi consideranda veniunt?

R. Tria, nempe obligationes, jura et functiones.

—Quænam sunt obligationes et onera parochi?

R. Præcipue numerantur septem, nempe 1.ª Residentia. 2.ª Prædicatio et doctrina. 3.ª Sacramentorum ministratio. 4.ª Missæ celebratio. 5.ª Assistentia Synodo Diocesanæ et collationibus literariis, ubi celebrentur. 6.ª Librorum parochialium custodia. 7.ª Pauperum et afflictorum, uti possint, solatium, et inmoribus vigilantia.

—Quid de residentiæ obligatione Trident. Concilium?

R. Cum præcepto divino mandatum sit omnibus etc. Vide in lect. XVIII, fol. 79, quæ de Episcoporum et om-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nium animarum curam habentium residentia statuit S. Syn. et etiam lectionem XXXV *De moribus Canonicorum*.

—Quo temporis spatio abesse potest parochus?

R. Postquam in eisdem sess. et capitulo S. Syn. pœnas statuit contra absentes, et causæ cognitionem, ac vicarii approbationem, Episcopo reliquit, sic ait «Discedendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam, ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant (Ib., Sess. XXIII, cap. 1.º) Mt.

—Quas pœnas incurrunt parochi et vicarii non residentes?

R. «Quod si per edictum citati, etiam non personaliter, contumaces fuerint, liberum esse vult Ordinariis, per censuras ecclesiasticas, et sequestrationem, et substractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem, compellere; nec executionem hanc, quolibet privilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cujuscumque beneficii, pactione, statuto, etiam juramento vel quacumque auctoritate confirmato, consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela censenda est, sive appellatione, aut inhibitione, etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ constitutionis suspendi posse.» (Ib.) Mt.

—Datur dispensatio porochis studendi gratia?

R. N. Nam ad officium suum implendum, jam obtento beneficio private studere possunt. Canonicis vero datur dispensatio: hoc tamen hodiedum in Hispania ignobile videtur, et hanc gratiam obtinentibus dici posset illud tritum in scholis—«*non opportet studere, sed studuisse.*»

—Quid de secundo, seu prædicationis onere?

R. «Archipresbyteri quoque plebani, et quicumque parochiales, vel alias curam animarum habentes, ecclesias quocumque modo obtinentes, per se, vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem Dominicis et festis solemnibus, plebes sibi commissas pro sua, et earum capacitate *pascant* salutaribus verbis; docendo, quæ omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis, cum brevitate, et facilitate sermonis, vitia quæ eos declinare, et virtutes, quas sectari oporteat; ut pœnam æternam evadere, et cœlestem gloriam consequi valeant.» (Sess. V, cap. 2.)

—Quid si parochia pendeat ab aliquo exempto extra Diœcesim existente?

R. «Id vero, si quis eorum præstare negligat, etiam si ab Episcopi jurisdictione, quavis ratione exemptum se esse prætenderet; etiam si ecclesiæ, quovis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monasterio, etiam extra diœcesim existenti, forsan annexæ vel unitæ, modo re ipsa in diœcesi sint, provida pastoralis Episcoporum solicitudo non desit, ne illud impleatur; parvuli petierunt panem, et non erat, qui frangeret eis.» (Ib.)

—Quas pœnas incurrunt parochi, et coadjutores eorum, non prædicantes?

R. «Ubi ab Episcopo moniti trium mensium spatio muneri suo defuerint, per censuras ecclesiasticas, seu alias ad ipsius Episcopi arbitrium cogantur, ita ut etiam, si ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præstet, honesta aliqua merces persolvatur, donec principalis ipse resipiscens officium suum impleat.» (Ib.) Mt.

—Quid si pendeat ab exempto in territorio nullius?

R. «Si quæ vero parochiales ecclesiæ reperiantur subjectæ monasteriis in nulla diœcesi existentibus; si abbates, et regulares prælati in prædictis negligentes fuerint, a Metropolitanis, in quorum provinciis diœceses ipsæ sitæ sunt, tamquam, quoad hoc, Sedis Apostolicæ delegatis compellantur: neque hujus decreti executionem consuetudo, vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, sive recursus impedire valeat, quousque desuper a competenti judice, qui summarie, et sola facti veritate inspecta procedat, cognitum et decisum fuerit.» (Ib.)

—Quo tempore præcipue prædicationis munus incumbit?

R. Ulterius, Sess. XXIV, cap. 4, postquam prædicandi munus Episcopis injunxit, jussit deinceps ut prædicetur «in aliis autem ecclesiis per parochos, sive iis impeditis, per alios ab Episcopo impensis eorum, qui eas præstare vel tenentur, vel solent deputandos in civitate, aut in quacumque parte diœcesis, censebunt expedire, saltem omnibus Dominicis, et solemnibus diebus festis, tempore autem jejuniorum, Quadragesimæ et Adventus Domini quotidie, vel saltem tribus in Hebdomada diebus, si ita oportere duxerint, Sacras

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Scripturas divinamque legem annuntient: et alias quotiescumque id opportune fieri posse judicaverint.» (Sess, XXIV, cap. 4.)

—Tenentur parochiani parochiam frequentare?

R. Af. «Moneat Episcopus populum diligenter, teneri unumquemque parochiæ suæ interesse, ubi commode id fieri potest ad audiendum verbum Dei.» (Ib.) Attamen hodie non possunt parochi cogere eos ut habet Benedictus XIV. (1)

—Possunt regulares prædicare in ecclesiis suis Episcopo nolente?

R. «Nullus autem sæcularis, sive regularis, etiam in ecclesiis suorum ordinum, contradicente Episcopo prædicare præsumat.» (Ib.)

—Quid de catechismi explicatione et doctrina?

R. «Idem etiam, saltem Dominicis et aliis festivis diebus, pueros in singulis parochiis fidei rudimenta, et obedientiam erga Deum, et parentes diligenter ab iis, ad quos spectabit, doceri curabunt, et si opus sit, etiam per censuras ecclesiasticas compellent: non obstantibus privilegiis et consuetudinibus. In reliquis, ea quæ de prædicationis munere, sub eodem Paulo III, decreta fuerunt, suum robur obtineant.» (Ib.)

—Quænam Sacramenta ministrare tenetur parochus ex tertio munere?

R. Baptismum solemniter ministratum: Paschali tempore Sacram Eucharistiam, vel in Viatici necessitate, et etiam Extremam Unctionem; matrimonii quoque benedictionem, quæ omnia onera sunt et obligationes si a subdito petantur, et jura si ab alio disputentur.

—Audire confessiones est obligatio parochi?

R. Af. Si a subdito petatur, in antiqua vero nostra disciplina, apud plures diœceses, fideles tenebantur, saltem semel in anno, proprio parocho confiteri, et parochus proprio Episcopo. Sed hodie cuique liberum est cui velit confiteri, qua de causa parochus nequit cogere subditos in parochia, nec sibi ipsi confiteri, quod ex generali ac privata disciplina viget.

(1) De Synodo diœc., lib. 7, cap. 64, n. 12 y 13.

—Quid hac de re S. Syn. erga Paschale præceptum?

R. Postquam statuit confessionis necessitatem non esse inventionem Later. Concilii, cum hæc sit inducta jure Divino, sed Concilium statuisse ut saltem semel in anno confessio fieret, ita sequitur. «Unde jam in universa Ecclesia, cum ingenti animarum fidelium fructu, observatur mos ille salutaris confitendi, sacro illo et maxime acceptabili tempore Quadragesimæ, quem morem hæc sancta Synodus maxime probat et amplectitur, tamquam pium et merito retinendum.» (Sess. XIV, cap. 5.)

His in verbis nihil de parocho dicitur: liberum ergo est cuique approbato presbytero confiteri, qua de causa Synodales antiquæ in desuetudinem hac in parte abierunt.

—Quid de quarto munere seu Missæ celebratione?

R. Parochus tenetur celebrare pro populo, ut patet ex allatis verbis: «oves suas agnoscere pro his sacrificium offerre.» Ideo omnibus dominicis diebus, et festis in quibus tenetur populus Missam audire, parochus tenetur offerre pro populo, quin pro ea Missa stipendium accipere possit; et patet ex pluribus Congreg. decissionibus (1).

—Potest parochus plures Missas celebrare?

R. Ex disciplina generali Ecclesiæ potest quilibet presbyter tres in die Dominicæ Nativitatis, et ex disciplina privata et approbata Hisp. Ecclesiæ in die secunda Novembris pro fidelibus defunctis.

Sed in aliis casibus nequit duas celebrare, nisi cum solus ipse duas habet dissitas parochias, vel populum ita numerosum, ut una tantum Missa satisfieri præcepto ab omnibus nequeat, nec sit presbyter alius qui celebrare possit. Hoc tamen fieri inconsulto Episcopo Bened. XIV prohibuit (2).

(1) Summus Pont. Pius IX (fœliciter, quamvis impugnatus, regnans) in Enciclica sua, die 3 Maii, anno 1858, ait: «Declaramus, statuimus atque decernimus parochos, aliosque omnes animarum curam actu gerentes, sacrosanctum Missæ sacrificium, pro populo sibi commisso celebrare et applicare debere in omnibus Dominicis, aliisque diebus, qui ex præcepto adhuc servantur, tum in illis etiam qui ex hujus Apostolicæ Sedis indulgentia ex dierum de præcepto festorum numero sublati ac translati sunt.»

(2) Breve *Declarasti nobis* 1746.—Videatur etiam Epistola hac de re ad Episc. Oscensem ab ipsomet scripta.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid de quinto munere seu assistentia ad Synodum?

R. «Ratione tamen parochialium, aut aliarum sæcularum ecclesiarum, etiam annexarum, debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse.» (Sess. XXIV, cap. 2). Mt.

—Quid de assistentia collationibus ecclesiasticis?

R. Concilium nihil hac de re sancivit, nec vigent hæc generali disciplina. Ubi vero Episcopi eas inducere volunt, possunt cogere confessarios omnes, etiam canonicos cathedralis ecclesiæ, et potiori ratione parochos, ut habet decissio Congregationis (1).

—Quid de obligatione scribendi libros parochiales?

R. Concilium loquitur tantum de libro matrimoniali his verbis. «Habeat parochus librum, in quo conjugum et testium nomina, diemque et locum contracti matrimonii describat; quem diligenter apud se custodiat.» (Sess. XXIV de Ref. matr., cap. 1.)

—Sunt alii libri quos parochus custodire accurate debeat?

R. Ex praxi et discipl. Hisp. vocantur quinque libri, nempe 1.° Baptismatum. 2.° Confirmatorum 3.° Matrimoniorum, ex dicta generali discipl. 4.° Defunctionum. 5.° De statu animarum, ex Rituali Romano, qui saltem parochianorum rationem (*matrícula parroquial*) contineat (2).

Sunt alii libri, qui quidem, ex praxi, in parochialibus tabulariis servantur: Nempe liber fundationum, anniversariorum, beneficiorum et piorum operum, et catalogus bonorum mobilium et supellectilis ad Divinum cultum.

---

(1) Bened. XIV, eam citat Inst. 103, n. 9; et lata fuit anno 1650.

(2) Real Decreto de 12 de Setiembre de 1861, sobre el papel sellado.

Art. 44. «Se extenderán en papel del sello de dos reales:

1.° Las copias ó certificados de las partidas Sacramentales ó de defuncion.

Art. 47. Los libros mencionados en este capítulo se renovarán anualmente, pero los de las iglesias... podrán formarse con papel suficiente para varios años, siempre que en la primera hoja de cada libro se exprese autorizada el número de las que contengan y el año del sello.»

—Rædificatio ecclesiæ et domus parochialis es obligatio parochi?

R. N. Sed tantummodo iis invigilare tenetur: obligatio autem est parochiæ, si hæc ad illud bona habeat. Ex hodierna autem nostra disciplina est gubernii et parochianorum, ut dicetur infra cum de sacrarum ædium reparatione.

—Quænam sunt erga necessitates spirituales et ad pauperum solatium obligationes?

R. Quæ implicite continentur in jam allatis ac notabilibus verbis, cap. 1.°, Sess. XXIII de Reform. 1.° «Oves suas agnoscere; 2.° pro his sacrificium offerre; 3.° verbique Divini prædicatione; 4.° sacramentorum administratione; 5.° ac bonorum operum exemplo pascere; 6.° pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere; 7.° et in cætera *munia pastoralia* incumbere» quæ quidem aurea verba memoria semper parochus tenere debet.

—Quid circa doctrinam et Catechismi explicationem Concilium parochis injunxit?

R. «Ut fidelis populus ad suscipienda Sacramenta majori cum reverentia atque animi devotione accedat, præcipit sancta Synodus Episcopis omnibus, ut non solum, cum hæc per seipsos erunt populo administranda, prius illorum vim et usum pro suscipientium captu, explicent...» (Sess. XXIV, cap. 7.)

—Juxta quam formam hoc facere debent?

R. Sequitur S. Syn. dicens: «Sed idem a singulis parochis pie prudenterque, etiam lingua vernacula, si opus sit, et commode fieri poterit, servari studeant, juxta formam a sancta Synodo in Catechesi singulis Sacramentis præscribendam; quam Episcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque a parochis omnibus populo exponi curabunt.» (Ib.) Mt.

—Citatus catechismus finitus fuit a Trid. patribus?

R. Neg. Cum huic operi simul ac indici librorum prohibitorum ultimam nequirent adhibere manum; in fine Concilii statueruut, ut labores ad indicis editionem congesti Sanctæ Sedi exhiberentur ad revisionem et terminationem. «Idemque de Catechismo a patribus quibus illud mandatum fuerat, et de Missali et Breviario fieri mandat.» (Sess. XXV. in fin.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Finitus fuit hic Tridentinus Catechismus?

R. Af. Et quidem magna cum Ecclesiæ utilitate a Summo Pont. Sancto Pio V, in suo aureo opere qui *Catechismus ad Parochos* dicitur.

—Quod tempus ad catechismi explicationem injunxit Concilium?

R. «Ut inter Missarum solemnia, aut divinorum celebrationem, sacra eloquia et salutis monita eadem vernacula lingua, singulis diebus festis vel solemnibus, explanent: eademque in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus, inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant.» (Sess. XXIV, cap. 7.)

LECTIO XLVII.

DE MUNERIBUS PAROCHORUM.

—Quænam sunt parochorum munera?

R. Alia dicuntur jura, alia vero functiones:

Jura etiam alia sunt utilia, alia vero honorifica.

Jura parochialia dicuntur quæ utilitatem aliquam præseferre possunt, prout partes sunt pastoralis officii: functiones vero sive munia quæ honorem et præeminentiam: ita Benedictus XIV.

Prima sunt ratione officii et personæ, secunda ratione ecclesiæ.

—Quænam sunt jura parochorum?

R. 1.° Adsciscere sibi vicarios et coadjutores approbante Episcopo.

2.° Sacramenta, quæ in obligatione sunt, conferre, et pro illorum administratione juxta synodales constitutiones taxata stipendia exigere.

3.° Oblationes in parochia factas colligere, vel in casu administrare.

4.° Parochianorum funeribus interesse, et cuartam funerariam exigere.

5.° Coadjutoribus clericis et ministris parochialis ecclesiæ præsse, ac etiam clericis quarumcumque publicarum ecclesiarum intra parochiæ terminos.

—Possunt parochi eligere vicarios suos seu locum tenentes (Hispanice *tenientes*)?

R. Af. Dummodo perpetui non sint, et a proprio parocho, vel parochia remunerentur. Concilium Trid. ait: «Episcopi... cogant rectores... sibi tot sacerdotes ad hoc munus adjungere.» (Sess. XXI, cap. 4 de Ref.) Ergo possunt ipsi temporarios vicarios eligere.

—Quid hac de re Hispanica disciplina?

R. Bulla *Apostolici ministerii*, pro Hisp. ad executionem Trid., ab Inoc. XIII lata, hæc habet. «Quod si parochi ab Episcopis moniti, congruo eisdem termino præfixo, coadjutores, sive vicarios temporarios quoties opus fuerit assumere neglexerint, poterunt ipsi Episcopi eos quos huic muneri idoneos censuerint auctoritate propria deputare, cum assignatione ante dictæ portionis fructuum.»

—Pro quorum Sacramentorum collatione stipendia exigere licet?

R. Pro administratione solemnis baptismatis, et matrimonii, quæ *jura stolæ albæ*, vulgo dicuntur.

—Potest quilibet sacerdos baptizare solemniter?

R. Neg. Et peccat mortaliter sacerdos baptizans sine licentia parochi, et parochianus qui in alia parochia puerum baptizat, excepto privilegii casu (1), injuriam enim faciunt parocho, privantes eum jure suo (2).

—Possunt parochi exigere aliquid pro benedictione nuptiali?

R. Neg. Prohibetur enim jure communi; potest tamen accipere si sponte detur, et exigere si statuta synodalia taxaverint, vel consuetudo probata permittat.

---

(1) Cum in aliquibus civitatibus ecclesiæ parochiales censerentur filiales cathedralis, licebat quoslibet, cujuscumque parochiæ essent, in Cathedrali baptizare. Pariter apud Cæsaraugustam, ex consuetudine vel privilegio, consuetum est quoslibet e civitate apud parochiam Sedis (*la Seo*) baptizare.

(2) Parochus quæstiones de admissione vel exclusione patrini resolvit; et etiam jure civili, ex resolutione Consilii Status, die 26 Junii 1864, contra Rectorem (*alcalde*) oppidi de Cruilles, qui parochum hac de causa ad tribunalia pulsare volebat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

De parochi juribus in matrimonio dicendum infra.

—Cujus est Viaticum ægrotanti Episcopo deferre?

R. Non parochi sed majoris Dignitatis, quæ actu in Cathedrali sit, et ita a Sacra Congreg. sæpe resolutum.

—Quænam oblationes parocho competunt?

R. Quæ fiunt ad altare tempore Missæ, quæ etiam pro animabus defunctorum in ecclesia sine speciali applicatione donantis, et quæ expresse illi donantur.

—Quæ hac in re Concilii regula?

R. «Decernit sancta Synodus, ut ordinarii locorum Episcopi ea omnia prohibere, atque a medio tollere sedulo curent, ac teneantur, quæ vel avaritia, idolorum servitus, vel irreverentia, quæ ab impietate vix sejuncta esse potest, vel superstitio, veræ pietatis falsa imitatrix, induxit. Atque ut multa paucis comprehendantur, in primis, quod ad avaritiam pertinet, cujusvis generis mercedum conditiones, pacta, et quidquid pro Missis novis celebrandis datur; nec non importunas atque illiberales eleemosynarum exactiones, potius quam postulationes, aliaque hujusmodi quæ a simoniaca labe, vel certe a turpi quæstu non longe absunt, omnino prohibeat.» (Sess. XXII, in Decreto de observandis et evitandis in celebratione Missæ.)

—Cultus privatus in oratoriis nobilium, vel in privatis domibus, debet cedere in parochiæ et parochorum præjuditium?

R. N. Sequitur enim S. Syn. dicens: «Neve patiantur privatis in domibus, atque omnino extra ecclesiam, et ad divinum tantum cultum dedicata oratoria, ab eisdem ordinariis designanda et visitanda, sanctum hoc sacrificium a sæcularibus aut regularibus quibuscumque peragi.» (Ib.) Mt.

—Debent parochiani moneri ut sacris in parochia sua præferenter intersint?

R. Af. Adjungit enim: «Moneant etiam eumdem populum, ut frequenter ad suas parochias, saltem diebus Dominicis, et majoribus festis accedant.» (Ib.) (V. supra fol. 210.)

—Quodnam jus parochi in parochiani sepultura?

R. Jure communi parochus debet parochianos et intra

parochiam degentes sepelire, quod potius onus et obligatio quam munus seu jus est.

—Potest eligi sepultura libere extra parochiam?

R. Af. «Statuimus unumquemque in majorum suorum sepulchris jacere... Nulli tamen negamus propriam eligere sepulturam.» (De sepult., 28 Decret. 3.°)

—Quænam in hoc casu parochi munera?

R. 1.° Corpus comitari usque ad ecclesiam ubi funus vel sepultura fit. 2.° Deferre stolam et cadaver benedicere in domo mortuoria. 3.° Crucem et quidem unicam et parochialem præferre. 4.° Viam designare ad cadaveris conductionem, non vero ecclesiam, quamvis regularium sit, ingredi.

—Potest aliquid exigere parochus ratione sepulturæ?

R. N. Si fiat sine pompa nec parochiæ sumptu, et præcipue si parochianus pauper sit. Si tamen consuetudo in contrarium existat, exigi posse dicunt aliqui, negantibus aliis. Pro tamen celebratione Missæ, tumulo, et aliis sumptibus standum est consuetudini et synodalibus.

—Quid de quarta parochiali traditur jure communi?

R. Jus commune hæc habet (De sepult., 28, Decret. 3.°) «Si aliquem parœcianorum vestrorum alibi contigerit eligere sepulturam, de testamento ipsius *quarta vobis portio* relinquatur.» (Ib.)

—Debet esse semper quarta pars?

R. N. «Sicut Beatus Hieronimus inquit «*unaquæque provincia in suo sensu abundet*:» secundum rationabilem consuetudinem regionis illa justitia circa medietatem vel tertiam aut quartam partem pro locorum diversitatibus attendatur.»

—Capitula cathedralia, collegialia vel parochialia possunt habere curam animarum?

R. N. «Nullum capitulum aut collegium ecclesiasticum adnexam habere poterit curam animarum, adeoque beneficia et vicariæ perpetuæ, quæ antea *pleno jure* alicui collegio conjuncta erant, deinceps juri communi omnimode subjicientur.» (Concord., art. 25.)

—Quod circa prælationem jus?

R. Ex disciplina privata et Concord. noviss. hæc nota-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bilis clausula, qua plurimum meritissimi nostri parochi nobilitati sunt. «Coadjutores et cæteri parochiarum administri, cunctique clerici sacris ruralibus ædiculis, sanctuariis, oratoriis, sacellis publicis, vel ecclesiis non parochialibus inservientes, per proprium uniuscujusque territorii parochum dirigentur, *eique in omnibus subjacebunt quæ ad cultum* et religiosas functiones referuntur.» (Ib.)

—Potest aliquid parochus juxta hanc regulam exigere a privatis in suo territorio ecclesiis?

R. Af. Si ita moris est, præsertim ubi parochialis cultus ex populi ad has ecclesias privatas frequentia decrescit, hac enim de causa quarta funeralis inducta fuit. Attamen non in profectum parochi sed parochiæ.

—Quænam sunt munia seu functiones parochiales?

R. «Quæ in earum exercitio præ se ferunt quamdam honorificentiam et præeminentiam.» Ita in terminis Bened. XIV (Instit. 105, n.° 103.) Ideo non nisi a parocho vel de ejus licentia exerceri possunt, regularibus demptis de quibus infra.

—Ubinam horum notitiam invenies?

R. In Decreto Sacræ Congreg. Rituum, die 10 Decemb., 1703, quæ ad sedandas controversias et componendas variantes resolutiones lata fuit.;

—Quot qualesque sunt dictæ functiones?

R. Ex dicto Decreto potiores hæc sunt:

1.° Benedictio fontis baptismalis.

2.° Missa solemnis feriæ V in Cœna Domini. (*Juéves Santo.*)

3.° Officium funebre ad sepeliundum parochianum intra parochiæ limites præsse, et etiam.

4.° Functiones quæ aguntur a confraternitatibus intra parochiæ ecclesiam vel in loco parochiæ annexo.

5.° Permittere procesiones confraternitatum per territorium parochiæ suæ.

6.° Jure consuetudinario possunt parochi dispensare in jejunii et abstinentiæ observantia, et laboribus servilibus, ex juxta causa (1).

---

(1) V. ad hoc. Ley 8.ª, tít. 1.°, Libro 1.° de la Noviss. Recop.

—Quibns in casibus possunt parochi in servilibus dispensare?

R. 1.° Cum non est facilis ad Episcopum aditus; 2.° solum ad tempus; 3.° privato alicui, non vero toti parochiæ; 4.° ad privata opera non autem ad publica.

—Benedictiones mulierum post partum sunt parochiales functiones?

R. Quamvis in declaratione citata anni 1703 ita sancitum sit, postea vero, in alia declaratione, anni 1720, decissum fuit a Congreg. Concilii, «esse in libertate puerperarum accedere ad quamcumque ecclesiam.»

LECTIO XLVIII.

DE SUSTENTATIONE PAROCHI ET PAROCHIALIS ECCLESIÆ.

—Unde parochi sustentatio quærenda est?

R. E parrochia ipsa depromi debet, jus enim naturale et divinum positivum habent, ut qui sentit commodum sentiat incommodum, et qui servit altari, juxta Apostolum, *ex altario commedat*.

—Possunt cogi parochiani ad sustentandum parochum?

R. Af. Concilium enim, ut jam dictum est, præinstituit cum de novis parochis sermonem habuit. «Illis autem sacerdotibus, qui de novo erunt ecclesiis noviter erectis præficiendi, competens assignetur portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus ad ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus; et, si necesse fuerit, compellere possit populum ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam; quacumque reservatione generali, vel speciali, vel affectione, super dictis ecclesiis, non obstantibus.» (Sess. XXI, cap. 4.°) Mt.

—Potest Episcopus hac de causa censuras imponere?

R. Af. Et præsertim interdictum, indigni enim sunt cœlestis pabuli contemptores cœlestibus participare.

—Quis debet reficere labentes vel collapsas ecclesias?

R. «Cum illud quoque valde curandum sit, ne ea, quæ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sacris ministeriis dicata sunt, temporum injuria obsolescant, et ex hominum memoria excidant; Episcopi, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, transferre possint beneficia simplicia, etiam jurispatronatus, ex ecclesiis, quæ vetustate, vel alias collapsæ sint, et ob eorum inopiam nequeant instaurari, vocatis iis, quorum interest, in matrices, aut alias ecclesias locorum eorumdem, seu viciniorum arbitrio suo.» (Sess. XXI, cap. 7.°)

—Quid tenendum ut memoria translatæ hujus ecclesiæ servetur?

R. «In eisdem ecclesiis erigant altaria, vel capellas sub eisdem invocationibus; vel in jam erecta altaria, vel capellas transferant cum omnibus emolumentis, et oneribus, prioribus ecclesiis impositis.» (Ib.) Mt.

—Quid faciendum si jurispatronatus parochia sit?

R. «Parochiales vero ecclesias, etiam si jurispatronatus sint, ita collapsas refici, et instaurari procurent ex fructibus et proventibus quibuscumque, ad easdem ecclesias quomodocumque pertinentibus.» (Ib.) Mt.

—Quid vero «si non fuerint sufficientes?»

R. «Omnes patronos, et alios, qui fructus aliquos ex dictis ecclesiis provenientes percipiunt, aut, in illorum defectum, parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant; quacumque appellatione, exemptione, et contradictione remota.» (Ib.) Mt.

—Quid vero si parochiani pauperrimi sint, ita ut volentes parochiam sustinere omnino nequeant?

R. «Quod si nimia egestate omnes laborent; ad matrices seu viciniores ecclesias transferantur cum facultate tam dictas parochiales, quam alias ecclesias dirutas in profanos usus, non sordidos, erecta tamen ibi cruce, convertendi.» (Ib.) Mt.

—Quid vero si parochia ab aliquo monasterio pendeat, vel commendata vel exempta sit?

R. «Quæcumque in diœcesi ad Dei cultum spectant, ab Ordinario diligenter curari, atque iis, ubi oportet, provideri æquum est. Propterea commendata monasteria, etiam abbatiæ, prioratus, et præposituræ nuncupatæ, in quibus non viget regularis observantia; nec non beneficia tam curata quam non curata, sæcularia, et regularia qualitercumque commendata, etiam exempta, ab Episcopis, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegatis, annis singulis visitentur; curentque iidem Episcopi congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, ut, quæ renovatione indigent, aut restauratione, reficiantur.» (Sess. XXI, cap. 8.)

—Potest illis in parochiis animarum etiam curam invigilare et parochi sustentationem exigere si non vigeat regularis observantia?

R. «Et cura animarum, si qua illis, vel eorum annexis immineat, aliaque debita obsequia recte exerceantur; appellationibus quibuscumque, privilegiis, consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis, conservatoriis, judicum deputationibus, et eorum inhibitionibus non obstantibus.» (Ib.)

—Quid si in eis regularis non vigeret observantia?

R. «Provideant Episcopi paternis admonitionibus, ut eorum regularium superiores juxta eorum regularia instituta debitam vivendi rationem observent, et observari faciant, et sibi subditos in officio contineant ac moderentur.» (Ib.)

—Quid vero si admoniti intra sex menses eos non visitaverint vel correxerint?

R. «Tunc iidem Episcopi, etiam ut delegati Sedis Apostolicæ, eos visitare possint et corrigere, prout ipsi superiores possent, juxta eorum instituta: quibuscumque appellationibus, privilegiis, et exemptionibus penitus remotis, et non obstantibus.» (Ib.)

—Hæc omnia de parochis exemptis dicta intelligenda sunt etiam de ipsorum sustentatione et parochiarum restauratione?

R. Af. Et patet ex verbis illis «*aliaque debita obsequia recte exerceantur*.»

—Quæ norma hodie in Hispania ad cleri parochialis sustentationem?

R. Ex art. 33 Concord. noviss. hæc a civili societate præstatur his verbis: «Pro parochis in urbanis parœciis annuus reditus intra tria et decem millia argentorum constituitur: in ruralibus vero minimum reditus duo millia

et biscentum attingent. Coadjutores et æconomi intra duo et quatuor millia argentorum obtinebunt.» (Art. 33.)

—Sunt etiam alia illis concessa jura, præsertim erga parochiales eeclesias?

R. Af. Prosequitur enim Concord. his verbis: «Præterea tum parochi, tum coadjutores, fruentur ædibus eorum habitationi addictis, nec non hortis seu possessionibus, quæ venditæ minime fuerunt, et vulgari nomine *Iglesiarios*, *mansos* vel alio appellari consueverunt.» (Ib., art. 33.)

—Quænam ad ecclesiarum paroch. dotationem Hisp. præstat?

R. Vide supra lectione XLIV, fol. 195 (1).

—Quid de ipsorum emolumentis et obventionibus?

R. «Itemque parochi proprii et sui coadjutores ex juribus stolæ et oblationibus, vulgo *pié de altar*, pertem cuique respondentem percipient.» (Ib. Art. 33.)

—Cujus est onus coadjutoris sustentandi?

R. Ex vigenti declaratione, et juxta Concordatum, parochis ægritudine, senio, vel alia legitima causa inhabilitatis, datur coadjutor ab Episcopo, causa cognita, et declarante ipsomet quam partem servare debeat parochus inhabilis, cui quidem parochialis domus, hortus vel prædiola servantur.

Si dotatio insufficiens sit ad coadjutorem et titularem sustentandos, Status, id est Gubernium, providere tenentur.

—Quænam norma hodiedum, ad ecclesiarum, præsertim parochialium, restaurationem?

R. Quæ lata est in Regia schedula, die 5 Octobris anni 1861, non tantum ad reparationem parochialium, sed etiam cæterarum et majorum et minorum ecclesiarum, de quibus infra dicendum, cum de sacris ædibus sermo in genere instituetur.

---

(1) Adde his, articulum 7 conventionis posterioris, anni 1859, quæ ab Oratore ap. Romam Rios Rosas nomen accepit.

LECTIO XLIX.

DE AUXILIARIBUS SEU COADJUTORIBUS PAROCHORUM.

—Quotuplices sunt parochorum coadjutores?

R. 1.° Temporales et perpetui.

2.° Individuales et capitulares.

3.° In parochia vacante et in parochia plena.

4.° Coadjutores in specie, et vicarii, seu locum tenentes.

5.° Coadjutores cum succesione et sine succesione.

—Quid Concilium Trid. circa auxiliares in genere disposuit?

R. «Episcopi, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, in omnibus ecclesiis parochialibus, vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus rector non possit sufficere ecclesiasticis sacramentis ministrandis, et cultui divino peragendo; cogant rectores, vel alios ad quos pertinet, sibi tot sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad sacramenta exhibenda, et cultum divinum celebrandum.» (Sess. XXI, cap. 4.°) Mt.

—Est idem auxiliaris et coadjutor?

R. N. Auxiliaris nominatur ab ipso parocho, ut ipsi in confessonario, prædicatione et cultu opem ferat. Ipse propriis sumptibus, vel parochiæ reditibus, vel parochianorum subsidiis eum sustinet quamdiu potest, et ad libitum removet. Coadjutor vero a superiori, volente vel nolente parocho, nominatur, ut ex definitione patebit.

—Quomodo ergo definitur coadjutor parochi?

R. Sacerdos auctoritate superiori constitutus ut titulari parocho in parochia regenda et ministranda auxilium præstet.

—Potest ordinarius coadjutorem perpetuum nominare?

R. Af. Hic vero potius vicarius seu locum tenens dicitur; (Hispanice *teniente*) si vero fixus stabilisque sit, ac ærarii sumptibus remuneratus, prævioque concursu, in hoc

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

casu regia præsentatione et titulo, ac canonica collatione, ita ac titularis parochus donatur.

—Potest ordinarius instituere coadjutorem cum futura succesione?

R. N. Hoc tantum Romani Pontificis est.

—Quando datur coadjutor parocho etiam nolenti?

R. Cum hic vitio, irregularitate, ignorantia, ægritudine, vel crimine inhabilitatur, ita ut munus suum implere nequeat. Tunc datur coadjutor temporalis, pro tempore quo parochi impotentia durat.

—Quid Concilium Tridentinum disposuit ut imperitis parochis coadjutores darentur?

R. «Quia illitterati et imperiti parochialium ecclesiarum rectores sacris minus apti sunt officiis, et alii propter eorum vitæ turpidinem potius destruunt, quam ædificant: Episcopi, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, eisdem illiteratis et imperitis, si alias honestæ vitæ sint, coadjutores, aut vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint, quacumque appellatione et exemptione remota.» (Sess. XXI, cap. 6.) Mt.

—Quid de scandalosis?

R. «Eos vero, qui turpiter et scandalose vivunt, postquam præmoniti fuerint, coerceant ac castigent; et si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseverent, eos beneficiis, juxta sacrorum Canonum constitutiones, exemptione et apellatione quacumque remota, privandi facultatem habeant.» (Ibid.) Mt.

—Datur ergo coadjutor parocho scandaloso?

R. Af. Donec corrigatur: si vero monitus non emendatur destituitur ex hac Trid. irrecusabili disciplina, sive perpetuus, sive juris patronatus sit; potius enim interest animarum salus quam privatum jus.

—Datur coadjutor parocho indebite absenti?

R. Pariter ac scandaloso et criminali. «Eadem omnino etiam quoad culpam, amissionem fructuum, et pœnas de curatis inferioribus, et aliis quibuscumque, qui beneficium aliquod ecclesiasticum, curam animarum habens, obtinent, sacrosancta Synodus declarat et decernit; ita tamen, ut

quandocumque eos, causa prius per Episcopum cognita et probata, abesse contigerit, vicarium idoneum, ab ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquant.» (Sess. XXIII, cap. 1.°)

—Quid de vacantibus parochiis Trid. Syn.?

R. Vide supra initium lectionis XLV *De vacantis ecclesiæ provisione*. Expedit maxime animarum saluti et ea quæ a Sess. XXIV, cap. 18, deprompta sunt, nempe «debeat Episcopus statim, habita notitia vacationis ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea vicarium, cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione, constituere, qui onera ipsius ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore provideatur.»

—Quid de coadjutoribus noviss. Concordia?

R. «Parochiarum coadjutores ab ordinariis, prævio synodali examine, nominabuntur.» (Art. 26 in finem.)

—Quid dicendum de capitulis parochialibus?

R. Hæc quidem non existunt jure communi, sed privato tantum. Ante Corcord. Noviss. frequentiora erant in antiquo Aragonum regno, Principatu Cathaloniæ et Navarra, quin etiam hodie existunt, et quidem non ignobilia, in Septentrionalibus illis nostræ patriæ regionibus.

—Quænam sunt eorum jura?

R. Nulla de jure communi Decret. vel Tridentini. Hæc tamen Sancta Synodus eorum jura implicite sancivit, cum de patrimonialibus et receptivis ecclesiis sermonem habuit, in his enim parochialis cura penes capitulum erat, seu ut Concilium habet «per plures administrabatur.»

—Quando Vicarius in parochia dicitur æconomus?

R. Cum vacanti parochiæ ad tempus præest: ejus nominatio Episcopi est.

—Potest concedi jubilatio parochis senibus ex jure nostro?

R. Vide hac de re præcedentem lectionem.

—Cui competit hæc coadjutoris designatio?

R. Episcopo cum causæ cognitione, relinquens parocho

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

impedito ea quæ ad vivendum sunt necessaria, domum nempe, pensionem et hortum (1).

—Possunt esse simul plures parochi in eadem parochia?

R. Ex regula juris et ex sensu communi negative, facta enim per plures tardius expediuntur: est etiam occasio continuarum litium. Citantur tamen exceptiones, cum capitula et etiam patrimoniales clerici hanc potestatem exercebant: sed experientia constat eos non bene animarum curam in Hispania gessise, quamvis ex praxi uni tantum delegabant; quin etiam ubi duo erant parochi non simul, sed alternatim sua numera explebant.

---

(1) Real órden de 30 de Abril de 1852.
It. Circular de 5 ds Setiembre del mismo año.
It. Real órden de 13 de Octubre de 1864. «Los actuales curas párrocos jubilados y los imposibilitados física ó moralmente, que hubiesen desempeñado en propiedad curatos de término y de segundo ascenso, disfrutarán en lo sucesivo, y á contar desde esta fecha, las dos terceras partes de sus respectivas dotaciones.»
Los otros las cuatro quintas partes.

PARS QUINTA.

De jurisdictionibus exemptis, ubi etiam de regularibus.

LECTIO L.

DE EXEMPTIONIBUS IN GENERE.

—Quid est jurisdictio?

R. Juxta theologos est-potestas regendi et sententiam ferendi in subditos.

—Distinctio potestatis in sacramentalem seu ordinis, et jurisdictionalem nupera est in Ecclesia?

R. N. Eam enim firmat Divus Thomas his nitidissimis verbis. «Duplex est spiritualis potestas, una quidem *sacramentalis*, alia *jurisdictionalis*. Sacramentalis quidem potestas, quæ per aliquam consecrationem confertur, et talis potestas secundum suam essentiam remanet in homine qui per consecrationem eam est adeptus quamdiu vivit, sive in schisma, sive in hæresim labatur. Potestas autem jurisdictionalis est, quæ ex simplici injunctione hominis confertur, et talis potestas non inmobiliter adhæret, unde in schismaticis et hæreticis non manet.» (1)

—Consonat hæc doctrina Tridentinis legibus?

R. Af. Nam S. Syn., Sess. XXIII, can. 7, ubi de consecratione sermonem instituit, non de hac tantum, sed de *missione* loquitur his verbis: «Qui nec ab ecclesiastica et canonica potestate *rite ordinati, nec missi sunt*.»

—Quotuplex est jurisdictionalis potestas seu jurisdictio?

R. 1.ª Suprema, superior et ordinaria de quibus hucusque actum est.

---

(1) Summa Divi Thomæ, 2.ª 2.æ quæst. 39, art. 3.º

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2.ª Ordinaria et exempta; quibus accedere potest extraordinaria, seu melius pro casibus extraordinariis.

3.ª Propria et delegata, quibus quandoque consonant

4.ª Perpetua et temporalis.

5.ª Contentiosa voluntaria et gratiosa.

6.ª Ordinis episcopalis et non episcopalis.

7.ª Ex jure communi, ex jure speciali, et ex consuetudine.

8.ª Legislativa, judicialis et coercitiva, sea juxta alios recentiores, magisterii, ministerii et imperii:

—Quæ jurisdictio dicitur suprema?

R. Quæ soli Romano Pontifici, Christi in terris vicario, Petri succesori, supremoque Ecclesiæ Catholicæ Hierarchæ competit, a quo nulla exemptio datur, cum omnes, omnino et omnimode ei subsint, qui enim ab eo sese eximere conatur quomodolibet schismaticus est. Ideo sicut dicitur *Episcopus Episcoporum*, ita quoque *ordinarius ordinariorum*. Ideo injuriæ species videtur eum *Episcopum Romæ* vocitare, uti protestantes, jansenistæ, et regalistæ jansenismum sapientes stulte vocitare solent, quasi ille tantum merus Episcopus foret.

—Quæ jurisdictio dicitur superior?

R. Illa potestas quam, præter ordinariam in sua diœcesi propria, habent Metropolitani in suæ provinciæ suffraganeos, Primates in suæ nationis Metropolitanos et Episcopos, et olim Patriarchæ in cunctos quoque suæ Diœceseos.

—Ergo ordinariæ potestatis typus Episcopus est?

R. Af. Ideoque cum de ordinariis loquitur S. Syn. præsertim de Episcoporum judiciaria potestate intelligitur. Attamen non omnis Episcopus est ordinarius, nec omnis ordinarius Episcopus; nam Episcopus titularis cum non habeat neque territorium, neque subditos non est ordinarius. Vicarius autem seu generalis, seu capitularis, quin etiam Prior in suo territorio exempto, ordinarius est, quamvis non sit Episcopus. Ideo S. Syn. voce Episcopi sacramentalem, seu pontificalem jurisdictionem significat, e contra *ordinarii* nomine jurisdictionalem potestatem.

—Quid ergo *exemptionis* nomine intelligitur?

R. Facultas qua aliquis canonice pollet ut ordinariæ jurisdictioni non pareat, in parte vel in totum.

Jurisdictio vero exempta definitur: potestas quæ ex apostolico privilegio alicui competit ut Episcopo non pareat, cui alias ex jure communi obedire teneretur, et etiam in res vel personas legitimam auctoritatem juxta privilegii litteras habet.

—Quotuplex est exemptio?

R. 1.º Personalis et realis.

Prima datur ob personæ meritum et ratione honoris, coheretque personæ, ita ut ubivis eam obtineat.

Talis est exemptio prothonotariorum apostolicorum, et etiam eorum qui dicuntur ad instar participantium.

2.º Exemptio realis est duplex nempe ratione officii vel ratione loci.

3.º Exemptio est etiam totalis vel partialis.

4.º Huic divisioni affinis est alia qua exemptio, seu jurisdictio exempta, distinguitur a jurisdictione privativa.

—Quæ dicitur exemptio ratione officii?

R. Ea quæ competit ratione officii seu beneficii: sic ex gr. canonicus qui habet præbendam propriam in capitulo exempto est exemptus a jurisdictione ordinaria ratione beneficii sui. Capellanus castrensis exemptus est quoque ratione officii sui.

—Quæ dicitur exemptio ratione loci?

R. Qui a jurisdictione ordinaria educitur eo quod vivat in territorio quod illi parere non tenetur. Sic, v. g. qui vivit in aula regia apud Matritum, vel in territorio Patriarchali jurisdictioni summisso, Toletano Archiepiscopo parere non tenetur. Qui vivit in territorio ordinum militarium ab ordinario eximitur paretque Priori illius militaris ordinis. Si vero exeat ab aula, vel a territorio exempto, ipso facto ordinariæ jurisdictioni subjacet.

—Quæ exemptio dicitur totalis?

R. Illa qua omnino aliquis ab ordinaria jurisdictione eximitur, puta in exemptione castrensi, vel in his duobus in præcedenti responsione allatis.

Partialis e contra dicitur qua aliquis non omnino sed tantum partialiter ab ordinario eximitur. Talis erat, ut plu-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rimum, exemptio capitulorum ab Episcopo, et etiam exemptio regularium.

—Quid jurisdictionis privativæ nomine intelligitur, prout ab exemptione differt?

R. Jurisdictio privativa ex apostolico privilegio dabatur alicui ut cognosceret semper et ubique de quorumdam negotiorum genere, quæ alias ordinarius cognovisset. Tales erant apud nos Commissaria Cruciatæ et Spoliorum, ac tribunal qui *Excusati* dicebatur, et etiam tribunal Inquisitionis.

—Quænam est exemptionum origo?

R. Juxta communiorem interpretum opinionem inductæ fuerunt primum exemptiones apud nostrates in provinciali concilio apud Illerdam habito, anno 546, cujus in canone 3.° sic dicitur: «Quod monachi sine licentia abbatis non ordinentur, ut in Agathensi vel Aurelianensi est constitutum: quæ vero de *jure sunt monasterii* in nullo diœcesana lege ab Episcopo contingantur. Qui vero basilicam consecrare desiderat, nequaquam sub monasterii specie, ubi congregatio non colligitur, eam *a diœcesana lege* audeat segregare.» (Causa X, quæst. 1.ª)

Ex hoc percelebri nostro canone a jurisperitis inducta distinctio inter *legem diœcesanam et legem jurisdictionis*.

—Quid igitur diœcesanæ legis nomine intelligendum?

R. Juxta glossographos Gratianei codiciis est «Ea adscribens *legi jurisdictionis*, in quibus incolumis potestas Episcoporum in monasteria monachosque remanserat et *legi diœcesanæ* adscribens illa in quibus et monachi et monasteria exempta proponerentur,» ut ait clarus Berardi (1).

Hæc vero subtilis distinctio postea firmata fuit Honorii III et Inocent. IV decisionibus (cap. 1 de verborum signific. in VI.)

—Quid S. Syn. de personalibus exemptionibus sancivit?

R. Dira censura eas notavit his severissimis verbis: «Quoniam privilegia et exemptiones, quæ variis titulis plerisque conceduntur, hodie perturbationem in Episcoporum jurisdictione excitare, et exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur.» (Sess. XXIV, de Ref. in gen., cap. 11.)

(1) Vide Sebast. Berardi de variis jurisdictionis ecclesiasticæ partitionibus, dissert. 1, cap. 2.

—Quid «decernit Sancta Synodus»?

R: Af. «Ut, si quando justis, gravibus et fere necessariis, suadentibns causis, aliquos honorariis titulis protonotariatus, acolythatus, comitis palatini, capellani regii, aut aliis hujusmodi in romana curia, vel extra, insignibus decorandos esse placuerit; necnon alios, cuicumque monasterio oblatos, vel quomodocumque addictos, aut sub nomine servientium militiis, seu monasteriis, hospitalibus, collegiis, aut quocumque alio titulo assumi, nihil ex iis privilegiis detractum esse ordinariis intelligatur.» (Ib.) Mt.

—Si vero jam exemptionem vel privilegia haberent?

R. «Ii, quibus ea jam concessa sunt, vel in posterum concedi contigerit, ipsis ordinariis, tamquam Apostolicæ Sedis delegatis, plene in omnibus... subjecti existant.» (Ib.) Mt.

—Quid significant hæc verba *tamquam Apostolicæ Sedis delegati*?

R. Cum plures Episcopi contenderent exemptorum privilegia omnino tollere, reluctantibus aliis, media via itum est, statuendo ut in supplenda regularium negligentia, aliisque similibus, Episcopi non ordinaria jurisdictione uterentur, sed idem facerent delegata a S. Sede jurisdictione, quo et necessitati provisum est et privilegiorum conservationi (1)

—Sustulit S. Syn. exemptiones omnes reales?

R. N. Quin imo servavit exemptiones regiorum capellanorum, ac ordinum militarium his verbis: «et quoad capellanos regios, juxta constitutionem Innocentii III, quæ incipit, *Cum capella*, subjecti existant: exceptis tamen iis qui prædictis locis aut militiis actu serviunt, et intra eorum

(2) Hoc medium inventum fuisse a Sebastiano Pighino (lege *Pissino*) Rotæ Rom. Auditore contendit Sarpi, in sua mendaci Concil. Trid hist. Pallavicinus vero libro VII, cap. 5, nihil hac de re tradit. Mihi dubium est Pighinum tunc temporis apud Tridentum fuisse.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

septa ac domos resident, subque eorum obedientia vivunt, sive iis qui legitime, et secundum regulam earumdem militiarum professionem fecerint, de qua ordinario constare debeat: non obstantibus privilegiis quibuscumque, etiam religionis sancti Joannis Jerosolymitani, et aliarum militiarum.» (Ib.)

—Clerici qui Romæ degunt debent habere exemptionem ratione familiaritatis?

R. N. Subdit enim S. Syn. «Quæ vero privilegia residentibus in Curia Romana Eugenianæ constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere solent, ea in iis qui beneficia ecclesiastica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minime intelligantur; sed ordinarii jurisdictioni subjecti permaneant: non obstantibus quibuscumque inhibitionibus.» (Ib.)

—Hæc disciplina accurate postea servata fuit?

R. Sanctus Pontifex Pius V eam non tatum firmavit, sed etiam privilegia restrinxit in sua Bulla «*Quamvis*», anno 1568 lata. Postea vero sequenti sæculo non fuit adeo stricte servata, hæc disciplina, præsertim in Hispania, ubi cathedralium capitula, quæ magnas turbas contra has Tridentini dispositiones concitaverant, pariterque aliquæ congregationes, privilegia sua pro aris et focis vindicare satagebant, unde S. Sedes, ut majora mala vitaret, his aliquantulum indulgere cuasi coacta fuit, quin etiam aliquando Principum parum prudentibus sed enixis precibus adducta. Inde mala secuta sunt.

—Ergo omnes exemptiones malæ sunt?

R. N. Injuriam enim infert S. Sedi qui talia dictitat; quin imo optimæ fuerunt temporibus in quibus facta fuit earum concessio. Attamen temporis decursu noxiæ evaserunt, nam et remedia ipsa quæ infirmo aliquando prosunt, ipsi nocent dum sanus est.

Præterea hæc exemptiones datæ fuerunt, ut plurimum, congregationibus hominum ferventi virtute pollentibus, cum vero succesores eorum tepidi facti sunt, vel privilegiis abuti cœperunt, devenit in ruinam quod datum fuerat in ædificationem animarum.

—Quænam regula ferri potest ad cognoscendum utrum exemptiones noxiæ sint?

R. Illam affert S. Synodus suis nitidissimis initialibus verbis:

1.° Quando ex exemptionibus oritur magna perturbatio in Episcoporum jurisdictione, nempe lites, jurgia, frequentes rixæ vel disputationes: cum enim hæc semper iram, invidiam et spiritualis vitæ laxitatem redoleant, contra desiderium S. Sedis evadunt. Charitas enim patiens est, benigna est, etc.

2.° Quando exemptis laxioris vitæ ocassionem præbere dignoscuntur, non est enim justum ignavos gaudere privilegiis quæ virtuti et zelo donantur.

—Quænam ergo regulæ practicæ in litibus exemptorum?

1.ª Exemptiones odiosæ censentur, proindeque non ampliandæ sunt sed restringendæ.

2.ª In illarum concessione standum est litteræ concessionis.

3.ª Deficiente causa exemptionis tollitur exemptio, nam sublata causa tollitur effectus.

4.ª Cessante exemptione devolvitur jus suum ordinario, nam sublata exceptione sequitur regula.

5.ª In casu dubii standum est pro ordinaria jurisdictione.

—Tribunalia conservatorum judicum computabantur inter privatas jurisdictiones?

R. Af. Inducti enim erant ut plurimum in obsequium exemptorum; et contra jurisdictionem ordinariam, cui graves molestias et vexationes pepererunt.

—Quid de illis S. Synodus?

R. «Insuper, cum nonnulli, qui *sub prætextu*, quod super bonis, et rebus ac juribus suis diversæ eis injuriæ, ac molestiæ inferantur, certos judices per litteras conservatorias deputari obtinent, qui illos a molestiis et injuriis hujusmodi tueantur, ac defendant, et in possessione, seu quasi bonorum, rerum, ac jurium suorum manuteneant, et conservent, nec super illis eos molestari permittant; ejusmodi litteras in plerisque, *contra concedentis mentem*, in reprobum sensum detorqueant: idcirco nemini omnino, cujus-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cumque dignitatis, et conditionis sit, etiam si capitulum fuerit, conservatoriæ litteræ; cum quibuscumque clausulis, aut decretis, quorumcumque judicum deputatione, quocumque etiam alio prætextu, aut colore concessæ suffragentur ad hoc, ut coram suo Episcopo, sive alio superiore ordinario, in criminalibus, et mixtis causis accusari, et conveniri, ac contra eum inquiri, et procedi non possit: aut quominus, si qua jura ei ex cessione competierint, super illis libere valeat apud judicem ordinarium conveniri. In civilibus etiam causis, si ipse actor exstiterit, aliquem ei apud suos conservatores judices in judicium trahere minime liceat.» (Sess. XIV, cap. 5.)

—Hi excessus reformati fuerint?

R. Af. Cum vero hæc privativæ jurisdictiones penitus apud nos inoleverint, supervacaneum est referre quæ de ipsorum ad procedendum methodo præscripta sunt. Notandum vero quod in finem additur his verbis: «Nemo etiam similium litterarum beneficio ultra quinquennium gaudere possit. Non liceat quoque conservatoribus judicibus ullum habere tribunal erectum. In causis vero mercedum, aut miserabilium personarum, hujus sanctæ Synodi super hoc decretum in suo robore permaneat.» (Ib.)

—Habebant ergo ex hoc decreto aliquam exceptionem miserabiles personæ?

R. N. Sed e contrario restrinxit hanc praxim S. Syn. Sess. VII, cap. vero 14 de Ref. ut dicetur infra, cum de «*judiciis in genere.*»

—Quænam excipiebat ab hac derogatione?

R. «Universitates autem generales, ac collegia doctorum, seu scholarium, ac regularia loca, nec non hospitalia actu hospitalitatem servantia, ac universitatum, collegiorum, locorum, et hospitalium hujusmodi personæ in præsenti canone minime comprehensæ, sed exemptæ omnino sint, et esse intelligantur.» (Ib.)

—Datur exemptio aliqua a correctione Prælati in visitatione et etiam extra visitationem?

R. N. Sed omnes personales exemptiones in casu correctionis sustulit S. Syn. his verbis: «Omnes ecclesiarum Prælati, qui ad corrigendos subditorum excessus diligenter

intendere debent, et a quibus nullus clericus per hujus sanctæ Synodi statuta, cujusvis privilegii prætextu, tutus censetur, quominus juxta canonicas sanctiones visitari, puniri, et corrigi possit; si in ecclesiis suis resederint, quoscumque sæculares clericos, qualitercumque exemptos, qui alias suæ jurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus, et delictis, quoties, et quando opus fuerit, etiam extra visitationem, tamquam ad hoc Apostolicæ Sedis delegati, corrigendi, et castigandi facultatem habeant, quibuscumque exemptionibus, declarationibus, consuetudinibus... minime suffragantibus.» (Sess. XIV, cap. 4.)

LECTIO LI.

DE EXEMPTIONIBUS IN HISP. ECCLESIA.

—Quo tempore exemptiones in Hispaniam invectæ sunt?

R. Medio sæculo XI, nam ante hoc tempus, nec wisigothicæ nec mixtarabis disciplinæ tempore, exemptiones agnitæ erant, nisi in his quæ *Legis Diœcesanæ* nomine intelligebantur, prout supra dictum est.

Sic Concilium Legionense, anno 1020 (juxta meliorem computationem) can. 3, sic ait: «Decrevimus etiam ut nullus contineat seu contendat Episcopis abbates suarum diœceseon, sive monachos, abbatissas, sanctimoniales refuganos, sed *omnes permaneant sub ditione sui Episcopi.*»

—Quænam ergo exemptionum apud nostrates brevis historia?

R. Primo Episcopi cœperunt eximi a Metropolitanorum suorum canonica subjectione, et hanc hierarchiæ rupturam *libertatem* appellaverunt. Deinde abbates aliquorum celebrium monasteriorum contra Episcopos elati sunt, vel legitimis privilegiis, vel etiam supposititiis litteris. Crevit elatio opinionibus burgundionum et gallicanorum, versus initium sæculi XII in Hispaniam adventium. Capitula quoque cathedralia et collegialia contra Episcopos insurrexerunt, eos tamquam persecutores accusantes, et

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

continuis jurgiis fatigantes. Reges denique privatas jurisdictiones, Cruciatæ. Excusatorum et alias fovere curarunt, ut e reditibus ecclesiæ nummos ad debellandos sarracenos caperent.

—Quinam Episcopi exemptionem obtinuerunt?

R. Ovetensis, Legionensis et Compostellanus (1) qui inmediatæ S. Sedis jurisdictioni submissi sunt. Compostellanus vero postmodum metropolitanus evasit, translata Metropoli ab Emerita Augusta pene diruta.

—Qui abbates primi exemptiones obtinuerunt?

R. Pinnatensis (*San Juan de la Peña*) et Sancti Salvatoris Legeriensis (*San Salvador de Leire*). Concilia vero utriusque monasterii, quibus contenditur Episcopos Jacenses et Pampilonenses semper ex his monasteriis depromendos esse, velut apocrypha rejiciuntur. Abbas Aquilinus Pinnatensis, favente Aragonum Rege et Legato Hugone Candido, postea Sanctæ Sedi perfido et denique schismatico, exemptionem ab Alexandro II obtinuit, turbidis illis temporibus, et litteris obrepticiis et contra Ecclesiam Hispanam calumniosis.

—Quid de burgundionibus et gallicanis monachis?

R. Sœculo XII, contra Sancti Bernardi mentem et conatus, quamplurima privilegia et exemptiones capessere cœperunt, quæ longum foret in medium proferre (2).

—Quando capitula cœperunt exempta esse?

R. Sæcculo præsertim XIII, quando augustiniana canonica vita relaxari cœpit: postea vero tempore magni schismatis plura etiam privilegia nacta sunt.

—Quænam ex his exemptionibus derivatæ clades?

R. Alvarus Pelagius, scriptor sœculi XIV, Episcopus et Minorita, in libro suo de *Planctu ecclesiæ* sic ait: «Eorum

---

(1) Historiæ Compostellanæ, lib. 1.° cap. 5.° «De libertate ecclesiæ compostellanæ.» V. Operis, *España Sagrada*, vol. 20, fol. 21.

(2) *Nollo prætendas mihi* fructum emancipationis ipsius, nullus est enim nisi quod inde Episcopi insolentiores, monachi ipsi dissolutiores fiunt. Quid quod et pauperiores? Inspice diligentius *talium* libertorum et facultates et vitas. (Lib. III de Consider. ad Eugenium, cap. 4.)

privilegia (regularium) faciunt eos contendere tota die... Faciunt eos contemnere prælatos Ecclesiæ, et occasione privilegiorum magis sunt insolentes et magis delinquunt.» (1)

—Quænam in Hispania privatæ jurisdictiones?

R. Hæc a sæculo XV potissimum invectæ sunt:

1.° Tribunal Cruciatæ et Excusati de quo modo dicendum. (2)

2.° Tribunal Apostolicum et Regium Sancti Officii, seu Inquisitionis, anno 1484, petentibus eisdem Regibus Inductum fuit in Castella, primusque inquisitor cum facultatibus Apostolicis fuit Fr. Thomas de Torquemada. In Aragonia inductum fuit anno 1485. Consilium vero seu Tribunal Apostolicum et Regium erectum fuit anno 1494, cum Bulla Alex. VI.

3.° Forum academicum, quod quidem et Apostolicum et Regium erat cum jurisdictione civili et criminali a sæcul opræsertim XV.

4.° Consilium ordinum militarium, Apostolicum etiam et Regium, de quo dicendum infra.

5.° Tribunal criminale apud Cathaloniam, quod dicebatur Tribunal Brevis, ad Clericorum criminales causas.

6.° Tribunal quod dicebatur Spoliorum et vacantium beneficiorum, quod quidem inductum fuit ex art. 22, Concord. Bened. XIV inter et Ferdinandum VI, anno 1753, in quo spolia in pios usus converti jussum fuit; nam antea, ab initiis nempe sœculi XVI, cedebant Apostolicæ Cameræ.

—Quænam origo exemptionis Xenodochii Italorum apud Matritum?

R. Ejus ædes simul ac ecclesia, quæ Pontificia et Regalis est, erectæ fuerunt anno 1598, pro Italæ gentis pauperibus et infirmis curandis, semperque fuit sub inmediata protectione Sanctæ Sedis, ejusque nomine jurisdictionem in ipsa habuerunt Reverendissimi in Hispania Apostolici Nuntii.

—Quid de judicibus conservatoribus?

---

(1) Libro II, cap. 66.

(2) V. Perez de Lara (D. Alonso), compendio de las tres gracias, cruzada, subsidio y excusado: Impr. Real, 1810, fol. 19.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Horum jurisdictio plura mala peperit ecclesiasticæ disciplinæ et ordinariæ jurisdictioni, præsertim sœculo XVII, et contra mentem Tridentini (Sess. XIV, cap. V). Philipus V horum judicum jurisdictionem interponi vetuit pro domibus et cenobiis Regiæ protectioni submissis, anno 1715 (1) Hodie jam omnino ignoti sunt.

—Reformatio Tridentina salubres effectus nacta fuit?

R. Capitula Castellæ huic acriter obstiterunt, contendentibus illis exemptiones suas et privilegia contra mentem Tridentini servare, qua de causa ea Philipus II Rex duris verbis increpavit. Attamen illa privilegia in praxi et contra Episcopos sustinuerunt, unde sæculo XVII iterum disciplina languescere cœpit, uti supra dictum est.

—Ubi constat hoc tempore Ecclesiæ Hisp. disciplinam iterum relaxatam fuisse?

R. Præter alia ex Bulla ipsa *Apostolici ministerii*, in cujus initio hæc verba leguntur. «Nonnullæ ecclesiasticæ disciplinæ rationibus ac saluberrimis sacri œcumenici Concilii Tridentini decretis haud quaquam consentanea sensim in diversis nationis Hispaniæ locis obrepsisse.»

—Hæc Bulla aliquod remedium exemptionum immoderatarum malis attulit?

R. N. Sed in his, ut in aliis potissimis, nihil a Sancta Sede obtentum, quia nihil ipsi nuntiatum nec petitum fuit. Ideo mala omnia et incommoda atque querelæ ad nostram usque ætatem pervenerunt.

—Quid ergo in noviss. Conventione factum?

R. In ea corruptelæ omnes, non tantum reformatæ sed funditus eversæ sunt, nam ut plurimum impossibilis erat earum reformatio. Ideo ad mentem Tridentini sequens adhibita dispositio. «Omnes etiam jurisdictiones privilegiatæ et exemptæ, cujuscumque speciei sint, et quomodocumque nuncupentur, cessabunt, ea non exclusa quæ ad Sancti Joannis Hierosolymitani ordinem spectat. Subdita autem iisdem jurisdictionibus territoria propriis seu finitimis diœcesibus adjungentur, in nova harum circums

(1) Ley 14, tit. 17, lib. 1 de la Novis. Recop.

criptione, prout art. 7 statum est (1) perficienda (Art. 11.)

—Quid ergo de Episcopalibus exemptionibus?

R. Singuli Episcopi, et quibus præsunt ecclesiæ, canonicam suis metropolitanis subjectionem præseferent ac proinde privilegium exemptionis, quo Episcopatus Legionensis et Ovetensis pridem gaudebant, cessabit.» (Art. 8.º)

—Quid de territoriis Ordinum militarium?

R. De his infra speciali lectione dicendum.

—Quid de ecclesiis in aliena diœcesi constitutis?

R. Archiepiscopi et Episcopi ordinariæ suæ auctoritatis et jurisdictionis usum ad universum proferent territorium, quod uniuscujusque diœcesis finibus juxta novam circumscriptionem contineatur: ac propterea qui eum usque in præsens, ad regiones aliena diœcesi conclusas quovis titulo protulerint (2) ab hujusmodi exercitio cessabunt.» (Art. 10.)

—Quid de Collecturia generali spoliorum?

R. «Suppressa declaratur collecturia generalis quæ a spoliis, vacantibus et annatis audit, concredito interim Commisariæ Cruciatæ munere vacantia administrandi, insoluta exigendi, et pendentia negotia ordinandi et conficiendi.» (Art. 12.)

—Quid de Tribunali decimalium excusatorum?

R. «Pari modo supprimitur Apostolicum ac Regium Tribunal gratiæ, vulgo del *Excusado*. (Art. 12.)

—Quid de capitulis exemptis?

R. «Cessabit illico omnis immunitas, exemptio, privilegium, usus aut abusus, qui in ipsorum capitulorum com-

(1) Articulus 7, qui transitorius est, sic ait: «Novi fines et peculiaris earumdem diœcesium circunscriptio, quo citius fieri possit ac servatis servandis, per Apostolicam Sedem statuentur: quam ob rem Summus Pontifex, suo et ejusdem Sedis apud Majestatem Catholicam Nuntio, necessarias facultates delegabit ad opus collatis cum Regio Gubernio consiliis perficiendum.» Hoc autem negotium adhuc inceptum est, non tamen Apostolicæ et Sanctæ Sedis culpa vel incuria.

(2) Sic ex grat., Episcopus Oscensis intra ipsam civitatem Cæsaraugustæ jurisdictionem exercet intra ecclesiam Sanctarum Massarum (vulgo *Santa Engracia*) in cujus veneranda crypta innumerabilium Martyrum exubiæ venerantur. Ex quo aliquando contigit in illa civitate insimul ordines conferri et apud Sedem a metropolitano, et apud hanc ecclesiam ab Oscensi Episcopo.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

modum cum ordinariæ Præsulum jactura, per Hispaniarum ecclesias, quacumque ratione invaluerit.» (Art. 15.)

—Indiget hodie Episcopus adjunctis seu conjudicibus ad judicandos cathedralis ecclesiæ canonicos?

R. N. Nam sublata exemptione tollitur adjunctorum necessitas, quæ exemptionis effectus erat. Ita etiam expressis verbis declaratum est, Regio Decreto collatis consiliis cum S. Sedis Nuntio, latoque die 6 Decembris, anni 1861 (1).

—Quid de jurisdictione Sancti Officii?

R. Abolitum fuit hoc Tribunal in Curiis apud Gades congregatis, die 22 Januarii, anno 1813, nonaginta contra illud, sexaginta vero pro eo procuratoribus pugnantibus. Non erat ergo ab omnibus invisum. Restituit illud Ferdinandus VII, abolita gaditana Constitutione. Iterum abolitum fuit anno 1820, nec postea restauratum.

—Quid de jurisdictione fori academici?

R. Hæc quoque penitus inolevit anno 1835, nam ex Decreto lato, anno 1824 (die 14 Octobris) pro Universitatum et studiorum regimine, mitigatum sed non abolitum fuit (2) et saltem servatum fuit et clericis et laicis forum civile passivum, præsertim pro debitis.

—Quænam ergo hodiedum jurisdictiones exemptæ in Hispania supersunt?

R. Ex noviss. Concord. declarantur omnes suppresæ «salvis tamen ac in suo robore mansuris, quæ competunt:

1.ª Pro Capellano Majori Catholica Majestatis suæ.

2.ª Vicario generali castrensi.

3.ª Quatuor militiis Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ et Montesiæ, ad sensum eorum quæ nono hujusve conventionis articulo prædisposita sunt.

4.ª Prælatis regularibus.

5.ª Nuntio Apostolico pro tempore circa ecclesiam et xenodochium italorum in hac ipsa urbe (Matrito) erectum.

De ~~his~~ primis quatuor, ac etiam de Commissario generali Cruciatæ, dicendum in singularibus lectionibus.

---

(1) En ningun punto de los de visita ni correccion canónica tolerarán derechos ya caducados, y *señaladamente el de los adjuntos.*»

(2) Juxta mentem Noviss. Recop., lib. 8, tit. 6.

LECTIO LII.

DE REGIIS SACELLIS (1) EORUMQUE AC SUORUM CAPELLANORUM IN HISP. EXEMPTIONE.

—Exemptio regiorum sacellorum seu cappellarum fundatur in jure Tridentino?

R. Af. Concilium enim (Sess. XXIV, cap. XI de Reformat. in genere, supra citato) cum de exemptionum incommodis tollendis ageret, attamen cappellis regiis exceptionem indulsit, his verbis: «Ipsis ordinariis tamquam Apostolicæ Sedis delegatis plene in omnibus, *et quoad capellanos regios* juxta constitutionem Innocentii III, quæ incipit *Cum Capella*, subjecti existant.»

—Ergo ex jure Tridentino cappellanis regiis tantum dabatur jurisdictio privativa?

R. Af. Et tantum juxta ea quæ regiæ capellæ esse censebantur, ita enim erat exemptio cappellanorum ducis Burgundiæ, et etiam in Hispania.

—Quid ergo illa Decretalis?

R. «Cum capella ducis Burgundiæ gaudere dicatur hujusmodi privilegio, quod nullus Archiepiscopus vel Episcopus in personas canonicorum ejusdem capellæ suspensionis, vel excommunicationis, aut interdicti, sententias audeat promulgare: quidam capellæ supradictæ canonici, qui parochiales ecclesias a te tenent, occasione privilegii prælibati, in his etiam quarum jurisdictio ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, ut quantumque graviter interdum excedant, tuæ correctioni recusent et sententiæ subjacere. Quocirca mandamus, quatenus in quantum exempti sunt ejusdem ratione capellæ, apostolicis privilegiis deferas reverenter, sed in quantum ratione parochialium ecclesiarum, vel alias, jurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, offi-

---

(1) Turtureti (Vincentius) Sacellum Regium: Matriti ap. Martinez, 1630: 1 vol. 4.°.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cii tui debitum in eosdem libere prosequaris.» (Decretalium libro 5, tit. 33, *de privilegiis*, cap. 16.)

—Hujus Burgundiensis capellæ est aliquod in Hispania specimen?

R. Non tantum specimen, sed etiam et ipsa capella hodiedum apud nos est. Nam Raymundus Burgundiæ Comes, Urracæ Reginæ Castellanæ primus conjux, in Salmantina civitate quam, ex dotali conjugis charta in dominio habebat, regiam capellam, sub Sancti Marci invocatione, Burgundico more erexit, in ea enim parochi civitatenses, qui tunc plus quam quadrageni erant, regiorum capellanorum muneribus fungebantur.

—Extat usque in diem dicta regia Burgundica capella?

R. Af. Et non tantum rudis fabrica, attentione et studio digna (1) sed etiam collegium ipsum parochorum, qui a Regibus nostris capellanorum regiorum titulo donantur, ita ut Decretalis Innocentiana in ipsis omnino servetur, nam, prout parochi sunt, ab Ordinario Salmantino pendent, prouti vero sunt capellani regii, et ad capellæ suæ res, exemptione gaudent, nisi aliud Regibus placeat.

—Qua vero ratione dicitur capellam ipsam Ducalem Burgundicam apud nos esse?

R. Quia Imperator Carolus V, Hispanorum vero hujus nominis Regum Primus, qui quidem Burgundio erat et Gandavi natus, Burgundicam capellam (2) in Matritum transtulit, ac sustituit castellanæ capellæ, versus annum 1546 (3), in eaque ordinem Burgundicum percelebrem *velleris aurei dictum* (*el Toison de oro*) noviter instauravit. Filius vero ejus Philippus II, cognomento *Prudens*, anno 1581,

(1) Hæc ædes, cum sœculo XI constructæ sint, pauperem sed venerandam antiquitatem redolent, qua de causa artis amatoribus gratæ sunt.

(2) Hugo Dux Burgundiæ, anno 1172 eam erexit cum privilegio Alex. III, Burgundionibus vero a Gallis victis et eorum potentia delita eorum insignia in Flandriam translata fuerunt.

(3) Statuimus et ordinamus quod omnes capellani cantores et offitiarii *nostræ Capellæ Flandrensis* revereantur et habeant pro capite et superiore nostrum eleemosynarum majorem, eique obtemperent in omnibus quæ statutum nostræ capellæ concernunt etc. (*Statutæ Reg. Capellæ ab Imp.*)

noviter Regiam Matritensem Capellam sub nova forma instauravit, relictis non paucis eorum quæ e Burgundionibus mutuata erant.

—Quænam sunt in historia nostra regiorum sacellorum prima et ante hæc monumenta?

R. Solent adduci hac de re verba Concilii cujusdam Bracharensis primi, anno 569, in quo dicitur: «*ad Sedem Dumiensem familia Regis*» (1) sed cum hæc verba obscura et dubia, quin et forte suppositia sint, nihil ad rem afferunt.

Verius est Toletanam Ecclesiam, non tantum Primitialis, sed etiam Regiæ titulo insignitam fuisse. Hoc autem a tempore Chindaswinti gaudebat titulo Toletana Sedes, nam Toletanum VII sic ait: «Id etiam placuit ut *pro reverentia Principis ac Regiæ Sedis* honore, vel Metropolitani ipsius consolatione, convicini Toletanæ Sedis Episcopi, juxta quod ejusdem Pontificis admonitionem acceperint, singulis per annum mensibus in eadem urbe debeant commorari, messivis tamen ac vindimialibus feriis relaxatis.»

Erat ergo tunc Toletana Ecclesia et cathedralis et regium sacellum, quo Reges conveniebant (2).

—Quid postea de regiis sacellis in Hispania?

R. Plures fuerunt in utraque restauratione et Asturicensi et Aragonensi. Tempore disciplinæ seu ritus mixtarabici Reges non nisi in cathedralibus ad sacra cum populo conveniebant: sic Ildephonsus Castus in Ovetensi, et etiam sœculo XI Ferdinandus I pientissimus in Legionensi sacris aderant; Reges quoque Suprarbienses apud Jaccam, Pampilonem et nonnulla insignia monasteria.

Postea vero, capta Oscha, Prior Capituli Augustiniani apud Montearagonem Capellanus-major Regum Aragonensium evasit (3).

(1) Loaisa in sua Conciliorum editione scripsit: «Ad Dumio familia servorum.» De hujus Concilii corrupta editione vide *Esp. Sagrada*, vol. 18.

(2) Sanctus Ildephonsus cum de Sancto Eugenio, sui nominis II, agit in libro de viris illustribus, sic ait: «Hic, cum *Ecclesiæ Regiæ* clericus esset egregius, vita monachi delectatus est »

(3) Talia fuerunt apud S. Joannem Pinnatensem, S. Salvatorem Legeriensem et etiam apud S. Mariam Naiaræ.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—A quo tempore Compostellanus Archiepiscopus capellanus major Legionensium Regum esse cœpit?

R. Ildephonsus VII, Imperator, Didacum Gelmirez, et magistrum et cuasi tutorem suum, regium Capellanum et Cancellarium *ad honorem tantum* nominavit, sublato hoc titulo Mindoniensi Episcopo (1). Rex etiam canonicus Sancti Jacobi factus est (2).

Ferdinandus Legionensis Rex hoc privilegium ratum habuit, anno 1176, posteaque Innocentius III approbavit die 14 Julii, anni 1199.

—Archiepiscopus Compostellanus erat verus capellanus vel tantum *ad honorem*?

R. Ad honorem, nam 1.° in eo sensu fuit facta concessio; 2.° quia ratificatio Ferdinandi Regis facta fuit dilecto Patri Overtino Compostellanæ Sedis Archiep. *et Capitulo Canonicorum*; 3.° quia datæ fuerunt capellania et cancellaria *Hispaniæ*, cum ille non esset nisi Legionensis Rex; 4.° quia Reges Castellæ aliis capellanis usi sunt; nempe abbatibus Oniensi, vel Samiensi, vel Covarrubiensi, nullus autem eorum Compostellanum reipsa prout capellanum majorem habuit, quamvis aliqui Archiepiscopi Compostellani hoc titulo uterentur aliquando; 5.° quia postea alias ecclesias tamquam capellas regias erexerunt; 6.° quia Abbates illi et alii Episcopi directe nominabantur capellani a Rege, non vero ex delegatione Compostellani, tunc enim non fuissent Capellani majores (3).

---

(1) Regnum meum et domum meam pro velle vestro disponite et *honores* vestrorum adversariorum *scilicet Capellaniam et Cancelleriam habete* et cui volueritis tribuite.» *Esp. Sagr.*, t. 20, fol. 461 y 62, Compostell. Hist.

(2) In illo igitur capitulo factus est Rex Ecclesiæ Beati Jacobi canonicus, et panem in canonica ét hebdomadam in altari... ei concesserunt (Ib., pag. 458.)

(3) Sic inter alios Ildephonsus sapiens habuit Capellanum Majorem Dominum Joannem Martini Abbatem Covarruviensem, ut patet ex Regio testam. anno 1246.

Henricus II, Abbatem Oniensem Dominum Lupum (D. Lope) cum titulo capellani majoris.

Henricus III, Abbatem Samiensem.

Joannes II Didacum Comontes Episcopum Carthaginensem, Ildephonsum Fonseca Abulensem, et Abbatem Sancti Andreæn-

—Quid de Capella Regia Aragonum?

R. Ildephonsus III Aragonum Rex, relicto Montearagonensi Priore Augustiniano, abbatem Sancti Victoriani, Benedictinum, Regiæ Capellæ præfecit, frater vero Jacobus II, hoc relicto, abbatem Sanctarum Crucum (*Sanctas Creus*) Cisterciensem, denique in ea instauravit, confirmante Bonifacio Papa VIII, anno 1297. Unde tempore Catholicorum Regum duplex in Regia Capella ritus erat, nempe Cisterciensis pro Rege Ferdinando, latinus vero pro Regina Elisabeth.

—A quo tempore originem ducit exemptio Regiæ Capellæ Hispanæ?

R. A tempore horum Catholicorum Regum, quorum felicissimo conjugio Hispania una facta est, unitis Aragone et Castella, pariterque Navarra, profligatisque Granatensibus Sarracenis. Sixtus enim PP. IV jam concesserat exemptionem Capellæ Regiæ ad preces Ferdinandi, tunc Siciliæ Regis, et Elisabeth Castellæ Infantissæ, anno 1474 (1), quam postea ratam habuit, annis 1477 et 79, auctaque fuit ab Innocent. VIII, anno 1487.

—A quo tempore proprie Compostellanus Archiep. Capellani majoris fixum nomen ac jurisdictionem accepit?

R. Finito Tridentino Concilio Philippus II a S. Sede impetravit ut jurisdictio in Regiam Capellam committe-

---

sem et Petrum Lupi de Miranda. Hi omnes capellani majores dicebantur: (*Crónica de D. Juan II*, cap. 93 et 266.)

Ejus tamen tempore Archiep. Compostellanus Capellani majoris titulo privilegia firmabat; attamen capellanus non erat.

Henricus IV, Joannem Ildephonsum Chirino et alios, quos quidem et succesorum suorum capellanos referre longum foret.

Horum aliquos vide in versione hispanica operis Turtureti, jam citati, in finem sine foliatione.

(1) «Nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut Capellanus tuus major, qui pro tempore fuerit (ergo non erat Compostel.) omnes et singulas controversias, lites et quæstiones tam beneficiales quam profanas et alias quascumque, quæ inter reliquos capellanos, cantores et scholares dictæ capellæ, in ea actu servientes, extra Romanam Curiam motæ sint et indecisse pendent, ac quas ad Nos harum serie advocamus et illas dicto capellano majori committimus, et quæ pro tempore movebuntur, audire et cognoscere ac fine debito terminare...» Eximit deinde Capellanos et alios ab ordinariorum jurisdictione.

retur Capellano majori a se designato, nam Archiep. Compostellanus, nisi residentiæ onus projiceret, hoc levare nequibat. Annuit ergo S. Pius V, Bulla data, die 7 Junii, anni 1569; et ab eo tempore jurisdictionem a Compostellano Procapellani accipere cœperunt.

—Quodnam est ergo hujus exemptionis fundamentum?

R. Idem fere ac pro Vicariatu generali castrensi, nempe mobilitas Regiæ Curiæ, præsertim illis temporibus, cum Reges personaliter exercitibus præibant. 2.° Nobilitas et decor personarum; quamvis enim hæc ratio parum canonica sit, attamen Ecclesia, ut pote mater, filiorum quandoque debilitatibus indulget.

LECTIO LIII.

DE PATRIARCHATUS INDIARUM OCCIDENTALIUM ORIGINE ET IN REGIA CAPELLA JURISDICTIONE.

—Quænam fertur hujus Patriarchatus origo?

R. Primus qui hoc titulo decoratus dicitur, fuit quidam P. Bernardus Boil, apud Montem-Serratum eremita, qui quidem cum Christophoro Columbo (*Colon*) inimicitias habuit. Sed potius Vicarii Apostolici, quam Patriarchæ nomen habuisse creditur (1).

Postea vero Catholicus Rex, anno 1513, a Sancta Sede efflagitavit, ut titulus patriarchalis, pro regionibus illis nuper agnitis, daretur suo Capellano majori Joanni Roderici Fonseca, Archiepiscopo Rosanensi in partibus, ut, ubi vellet, cumque Regis assensu, ibi patriarchalem sedem erigeret (2).

—Annuit his precibus Sancta Sedes?

R. N. Sed e contra prudentissimo consilio vetuit vetat-

(1) V. Opus Cisterciensis Pascual.—Defensa de Raimundo Lulio.

Villanueva, Viaje literario, t. 7.°. fol. 155. «Los Reyes Católicos le destinaron á América en calidad de *Nuncio Apostólico*. «Tom. 22. fol. 251:» fué enviado como primer *Vicario Apostólico*.»

(2) Ex documento in Regia Historiæ Academia servato, et e Bibliotheca Albani Ducis transcripto.

que hodiedum sub censurarum pœna Patriarchis Indiarum Occidentalium, sui tituli regiones adire, ne ambitu elati et longinquitate freti, ea faciant quæ cum gravi Ecclesiæ detrimento Constantinopolitani Patriarchæ gesserunt (1).

—Ergo dignitas hæc patriarchialis in mero titulo et honore consistit?

R. Af. Ita ut expresse in ipsa bulla Patriarchis dicatur: «Patriarchatus Indiarum Occidentalium maris Occeani qui ecclesia, sede, capitulo, choro, clero et populo, omnique cura regimine et jurisdictione tam spirituali quam temporali caret, sed solum in dignitatis Patriarchalis titulo et honore consistit, et cujus fructus, redditus et proventus nulli sunt quique de jure patronatus charissimi in Christo filii nostri N. N. Hispaniarum Regis Catholici de fundatione, vel dotatione aut privilegiis apostolicis, cui non est hactenus in aliquo derogatum fore dignoscitur» etc.

—Quis hoc Patriarchali titulo primum vere usus fuit?

R. Stephanus Gabriel Merino, Giennensis Episcopus ac S. R. E. Cardinalis, qui primus inter Patriarchas computatur, ab anno 1524, ex concessione Clementis VII, petenteque Imperatore Carolo V (2). Hic tamen Capellanus major non fuit.

—A quo tempore Capellani Regii majoris munus Indiarum patriarchis injunctum est?

R. Ab initiis sœculi XVII (3), quo tempore Didacus de Guzman, jussu Philippi III, Capellani majoris jurisdictionem cum Patriarchali dignitate cumulaverat. Nam antea, ab anno 1524, plures Patriarchæ extiterant, quin tamen Capellani majores forent (4). Hic tamen, cum Compostellanus

(1) «Insuper quoad partes Indiarum maris Occeani absque nostra seu Romani Pontificis pro tempore existentis licentia sub pœna suspensionis et interdicti accedere nequeas.» (Ex bulla Patriarchæ Allue, anno 1820, a Pio VII lata, cujus transcriptum præ oculis habetur.)

(2) Sic fertur ab Egidio Gonzalez Davila, celebri seduloque nostrarum ecclesiasticarum rerum scriptore, in vita hujus Episcopi.

(3) Didacus de Guzman, postea Archiep. Hispalensis ac S. R. E. Cardinalis, ab anno 1610 patriarchalem dignitatem habuit.

(4) Septem Patriarchæ numerantur ab anno 1524, usque ad 1610.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Matriti adesset, constat ab eo pro illo tempore delegationem accepisse.

—Quando Procapellani majoris nomen accepit?

R. Ab anno 1634, tum enim Ildephonsus de Guzman, Didaci jamdicti nepos, et etiam Patriarcha, magnas lites habuit cum Cardinali Spinola, Archiep. Compostellano, apud Matritum residente, a quo sustitutionem accepit, cum titulo Procapellani majoris (1) jubente Philippo IV consultaque Regia Camera.

—Ita vero fuerunt sedatæ lites?

R. N. Sed præter eas quæ cum Compostellano agebantur; aliæ cum Toletano Ordinario subortæ sunt. Nam Gregorius XIV S. Pii V constitutionem firmavit, anno 1591, indulsitque facultatem erigendi parochiam prope Regiam Aulam pro hujus ministris. Utramque confirmaverunt Paulus V et Gregorius XV (annis videlicet 1614-1623) ac denique Gregorius XV (2).

Denique tandem Benedictus XIV ad eas compescendas, deque plenitudine potestatis, Regiæ Aulæ Matritensis capellam cum adjacente territorio ab ordinarii jurisdictione cum rebus et personis exemit, anno 1753, et Archiepiscopo Compostellano summissit, cum titulo rectoris ac perpetui administratoris illius territorii vere nullius.

—Facultas nominandi procapellanum majorem dabatur Regi vel Compostellano?

R. Regibus ipsis, ut patet ex ipsa Bulla Benedicti XIV.

—Cuinam ergo jurisdictio in Regiam familiam competit?

R. Indiarum Patriarchæ indubitanter et ex Concordato noviss. cujus verba jam citata hæc sunt. «Procapellano majori Catholicæ Majestatis suæ.»

—Quid amplius hæc Concord. erga capellam Regiam tradit?

R. Omnimoda et absoluta residendi in beneficiis obligatione decreta in art. 19, subditur deinceps: «Nihilominus sex cathedralium peninsulæ præbendatis locus esse poterit inter eos qui Regio sacello capellani munere addicti

(1) Die 13 Octobris, anno 1634.
(2) V. Bullam Bened. XIV, anno 1753 latam, § 34 ad 42.

sunt: numquam tamen primam Sedem obtinentes, canonicos *de oficio*, cura animarum adstrictos nec duos simul ex uua eademque ecclesia nominare fas erit.»

—Hoc capellanorum collegium Capitulum est?

R. N. Nec Capituli collegialis nec minus cathedralis juribus et muneribus gaudet. Attamen injuncta sunt ipsis quædam alia munera nempe: 1.° receptoris et sacristæ majoris, 2.° parochi vicarii aulæ regiæ (*teniente cura de palacio*) 3.° parochi administratoris hospitalis dicti *el Buen Suceso*: et 4.° administratorum collegiorum nobilium puellarum sub advocationibus Virginis Lauretanæ et Sanctæ Elisabeth.

—Patriarcha Indiarum, prouti capellanus major, jurisdictionem voluntariam et contentiosam habet?

R. Af. Et ad ejus exercitium tribunal habet cum competenti ministrorum numero, in quo munera provisoris et fiscalis a capellanis ipsis regiis, qui *Capellanes de honor* nuncupantur, exercentur. Provisor autem seu vicarius generalis procapellani majoris dicitur *Juez de la capilla Real*.

—Quotuplices sunt capellæ regiæ?

R. Triplices Primæ quæ in Regiis aulis sunt et jurisdictioni patriarchali omnino subditæ. Secundæ, quorum capellani a Rege nominantur, et in æconomicis ordinariæ jurisdictioni non subsunt, sed tamen nullum in eas jurisdictionem patriarchæ exercent (1): tales sunt regiæ capellæ apud Toletum, Hispalim et Granatam, et etiam regia capella Sancti Marci apud Salmanticam.

Tertiæ vero, quæ nomine tantum et honore Regiæ sunt, nam eorum capellani nullum titulum nec emolumentum a Regio Patrimonio accipiunt. Sic Sancti Hieronimi capella in ipsa Salmantina Universitate, *Regia* dicitur, et aliæ plures in variis locis, quæ Regio stemmate ornantur.

—Quam jurisdictiouem habet Indiarum Patriarcha. ut pote procapellanus major, in sacellis Regiis primæ speciei?

(1) Real Decreto de 16 de Julio de 1852.
«Las Reales Capillas estarán sujetas á los ordinarios, y el cabildo de Toledo conservará el patronato en la Muzárabe» (art. 5).
«Las Capellanías de las Reales Capillas se proveerán siempre por Mí, cualquiera que sea el tiempo y forma en que vaquen.» (art. 6).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Omnimodam et quasi episcopalem.

«Ut parochiani dictæ novæ parochialis ecclesiæ ac præscripti et voliti territorii separati in quibus Capellanus major seu rector et administrator hujusmodi parochialis ecclesiæ *omnimodam jurisdictionem privativam episcopalem* seu quasi episcopalem exerceat (1).

—Numquid Regia capella parochialis est?

R. Af. «Benedictus XIV, die 17 Junii anni 1753, Regis Catholici capellam Regiam cui Archiepiscopus pro tempore Compostellanus capellanus major existit, in parochialem ecclesiam, cum omnibus et singulis prærogativis et honoribus ac juribus, quibus aliæ parochiales ecclesiæ fruuntur et gaudent, erexit.» (Art. 2, Brevis Pii VI anni 1777.)

—Qua de causa capella Regia in parochialem erecta fuit?

R. Quia alias proprius parochus Toletanus Archipræsul erat, ideoque Regum nuptias hic benedicebat, cæteraque parochialia exercebat. Sicut enim Dux, Marchio vel quilibet toparcha potest capellanum vel capellanos habere, quin a parochiali jurisdictione exemptus sit, ita et Reges poterant capellanos majores et alios quam plures ad Regii sacelli cultum habere, et etiam cum exemptione, sed non ideo ii capellani habuissent parochialia jure sine Pontificis Max. privilegio.

—Potest Indiarum Patriarcha jurisdictionem episcopalem et parochialem in Regiam familiam exercere etiam extra Capellæ Regiæ territorium?

R. Af. «Præterea omnes et singulas functiones, actusque, quos Episcopi in propriis respective ecclesiis sibi subjectis peragere solent, quoties Rex Catholicus ad quamcumque cathedralem, collegiatam, parochialem et monasterialem ecclesiam, et inibi cum capella quibusvis functionibus peragendis assistere intendat, etiamsi subinde Rex prædictus aliquo legitimo impedimento detentus minime accedat et intersit, similiter exercendi. (Art. 4.° Brevis Pii VI.)»

(1) Breve Pii VI, lati anno 1777, ad confirmationem alius Benedicti XIV, et sedationem posteriorum controversiarum cum ordinaria jurisdictione.

—Quid vero in casu itineris seu alicujus expeditionis?

R. «Præterea occasione itinerum a Majestate tua, *tuisque succesoribus*, seu Regiis personis, aliquando fortasse suscipiendorum capellanus, seu procapellanus major animarum curam exercebit, nedum in Regios familiares, sed etiam in quasvis alias personas comitatui inservientes; solis exceptis quæ suorum negotiorum aut proprii solatii causa iter agere contigerit.» (Ib. art. 20.)

—Potest Procapellanus in hoc casu eligere ecclesiam quamlibet ad sacra coram Regibus facienda?

R. Af. «Idem procapellanus major eligere poterit ecclesiam sibi bene visam, licet alteri sive Episcopo, sive Ordinario subjectam.» (Ib. id.)

—Quid vero si Metropolitana vel ipsa Toletana sit?

R. «Illarum sane Episcopi id suo tributuri erunt honori obsequia eisdem Regibus debita præstando.» (Ib. id.)

—Quam jurisdictionem habet Patriarcha in capellanos et cantores Regii sacelli?

R. «Capellanos demum cantores aliosque actu Majestati suæ inservientes ac dotem habentes, sive stipendium consequenter a Regia capella in parochialem erecta in eorum causis, *demptis tantummodo beneficialibus* (Nb.) in memoratis litteris ipsius Benedicti XIV prædecessoris expresse exceptis, *foro passivo* frui et gaudere decernimus et mandamus.» (Art. 24 et ultimo Brevis Pii VI.)

LECTIO LIV.

DE VICARIATU GENERALI CASTRENSI APUD HISPANIAM.

—Quid vicariatus generalis castrensis nomine in Ecclesia Hisp. intelligitur?

R. Jurisdictio privativa qua Indiarum Patriarcha ex apostolico privilegio gaudet, ut in personas ac res militares tam spirituales quam mixtas apud Hispaniam cognoscat.

—Quænam hujus institutionis origo?

R. Antiquis temporibus cum Reges nostri exercitibus præibant, præsertim pro religione et patria contra mauros

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tuendis, aliqui Episcopi vel pii abbates cum illis belli labores sustinebant, de quibus plures nobilesque traditiones nostra historia servat (1).

Tempore Granatensis expugnationis hospitalia militaria inventa fuerunt a pientissima felicisque recordationis Regina Elisabeth Catholica (cujus nomen semper Hispanæ Ecclesiæ gratissimum fuit et erit) suadente venerabili confessore suo Ferdinando de Talavera, primo illius sedis, ac piissimo Archiepiscopo. Nondum tamen quidquam de hac speciali jurisdictione factum, nec toto sequenti sœculo, unde hispani exercitus et maritimæ classes ordinariæ jurisdictioni subjacebant.

Denique Philippus IV, anno 1644, ab Innocentio X, Hispanis quoque gratissimo; obtinuit, ut regii Capellani majores in exercitibus nostris et erga spiritualia jurisdictionem omnem exercerent tempore belli; cum vero ab illis temporibus jam Indiarum Patriarchæ Regii Procapellani majores forent, inde nata illorum in exercitibus jurisdictio (2), non autem perpetua nec ab omnibus illis exercita.

—Indiarum Patriarcha jurisdictionem habebat in classes maritimas et triremes?

R. N. Sed eam exercebat Episcopus gaditanus, ex Regia designatione juxta concessiones Pontificias; quin etiam Philippus V Episcopum Mindoniensem designavit pro jurisdictione exercenda in Cantabricis oris.

Sed denique unita et terrestris et maritima jurisdictio fuit in manu Patriarchæ Indiarum, ex concessione Clementis XII *Cum in exercitibus*, anno 1736, postea a Clem. XIII

(1) In prælio de Valjunquera duo Episcopi Dulcidius Salmanticensis et Hermoigius Tudensis capti fuerunt a mauris, et Cordubam ducti. In expeditione 4,000 cruciatorum, quos Ildephonsus Prælator Bæticam duxit, Stephanus Barbastrensis Episcopus ibat. Ante celeberrimum prælium ap. Muradal (*las Navas de Tolosa*) omnis exercitus fuit confessione et sancta communione munitus a Roderico Archiep. Toletano, ab Episcopis Turiasonensi, Barchinonensi et aliis Prælatis et clericis, qui in exercitu sacra gerebant. Plura congerere supervacaneum foret.

(2) Breve Innocent. X, latum die 26 Sept. anni 1644. Clemens XII concessit pariter Philippo V, anno 1735, et Bened. XIV confirmavit, anno 1741. V. tit. VI, lib. 2, Noviss. Recop.

instaurata, quæ quidem Vicariatus generalis castrensis ab illis temporibus norma et fundamentum evasit (1).

—Quare dicitur hæc jurisdictio *Vicariatus generalis castrensis*?

R. Dicitur *Vicariatus*, quia Patriarcha Indiarum in his agit nomine et vicibus Romani Pont. qui abstulit jurisdictionem Ordinariis, ut illam Vicario huic suo committeret.

Dicitur *generalis*, quia est maritima et terrestris, in res et personas, voluntaria et contentiosa, in spiritualibus et temporalibus.

Castrensis, quia, ex nostro loquendi modo, quod militiæ armatæ est, seu mari seu terra, castrense dicitur. Sicuti jure romano quod ex militia acquiritur *peculium castrense* vocitatur.

—Qua ratione hic Vicariatus institutus fuit?

R. Patet ex ipsis concessionis verbis in ipsa Clementis XII Bulla. «Cum in exercitibus carissimi in Christo filii nostri Philippi, Hispaniarum Regis Catholici, multa sæpe contingere possunt in quibus pro recta Sacramentorum administratione salubrique directione et cura animarum illorum qui in castris degunt et versantur, nec non pro cognoscendis et decidendis inter eos causis et controversiis ad forum ecclesiasticum pertinentibus, opera et industria unius seu plurium personarum ecclesiasticarum opus sit; propterea quod non facile ad proprios parochos et locorum ordinarios, aut ad Nos et Sedem Apostolicam recursus haberi potest etc.» Mt.

—Hæc jurisdictio est perpetua?

R. N. Sed uti ait citata Bulla «ad septennium a data præsentium computandum, ac interim ad nostrum et Sedis Apostolicæ beneplacitum, auctoritate apostolica tenore

(1) Citatur passim Breve Clementis XIII anno 1768, a nemine vero citatam video Bullam Clementis XII anni 1736. Breve Clement. XIII adjectam habet supplicationem contra Bullam Cœnæ; non vero Bulla Clem. XII. Hanc autem typis evulgavit D. Franciscus del Castillo et Vintimilla Episcopus Barcinonensis, qui anno 1744 Vicarius generalis castrensis, non vero Indiarum Patriarcha, nec pro maritimis classibus Vicarius fuit.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® GENERAL DE BIBLIOTECAS

præsentium tribuimus et impertimur,» quæ quidem forma et in Clementis XIII, et in sequentibus usque in diem Brevibus servata est.

—Deficiente Indiarum Patriarcha utpote Vicario generali castrensi, quis jurisdictionem exercet?

R. Judex Capellæ Regiæ qui ipsius provisor est pro Regia Capella, et etiam pro Vicariatu generali castrensi, qui quidem judex est unus ex capellanis regiis antiquioribus.

—Quænam in hoc Vicariatu observanda veniunt?

R. 1.° Primo jurisdictio Vicarii tam contentiosa quam voluntaria per se vel per subdelegatos exercenda in tribunalibus. 2.° Jurisdictio gratiosa. 3.° Administratio sacramentorum et rerum temporalium. 4.° Personæ, res et casus, in quibus hæc jurisdictio exercetur.

—Quid de tribunali Vicariatus generalis castrensis?

R. Hoc in Regia Matritensi Curia existit, cum judice citato, fiscali, et competenti notariorum ac ministrorum numero. Hoc tribunal in prima instantia causas cognoscit.

In unaquaque diœcesi est etiam tribunal, cui clericus, in dignitate ut plurimum constitutus, præest, qui *subdelegatus* dicitur: si vero diœcesis valde ampla sit, vel plures militares stationes habeat, alius subdelegatus cum tribunali quoque designatur.

—Quare hi judices inferiores subdelegati dicuntur?

R. Quia Patriarcha Indiarum, cum Vicarias Rom. Pont. facultates habeat, Delegatus est; ideoque illi qui ejus tamquam Vicarii generalis subvicarii sunt subdelegati dicuntur (1).

Eorum tribunalia unum idemque tribunal cum Vicario habent, sicuti vicarii generales Episcopi in variis diœcesis partibus constituti unum cum Episcopo tribunal constituunt; ita ut appellationes a sententiis eorum ad Rotæ tribunal statim ac *directe* mittantur.

—Quas causas ex contentiosa jurisdictione cognoscunt?

(1) «Præterea eidem capellano majori per se pariter, vel alium, seu alios ab eo *subdelegandos* probos et idoneos sacerdotes in foro ecclesiastico versatos etc.» (V. in append.)

R. «Omnes causas ecclesiasticas, profanas, civiles, criminales et mixtas, inter seu contra prædictas aliasque personas in exercitibus prædictis commorantes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura juditii.» etc. (Ib.) Mt.

—Quid de jurisdictione gratiosa?

R. Ex citata Bulla præcipuæ sunt: 1.° Induendi vestibus sæcularibus in casibus periculi.

2.° Benedicendi sacra vasa, vestimenta aliaque ad exercitium cultus.

3.° Reconciliandi ecclesias et cœmenteria ex eodem objecto.

4.° Concedendi licentiam ad vescendum ova, carnem et alios cibos interdictos, etiam in quadragesimæ tempore.

5.° Commutandi et absolvendi censuras (1).

—Milites tenentur sistere personaliter tribunalibus castrensibus ecclesiasticis?

R. Af. Ex regio decreto, anni 1862 (2), ad hoc lato.

—Quænam vero sunt facultates pro sacramentorum administratione?

R. 1.° «Administrandi omnia Ecclesiæ sacramenta, etiam ea quæ non nisi per parochialium ecclesiarum rectores ministrari consueverunt.» Mt.

2.° Absolvendi ab hæresi apostasia et schismate, et hoc in foro conscientiæ.

3.° Absolvendi ab excesibus et delictis, quamtumvis gravibus, etiam Apostolicæ Sedis reservatis.

4.° Celebrandi missam una hora ante auroram, et alia post meridiem, etiam extra ecclesiam, in loco decenti, etiam sub diu (*al aire libre*) in altari portatili, et etiam bis in die si gravis urgeat necessitas.

(1) Ea ad litteram in append. require.

(2) Real órden de 18 de Agosto de 1862: «Que todos los oficiales así generales como particulares del ejército, están obligados á concurrir á las habitaciones de dichos subdelegados eclesiásticos castrenses, cuando quiera que sean citados por estos para prestar alguna declaracion en causa de que se hallen conociendo.»

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

5.° Concedendi indulgentiam plenariam conversis ad fidem in aliquibus solemnibus diebus.

6.° Missam de requiem in singulis secundis feriis celebrandi, vel his impeditis die inmediate sequenti, pro anima alicujus ex defunctis exercituum nostrorum e purgatorii pœnis liberandis.

—Potest imponere censuras?

R. Af. «Contra inobedientes quoslibet ad censuras et pœnas ecclesiasticas procedendi, aliasque aggravandi.» (Ib.) Mt.

—Quæ jurisdictio competit in personas?

R. Cum Patriarchæ Cardinalis Delgado, anno 1759, et Card. Sentmanat, 1804, mentem et litteras Apostolicas in designatione personarum castrensi jurisdictioni subditarum excesissent, reclamantibus Toletano Archiep. et aliis ordinariis, Sanctissimus Papa Pius IX has declarationes prouti excessivas facultatum abrogavit (1), easque Sanctissimus ipse declaravit lato suo utilissimo ac nuperrimo Brevi, die VIII Aprilis 1862, solemniter publicato, hodiedumque vigenti (2).

—Quinam ergo ex hac nuperrima declaratione ab ordinaria jurisdictione eximuntur?

R. «Ac primum quidem statuimus et decernimus quod castrensi ecclesiasticæ jurisdictioni prædictæ subjecti sint et subjecti habeantur, tum illi qui foro gaudent belli aut marinæ, militari aut politico, dummodo integro hoc foro gaudeant, et civili scilicet et criminali, quam eorum etiam familiæ, et omnes personæ ipsorum servitiis addictæ, dummodo hæ pariter familiæ atque personæ, toto integroque

(1) Die X Januarii 1861.

(2) *Majestatis tuæ nomine* etc. quod quidem ad personarum classes computandas has perspicuas regulas inducit. «Ut prior classis ratione fori complectatur personas quæ integre eodem gaudent foro militari tam civili quam criminali.

Altera ratione servitii eas comprehendat quæ regios exercitus sequuntur et eis inserviunt.

Tertia ratione loci ex illis constituatur quæ degunt in locis militari imperio subjectis.

Quarta denique ratione officii iis constet personis quæ apud ipsum vicariatum muneribus funguntur » (Art. 24.)

gaudeant prædicto foro; expresse declarantes (Nb) *quod quæ illorum familiæ et personæ hoc foro non gaudent, aut gaudent quidem sed non integro*, sub castrensi ecclesiastica jurisdictione haud comprehenduntur.» (Art. 13.) Mt.

—Ergo ex hoc indirecte datur facultas Regiæ Majestati submittendi castrensi jurisdictioni personas eas quibus integrum forum conceditur?

R, Af. Sed S. Sedes Regiam super hoc conscientiam onerat. (Art. seq. 14.)

—Subsunt jurisdictioni castrensi officiales copiarum, quæ Hisp. dicuntur *milicias provinciales*?

R. Ex litteris Pontificiis negative, ex interpretatione gubernii affirmative (1). Verba Rom. Pont. in citato Brevi hæc sunt: «Volumus et decernimus quod generalis regula superius præstituta de personis ecclesiasticæ jurisdictioni castrensi in posterum subjiciendis *locum non habeat in officialibus aliisque personis in copiis adscriptis, quæ* MILITIÆ *in Hispaniis nuncupantur, quandocumque dicti officiales, dictæque personæ* IN ARMIS NON SINT *ob aliquod servitium Majestati tuæ præstandum.*» (Art. XV Brevis, dati die 8 Aprilis, anno 1862.)

—Subsunt jurisdictioni castrensi viduæ militum et hi qui in armamentariis vel portibus (*maestranzas*, *arsenales*) navium constructioni operam dant?

R. N. «Excipimus insuper viduas militum, eorumdemque familias et servos, nautas, naucleros præterea et artifices etc. (Art. 16.)

—Comprehenduntur hac jurisdictione qui in præsidiis pœnis addicti delicta luant?

(1) Real órden de 24 de Setiembre de 1862: «Que para cortar de una vez las *arbitrarias interpretaciones que se hacen por la jurisdiccion eclesiástica ordinaria*, y evitar que se repitan *casos escandalosos*, los batallones provinciales se consideren feligreses de los curas castrenses de los puntos donde residen, *no debiendo considerarse á dichos batallones cual las* ANTIGUAS *milicias provinciales.*»

Contra hanc declarationem, et ejus parum decora verba, protestaverunt Card. Burgensis aliique Prælati, nam hæc regia schedula et obreptionem et subreptionem contra illius anni Pontificiam concessionem juxta sententiam jurisperitorum redolere videtur. Prima mense Aprilis, secunda Septembris ejusdem anni latæ sunt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Af. «Demum sub castrensi ecclesiastica jurisdictione comprehendi volumus damnatos ad opus, qui intra arces et præsidia non continentur, quippe qui custodiæ tantum causa a militari imperio pendent, haud vero pertinent ad militiam.» (Art. 17.)

—Quid vero de his qui exercitus in expeditionibus sequuntur, ex necessitate et ducum approbatione?

R. Castrensi jurisdictioni subsunt (ex art. 18) quamvis prædicto foro non gaudeant et meri auxiliares sint. Ita pariter de his qui in armatis navibus expeditionem faciunt, et etiam in stipendiariis et mercatoriis, qui classim ad onera ferenda comitantur.

—Quæ habet jurisdictio castrensis ratione loci?

R. Præter jam dictas publicas et armatas naves habet etiam arces, castella, nosocomia, armamentaria, nautica opificia (*arsenales*) et collegia ad militarem instructionem, in quibus capellani castrenses parochorum vices agunt (art. 20 y 21). Excipiuntur qui Septæ, et in præsidiis Africæ minoribus degant, quibus in locis eorumdem ordinarii plena jurisdictione fruentur, ad hoc enim inibi Episcopus Auxiliaris institutus est. (Art. 20.)

Quæ vero personæ, ex aliis regulis, sunt in militia activa castrensi jurisdictioni etiam Septæ subjiciuntur.

—Quid castelli nomine intelligitur?

R. «Arcium autem fortaliciorum, castellorum supradictorum nomine intelligenda esse declaramus loca illa muris instructa, et præsidiis munita, quorum ambitus non pagum, non vicum, non oppidum, non civitatem aut alia id genus complectitur.» (Art. 22.)

—Quibus in locis capellani castrenses sacra faciunt?

R. In ædibus propriis si illas habeant, nam et in arcibus, collegiis et nosocomiis frequenter capellas publicas, et quidem non ignobiles, habent.

Ubi vero proprias non habent ecclesias parochiis indiscriminatim utuntur, et tenentur parochi eas concedere, et etiam sacra vasa ac indumenta (1).

---

(1) Art. 20 de la ley 2.ª, tít. 6.º, lib. 2.º de la Novís. Recop. que es el Breve del Papa Pío VI, de 11 de Octubre de 1795, vigente en esta parte, aunque otros artículos han sido derogados por el de 1862 que hoy rige.

«Ademas de esto mandamos que los dichos sacerdotes que nombrare por subdelegados suyos el capellan mayor, al instante que lleguen á los dichos parajes á donde se hallaren los dichos soldados y ejércitos, ya sea de asiento, ya de paso, hayan de exhibir á los párrocos de dichos parajes las letras testimoniales, así de sus órdenes como de su nombramiento, y de las facultades que les hayan sido concedidas en virtud de las presentes, para ejercer dicho ministerio, en vista de las cuales testimoniales no les impidan los enunciados párrocos que celebren misas en sus iglesias y que en virtud de dichas facultades administren los sacramentos, aunque sean los parroquiales »

Al matrimonio de militar y paisano ó viceversa asistirán ambos el parroco y el capellan castrense, partiendo los derechos. (*Ibidem.*)

LECTIO LV.

DE MILITARIBUS ORDINIBUS IN GENERE, ET PRÆSERTIM DE MILITIA SANCTI JOANNIS HIEROSOLYM.

—Militia contraria est spiritui evangelico?

R. N. Contraria tamen foret si perfectio evangelica ab omnibus servaretur: cum autem imperfectio prævaleat, non tantum utilis sed necessaria est ad naturalem defensionem et personarum et rerum contra pravos homines et etiam contra inimicos sanctæ fidei. Ideo nec Jesus, nec Joan. Baptista, nec Petrus et Apostoli milites a se nec ab Ecclesia arcebant, sed e contra eos in militia activa sanctificari curabant.

—Quid est ergo militaris ordo?

R. Applicatio vitæ cœnobiticæ et per ectionis evangelicæ militiæ activæ, cum votis obedientiæ, castitatis, paupertatis, et aliquo speciali juxta militiæ illius objectum.

—Quot sunt militares ordines?

R. Quatuor ex disciplina generali Ecclesiæ, aliique quatuor ex privata Hispanica.

Quatuor ordines militares generales dicuntur formari ex Equitibus dictis Sancti Sepulchri, Templi, Hospitalis

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Sancti Joannis, et Theutonicis: hi potius privatum ordinem constituerunt e Germanicis gentibus coalescentem, ut ex ipso nomine patet.

Quatuor vero privati Hispanici ordines ex equitibus Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ et Montesiæ coalescunt.

—Militares illi generales ordines in Hispaniam invecti fuerunt?

R. Af. Præsertimque ex testamento Ildephonsi Prælatoris (*D. Alfonso el Batallador*), Aragonum Regis, qui regna sua ordinibus apud Palæstinam Sanctum Domini Sepulchrum tuentibus dividenda reliquit (1).

—Quando invectus fuit in Hispaniam ordo Sancti Sepulchri?

R. Anno 1141 in quo Giraldus, seu Gerardus, canonicus capituli augustiniani apud Hierosolymam, cum facultatibus ab ipso Patriarcha datis, transactionem cum Raymundo Berengario Barchinonensi Comite ac Aragonum Rege inivit, ut testamentum Ildephonsi Prælatoris in parte saltem adimpleretur.

—Hic ordo equites habuit in Hispania?

R. N. Sed tantum canonicos augustinianos et sorores seu commendatrices, qui purpurea patriarchiali cruce insigniti erant (2).

Duplex autem eorum canonicorum provincia, una pro Aragonensi lingua, cujus caput Prior Bilbilitanæ seu Calatajubensis domus, prout in Hispania primus (3) alia vero pro Castella veteri, cujus caput apud Lucronium.

—Existit hodiedum hic ordo in Ecclesia?

R. N. Extinctus fuit a Rom. Pont. Innocentio VIII, die

(1) «Itaque post obitum meum hæredem et succesorem relinquo mei Sepulchrum Domini quod est in Hierosolymis. et eos qui observant et custodiunt illud.» (Briz Martinez: *Historia de San Juan de la Peña*, pág. 806.)

(2) Ordo equitum qui cruce rubra magna, quam *Cruciatæ* dicimus, et quinque parvis utitur, in Hispania olim pene ignotus fuit.

(3) Hic Prior exemptus fuit usque ad Concord. noviss. tempora, a quibus hoc insigne monumentum et ultimum Ordinis vestigium, omnino ablatum fuit, nam *hominem non habuit*. V. *España Sagrada*, tomo 50.

28 Martii 1489, ordinique Hospitalis cum bonis et personis addictus.

—Quænam origo ordinis hospitalis Sancti Joannis?

R. Ab anno 1104 fertur ejus initium, in quodam Xenodochio, seu hospitali, apud Hierusalem, ab anno 1088 fundato, a quibusdam italis mercatoribus. Gerardus autem Provincialis seu *Provenzal*, equitibus ad peregrinorum et curationem et custodiam regulas dedit, unde militaris ordo evasit, sub regula Sancti Augustini; cruceque alba in habitu nigro utebantur.

Hic ordo apud Hierosolymam ad annum usque 1187 mansit: inde apud Acre, postea apud Rodhium insulam, unde, post diutinam celebremque obsidionem, expulsi fuerunt, anno 1523: Carolus vero V, Imperator ac Hispaniæ Rex, ipsis Melitam insulam donavit, anno 1530, quæ nostra erat, unde dicti sunt Melitenses equites. (*Caballeros de Rhodas*: *caballeros de Malta.*)

—Quando invectus fuit in Hispaniam Sancti Joannis militaris ordo?

R. Primum apud Cathaloniam, deinde vero in Aragoniam et Navarram ex dicto testamento Ildephonsi Prælatoris, denique vero apud Castellam.

Duplex ergo hujus ordinis apud Hispaniam provincia, una quæ antiquior pro Aragonum lingua, quæque Prioratus Aragonum, Cathaloniæ, Navarræ et Balearium et titulum Castellaniæ gerebat (*Castellan de Amposta*); alia vero pro Castellæ et Legionis gentibus.

—Quæ hujus ordinis hodierna existentia?

R. Hi equites, qui plurimum a primævo spiritu deciderant, ignaviter munitissima Melitæ mœnia et præsidia Imperatori Napoleoni tradiderunt, post brevissimam obsidionem, nec sine proditionis nota, unde magna illis totique celeberrimo ordini infamia. Postea Angli, expulsis Gallis, insulam occuparunt et occupant.

—Quænam fuit origo ordinis militum Templi seu Templariorum?

R. Anno 1118 eum instituerunt Hugo de Paganis et Gothophredus de Sancto Ademaro (*Saint-Omer*) cum aliis septem equitibus, qui quidem in loco ubi fuerat, juxta tra-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ditionem, Salomonicum templum, primas ædes habuerunt. Postea vero cisterciensem regulam sub divo Bernardo amplexi sunt, addito cæteris voto ad peregrinorum custodiam. Magnæ illorum in exordio et virtus et paupertas; a quibus postea deciderunt divitiis aucti; qua de causa à Clemente V, in Concilio Vienensi, damnati ac extincti sunt, die 3 Aprilis anni 1312, Concilii vero sessione II.

—Quænam ipsorum in Hispania eventus?

R. Eo fere tempore quo Hugo de Paganis in Galliam advenit (1128) ut stipem et auxilia colligeret, creditur etiam aliquos ejus sodales ad Cathaloniæ oras appullisse, nam versus annum 1130 jam aliqua eorum inibi reperiuntur vestigia (1).

Paulo post in Aragoniam advenerunt, ex testamento Regis Præliatoris, quod quidem in parte adimplevit Raimundus Barchinon Comes, data illis Montisonis villa (*Monzon*), ubi non ignobile castellum munierunt, necnon et alia oppida ipsis concessa.

Deinde per Castellæ et Extremadurii terras viriliter pugnaverunt, quampluresque villas et ecclesias sui ordinis jurisdictioni submisserunt.

—Templarii Hispanici damnati quoque fuerunt?

R. N. Sed e contra, eorum innocentia proclamata fuit in Conciliis provincialibus, apud Salmanticam pro Legionensibus et Castellanis (anno 1310), et Tarraconensi (anno 1312) in quo Aragonensis regni Templarii (*quamvis torti* antea fuissent contra forum et leges regni), attamen innocentes quoque declarati fuerunt.

—Quid de illorum bonis?

R. In omnibus fere Hispaniæ regionibus Sancti Joannis militibus donata fuerunt, exceptis quæ in Valentia et circum jacentibus regionibus Montesiano ordini dedita usque ad diem hujus militiæ sunt.

Ita valde aucta Sancti Joannis militia in Hispania, nam in aliquibus Castellæ civitatibus tres ipsi parochiæ

(1) Raimundus Berengarius hoc anno habitum Templi accepisse fertur: ita Feliu et alii. Martene vero ad posteriores annos hanc professionem rejicit.

vel prioratus sunt, quæ olim et ipsius et Templi et Sancti Sepulchri fuerunt. Sic etiam magni in Extrema Durii Prioratus qui dicuntur *Consuegra* et alii. In Aragonia quoque celebres apud Caspe Prioratus.

—Quænam hujus Hierosolymitanæ militiæ hodiernus in Hispania status?

R. In ecclesiasticis usque in diem, et nondum in his adimpleta noviss. Concord., exemptiones illius ordinis vigent, et regitur utraque lingua proprio Consilio (vulgo *Asamblea*). Cæterum cum jam veri equites hujus ordinis non existant qui professionem et vota habeant, parva Crux ab equitibus gestatur, idque ex Regia largitione, quare equites *de gracia* nuncupantur (1).

—Exemptio ordinis hujus cognoscitur in noviss. Concordia?

R, N. Sed e contra cessare jubetur: «*Omnes etiam jurisdictiones privilegiatæ et exemptæ*, cujuscumque speciei sint et quomodocumque nuncupentur, penitus cessabunt, *ea non exclusa, quæ ad Sancti Joannis Hierosolymitani ordinem spectant.*» (Art. 11.)

—Quare fit hujus ordinis expressa mentio?

R. Quia ex Apostolicis privilegiis nulla derogatio, quamvis generalis, hunc ordinem attingere censetur, nisi fiat illius expresa mentio in ipsis derogationis litteris.

—Concilium Tridentinum ita gessit?

R. Af. Cum enim de reditibus ad Seminarii sustentationem loquitur etiam ex bonis exemptorum depromendis, quamvis alicujus militiæ sint, attamen hanc excipit his verbis: «Et milites cujuscumque militiæ aut ordinis pertinentibus, fratribus *Sancti Joannis Hierosolymitani dumtaxat exceptis.*» (Sess. XXIII, cap. 18.)

—Concilium servavit omnino inmunitates et exemptiones ordinis Sancti Joannis?

R. Neg. Sed e contra restrinxit ad eos qui erant veri

(1) Real decreto de 26 de Julio de 1847.

Art. 1.° Las órdenes Reales de España en la *esfera civil* serán en adelante, la antigua órden del Toison de Oro, la de San Juan de Jerusalen en sus dos lenguas de Aragon y Castilla, la Real y distinguida órden de Cárlos III, y la Americana de Isabel la Católica.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

equites in communitate et activa vita viventes his verbis: «Exceptis tamen iis, qui prædictis locis aut militiis actu serviunt, et intra eorum septa ac domos resident, subque eorum obedientia vivunt; sive iis, qui legitime et secundum regulam earumdem militiarum, professionem fecerint, de qua Ordinario constare debeat; non obstantibus privilegiis quibuscumque, etiam religionis Sancti Joannis Hierosolymitani et aliarum militiarum.» (Sess. XXIV, cap. 11.)

—Est ergo hodiedum personalis hæc exemptio?

R. N. Sed etiam realis, datur enim tantum ratione loci vel beneficii, vel communitatis, ideoque Ordinario exemptionis rationem petenti illum demonstrare tenentur ex Concilii verbis «*de qua Ordinario constare debeat.*»

—Reformationes Tridentini Concilii pro regularibus obligant communitates sanctimonialium ordinis Sancti Joannis?

R. Af. Ex verbis expressis Concilii «etiamsi illæ (1) sub gubernio militiarum etiam Hierosolymitanæ vivant.» (Sess. XXV, cap. 12 de reform. regul.)

LECTIO LVI.

DE MILITARIUM NOSTRORUM ORDINUM ORIGINE ET EXEMPTIONE.

—Quinam sunt quatuor apud Hisp. ecclesiam militiæ?

R. Quamplures militares ordines, sub religiosis et etiam ad cœnobiticam vitam regulis, ortum habuerunt in Hispania a sœculo XII: attamen quatuor tantum supersunt, præsertim a sœculo XIV, quæ quidem dicuntur *Calatravæ, Sancti Jacobi, Alcantaræ et Montesiæ.*

—Origo ordinis Calatravæ.

(1) Hujus generis superest in Aragonia percelebre cœnobium sanctimonialium apud Sixena, quod quidem, ex insalubritate loci, post longas cum ordinario lites, clausuræ regulæ non subjacet.

R. Cum Templarii Calatravæ villam, in maurorum finibus, ab eorum impetu sustinere nequirent, S. Raimundus Fiteriensis Abbas eam a Rege Sanctio III Castellæ expetivit, anno 1158. Sanctus autem Abbas, assumptis aliquibus monachis et aliis viris cruce purpurea insignitis, virtute virtutibusque pollentibus, strenue villam propugnavit, ordinemque sanctum instituit sub Cisterciensi regula, quem Alexander III approbavit, anno 1164.

—Origo ordinis Sancti Jacobi, dicti *Santiago de la Espada.*

R. Terdecim equites privati, sub directione Petri Ferdinandi (*Pedro Fernandez de Encalada*) primi ordinis Magistri, vires suas ac conatus adunarunt ad tuendos peregrinos, qui ad Sancti Jacobi Compostellani sepulchrum iter agebant, non sine magnis periculis. His equitibus juncti sunt canonici augustiniani hospitalis Sancti *Eloy* dicti; unde militia Sancti Jacobi augustinianam primum regulam habuit, et in hoc, veluti in aliis, Hierosolymitanæ Sancti Joannis militiæ similis evasit, anno ut fertur 1170, probavitque Alexander III, Bulla sua lata die 5 Junii anni 1175.

—Origo ordinis Alcantaræ.

R. Quidam Salmantini equites, sub directione D. Gomessii Ferdinandi (*D. Gomez Fernandez Barrientos*), ut mauros finitimos debellarent, vitam cœnobiticam amplexi sunt, prope eremitorium Sancti Juliani dicti *del Pereiro*, non longe a Civitatensi oppido (*Ciudad-Rodrigo*) faventeque Ordonio, Salmantino Episcopo ac Cisterciensi monacho, unde data illis quoque Cisterciensis regula, et habitus cum viridi cruce, ejusdem formæ ac Calatravensis; nam postea donata illis Alcantara ab equitibus ordinis Calatravæ, sub ditione horum aliquamdiu fuerunt. Confirmavit hunc ordinem quoque Alexander III, anno 1176.

—Origo ordinis Montesiæ.

R. Jacobus secundus Aragonum Rex ex bonis Templariorum, necnon etiam ex superstitibus Calatravensis militiæ apud Aragonem equitibus, novum ordinem instituere curavit, cui postea adjuncta fuit antiquæ et non ignava militia fratrum Sancti Georgii de Alfambra. Renuit hanc institutionem Clemens V, annuit vero Joannes XXII, data

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Bulla anno 1317. Equites vero primum nigram Templariorum crucem, postea Sancti Georgii rubram super nigra gestaverunt.

—Quare horum ordinum magisteria et superioritas Hispaniæ Regibus data sunt administrationis titulo?

R. Horum ordinum equites, divitiis, honoribus, privilegiis aucti, virtutibus deciderunt, et si non defecit virtus attamen eam obscuravit ignavia, prout in aliis ordinibus contigerat. Magna illorum potentia et frequentes rixæ, Regibus Castellæ graves, populis exitiosæ esse cœperunt, cum in christianos arma eorum lata sunt, quæ infideles et religionis inimicos tantum petere debuissent. Ad sedandas rixas in Magistrorum electionibus, vitandas pugnas ac tumultus, Regiamque firmandam Majestatem, Catholicis Regibus datum fuit Magisterium, titulo administrationis, ab Innocentio VII, nam Reges veri equites illarum non sunt (1), cum non sint professi, quin etiam primitus administratio vitalitia fuit. Innocentiana concessio firmata fuit ab Alexandro VI, die 19 Martii, anno 1492, factaque duobus sequentibus annis. Montesiana vero, cum Aragonensis regni peculiaris esset, nec Regum illius regionis invidiam concitasset, Magistrum proprium habuit ad annum usque 1587, quo tempore data fuit Regi Philippo illius ordinis administratio a Sixto V, sicuti et aliarum trium, quæ apud Castellam et Legionem ortum habuerant.

—Reges Hispaniæ titulo administrationis absolutam potestatem in personas et res militarium ordinum habent?

R. N. Sed tantum juxta limites concessionis ex Bulla Pauli III, anni 1542, et Clementis VIII, anni 1600, de quibus consulendus tit. VIII, libri 11 Noviss. Recopilationis. Inde firmata exemptio ordinum militarium, quam erga ecclesiasticam jurisdictionem dederat Clemens VII, ab anno 1524, lata etiam ad causas quæ graviores dicuntur, nempe matrimoniales, beneficiales, decimales et criminales clericorum. Ad hæc omnia recte administranda, litesque finiendas Ca-

(1) V. Fr. Emmanuel, *quæst. regular. Vol.* 2.° *quæst.* 122, artículo 3.°.

tholica Majestas corporationem dictam *Consilium Ordinum* habebat.

—Quænam hujus *Consilii Ordinum* origo et facultates?

R. Reges Catholici ad ordinum administrationem Consilium instituerunt, quod quidem ex clericis et jurisperitis partim constabat. Carolus V ex Brevi Adriani VI, anni 1523 qui administrationem perpetuis temporibus duraturam contulit, quamvis fœmina sceptrum gereret, Consilium instituit; annum versus 1525, ut fertur, quo tempore Clemens VII prædecessoris concessiones ratas habuit, et etiam ampliavit. Huic Consilio tradita Ordinum administratio et jurisdictionis temporalis exercitium nomine Regis, qui illi ut plurimum prærat, unde Regio titulo salutabatur (*Tratamiento de Alteza.*)

—Habuit Consilium facultates et jurisdictionem in spiritualibus?

R. N. Sed hæc committebatur et committitur Prioribus ordinum ab ipso nominatis, qui etiam in prima instantia lites audiunt. Ordo quidem Sancti Jacobi duos Priores habebat Episcopalibus infulis insignitos, alium in Legione apud conventum Sancti Marci, alterum vero pro Castella nova apud Ucles (1).

—Quænam præter hæc ad jurisdictionem in territoriis ordinum exercendam antea erant?

R. Duo alia collegia seu potius tribunalia, dicta, primum *Real Junta Apostólica*, aliud vero *Juzgado de las órdenes militares* (2), quæ quidem anno 1836, ex Regio decreto (3) extincta fuere nam œconomicæ et mere civiles eorum attribu-

(1) Calatrava quinque dignitates, 55 commendas, 13 prioratus et quinque cœnobia seu conventus habebat.

Sancti Jacobi militia tres dignitates, 89 commendas, 11 conventus seu cœnobia, prioratus vero 2 et 5 hospitalia.

Alcantara 5 dignitates, 37 commendas, 2 prioratus et 4 conventus: præterea unusquisque ordo suum peculiare collegium studiorum apud Salmanticam habebat, sicut et ordo Sancti Joannis, qui quidem aliud inibi habuit non ignobile.

Montesia 5 dignitates, 13 commendas. 2 conventus et 7 prioratus.

(2) Utraque quidem instituta fuerunt a Philippo II ex Pontificiis concessionibus, annis 1584-85. De his, jam obsoletis, vide tit. IX et X, lib. 11, Noviss. Recopil.

(3) Real decreto de 30 de Julio de 1836.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tiones desierant. Antiquum etiam Consilium, cui cæteræ relictæ facultates, formam titulumque mutavit, assumpto *Tribunalis* nomine, unde hodie dicitur *Tribunal especial de las órdenes militares*.

—Quænam hujus Tribunalis jura et munia?

R. Hodiedum constat præside, qui Decanus dicitur: quatuor magistratibus seu ministris, fiscali et aliis auxiliaribus. Regis nomine et repræsentatione quatuor ordinibus præest, et earum negotia gubernative regit, lites in secunda vel tertia instantia dirimit, beneficia sive curata sive simplicia, dignitates, et officia jurisdictionalia providet.

Ab ejus sententiis ad Tribunal Regium et Apostolicum Rotæ appellatur.

—Quid de his ordinibus et eorum regimine noviss. concord. tradit?

R. «Cum ex una parte necessitas urgeat opportune medendi gravibus incommodis, quæ in ecclesiastici regiminis detrimentum oriuntur ex dispersione territorii ad quatuor militias Sancti Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ et Montesiæ hactenus pertinentis, ex altera vero deceat religiose servare et memoriam Instituti, tantopere de Ecclesia et re publica meriti, et prærogativas Catholicorum Regum, utpote magnum Magisterium ex Apostolica concessione obtinentium, in nova diœcesium circumscriptione definitus quidam assignabitur locorum numerus infra certum radium, seu circulum consistentium, *que formen coto redondo*, ut ibi magnus prædictarum militiarum Magister ecclesiasticam jurisdictionem exercere pergat, ad omnimodam eorum normam, quæin memorata concessione, aliisque Pontificiis constitutionibus præscribuntur.» (Art. 9.)

—A quo regitur hoc territorium?

R. «Novum hoc territorium militarium ordinum *Prioratus* nuncupabitur, et Prior charactere episcopali, titulo Ecclesiæ *in partibus* insignitus erit.» (Ib.) Mt.

—De cæteris vero territoriis quid faciendum?

R. Loca omnia quæ nunc exemptæ eorumdem ordinum jurisdictioni subjacent, quæque territorio illis, ut dictum est, assignando minime comprehendantur, suis seu proximis diœcesibus agregabuntur.» (Ib.) Mt.

Hoc autem, tandiu ac tantopere desideratum, hactenus incœptum est, et quidem non Rom. Pont. nec Hisp. Præsulum oppositione vel incuria.

LECTIO LVII.

DE COMMISSARIA CRUCIATÆ EJUSQUE JURISDICTIONE.

—Quænam est hujus institutionis origo?

R. Cruciatæ nomine intelligitur expeditio militaris contra infideles et præsertim sarracenos, pro christianæ fidei tuitione, sacrarumque rerum vindicatione, assumpta cruce a militibus ad instar eorum, qui eam ex Concilio Claramontano assumpserunt, anno 1095 (1).

—Quænam vero pro Hispania?

R. Relictis aliis parvi momenti monumentis prima prædicatio specialis pro patria nostra facta fuit anno 1122, ad preces Sancti Oldegarii Episcopi Barchinonensis, postea Tarraconensis, quo tempore Calixtus II, Regibus nostris affinis, Reges et Principes hortatus fuit ut armata manu hos ad sarracenorum expulsionem juvarent, easdem gratias illis hoc casu concedens ac si ad pia Hierosolymitana loca vindicanda adjutrices manus porrigerent (2).

Sed celebrior est prædicatio facta ab Innocentio III, anno 1212, ex qua non pauci exteri Hispaniam adventarunt, quamvis postea defeceruut ante celebre prælium apud Muradal (*las Navas de Tolosa*), quod a nostris tantum contra innumerabiles africanorum turbas commissum fuit.

—A quo tempore Commissaria Cruciatæ veluti fixa et stabilis institutio evasit?

---

(1) Hispanos in his expeditionibus partem non ignobilem habuisse probat Fernandez Navarrete, vol. V de *Memorias de la Academia de la Historia*.

(2) V. Lara: *tratado de las tres Gracias, Cruzada, Subsidio y Escusado*. Item Fernandez Llamazares (D. José), *Historia de la Bula de la Santa Cruzada*, Madrid ap. Aguado 1859. 1 vol. en 8.°.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Ab anno 1494 ex concessione Alexandri VI (1) a quo tempore Commissariorum series ad nostra usque tempora perducitur, cum Catholici Reges, expulsis e Granata denique mauris, in Africam arma sua ferre cœperunt, paratis ad hoc classi et exercitibus.

—Quænam erant ab eo tempore Commisarii generalis munia?

R. 1.° Indulgentias concedere pro vivis et defunctis.

2.° Vota commutare et male acquisita componere.

3.° Dispensare in esu vetitorum ciborum certis temporibus.

—Quid de compositionis Bulla?

R. Ejus origo, ab anno quoque 1594 depromi videtur; de ea enim loquitur Regalis schedula quam antiquæ nostræ leges invocare solent (2). Ejus objectum erat de male acquisitis et ignoti dominii restitutionem facere, et quidem ex æquitatis regulis; si enim dominus notus sit ipsi restitutio fiet. Quolibet summario indulgetur quantitas 2,000 morabetinorum (*maravedises*) possuntque assummi etiam 4 summaria pro compositione 100,000 morabet. Pro majori quantitate ad Commissarium recurritur.

Sed hæc potius Theologiæ moralis quam Juris canonici sunt.

—Quid vero de Bulla lacticiniorum?

R. Pius V, sanctæ memoriæ, cruciatis et qui Cruciatæ bullam in Hispania acciperent indulsit «ut quadragesimalibus et aliis anni temporibus, quibus esus carnium et lacticiniorum quomodolibet est prohibitus ad eorum libitum voluntatis, caseo, butyro, ovis et aliis lacticiniis uti possent.»

Concessionem hanc prorogavit Pius V, anno 1571, et Urbanus VIII eam ad clericos, etiam non sexagenarios protulit, anno 1624, quæ quidem ad nostra usque tempora porrecta est.

—Quænam sunt hodiedum facultates Commissarii Cruciatæ, juxta vigentem concessionem?

---

(1) Vide Lara. Bullam vero Alexandri VI require ap. Llamazares, append. 1.° fol. 351

(2) Ley 9, tít. 10, libro 1.° de la Noviss. Recop. dada por los Reyes Católicos en Medina del Campo: en ella se habla de esta Bula

R. Patent ex concessione facta apud Cayetam, anno 1849 (1), et postea prorogata in qua hæc diciplina parum immutata est, quare non ex antiquis auctoribus ante hunc annum, sed e recentioribus hæc ad praxim depromenda sunt (2).

1.° Ut in variis irregularitatibus dispensare valeat.

2.° Ut super fructibus ex beneficiis male perceptis compositionem facere possit, exceptis dignitatibus et canonicatibus cathedralium et beneficiorum curatorum.

3.° Componendi etiam super fructus male perceptos ex ommissione recitationis horarum canonicarum.

4.° Permittendi nobilibus personis una hora ante lucem vel post meridiem Missam celebrare, vel facere celebrare.

5.° Super occulto impedimento affinitatis ex illicita copula provenientis, atque dispensandi ad petendum cum illis qui ejusmodi affinitatem post matrimonium contraxissent.

6.° Componendi, sed pro foro conscientiæ tantum super injuste ablata vel acquisita, si domini illorum non inveniantur.

—Quænam gratiæ cunctis fidelibus ex Bulla conceduntur?

R. 1.° «Qui intra annum a consuetis publicationibus harum earumdem litterarum de more computandum sponte contulerint eleemosynam a Commissario taxatam... si vere pœnitentes peccata sua intra prædictum annum confessi fuerint, et SS. Eucharistiæ Sacramentum devote susceperint, aut si non valeant hæc sacramenta suscipere, id saltem contrito corde desiderent plenariam omnium et singulorum suorum peccatorum indulgentiam et remissionem, *quæ proficistentibus ad recuperationem Terræ Sanctæ concedi consueverunt*, quæque in anno Jubilei concedi solita est.»

---

(1) Eam vide apud Llamazares, append. 4.°, fol 369.—Prorogatio indulti quadragessimalis nunc vigentis data est a Pio IX, per octo annos a fine præcedentis concessionis, quæ jam sexagesimo finiebat. Breve autem latum fuit die 13 Augusti, anni 1858.

(2) Cum summaria harum gratiarum in manibus omnium sint ea consulere hispanico idiomate cuilibet facile est, pro casibus ocurrentibus.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hæc est major Sanctæ Cruciatæ et antiquior gratia.

2.° Ut tempore interdicti sacris interesse possint, eaque celebrare vel celebrari facere, dummodo illi censuræ causam non dederint.

3.° «*Ut intra limites tantum Hispanicæ ditionis* (Nb.) non autem in aliis locis, iidem Christi fideles, prædicto perdurante anno, tam quadragessimalibus quam cæteris ejus anni diebus, quibus esus carnium, ovorum et lacticionorum prohibitus est, iisdem ovis et lacticiniis ac etiam carnibus, de utriusque tamen medici consilio, si necessitas vel infirma corporis valetudo, aut alia quæcumque indigentia exegerit, uti et vesci.»

4.° Pro quolibet jejunio voluntario quindecim annos et totidem quadragenas indulgentiæ.

5.° In singulis diebus stationum urbis Romæ omnes et singulas indulgentias ibi concessas, si quinque altaria vel ecclesias visitaverint, et in aliis solemnibus indulgentiam plenariam pro defunctis lucrare.

6.° Ut bis (id est semel in vita, et semel in articulo mortis) valeant eligere confessorem approbatum, qui eos in foro conscientiæ absolvat a quolibet peccato etiam Ordinario vel Sanctæ Sedi reservato, excepto hæresis crimine (1).

7.° Denique «ut vota simplicia per Christi fideles ipsos emissa, exceptis tamen ultramarino (2) castitatis et religionis ab eodem confessario in *pia alia opera*, atque adjunctum his subsidium aliquod *executori harum litterarum in supradictos pios fines transmitendum* (Nb.) rite commutari possint (3).»

—Superest ergo hodiedum aliqua exemptio ratione Cruciatæ?

R. N. Quia noviss. Concord. tantum ait: «Vigebunt item speciales facultates, quæ Commisario generali Cruciatæ in rebus officium suum respicientibus, juxta delegatio-

(1) Pro clericis excipitur censura lata a Bened. XIV in sua Bulla *Sacramentum pœnitentiæ*, contra sollicitantes ad turpia.

(2) Id est votum peregrinationis ad sacra Hierosolymitana loca.

(3) In antiquis concessionibus dicebatur tantum *«aliquod subsidium expeditionis*: adduntur nunc *«pia opera et transmissio.»*
Notanda bene verba *«in supradictos pios fines»*, etc.

nis litteras, aliasque Apostolicas concessiones respondent.»

Præterea quia executor illarum est ordinarius, nempe Archiepiscopus Toletanus Hispaniarum Primas, ergo dicendum ejus jurisdictionem ratione Cruciatæ tantum esse privativam, non vero exemptam,

—Quid ergo de his noviss. conventio?

R. Cruciatæ proventus ordinarii præsules in sua quisque diœcesi, utpote facultatibus Bullæ ad hoc instructi, administrabunt, ad eos erogandos juxta normam in ultima prorogatione Apostolica ad rem indulti præscriptam (1), salvis obligationibus, quibus iidem proventus vi conventionum cum Sancta Sede initarum obnoxii sunt. «Ratio et forma dictæ administrationis obeundæ collatis inter Sanctitatem Suam et Regiam Majestatem consiliis statuentur. (Art. 40.)

—Quid de ordinariorum facultatibus?

R. «Itemque ordinarii administrabunt proventus quadragessimales indulti, eos Beneficentiæ institutis et charitatis operibus in propriis diœcesibus impendendo, servata forma apostolicarum concessionum.» (Ib.)

—A quo tempore his Commissarii Cruciatæ facultatibus Archipræsul Toletanus instructus est?

R. A tempore ipsius noviss. Concordiæ, cujus in citato art. 40 hæc quoque verba continentur. «Reliquæ facultates Apostolicæ officio adnexæ Commisarii Cruciatæ, et consequentes attributiones per Archiepiscopum Toletanum ea amplitudine et forma exercebuntur quam Apostolica Sedes præfiniet.»

Inde latum Regium decretum, die 6 Aprilis (2), ejusdem anni quo Commissaria Generalis Cruciata et Collecturia

(1) Refertur ad verba prorogationis apud Cayetam factæ, quæ quidem hæc sunt: «Et quoniam in præcedentibus indultis atque in noviss. Cruciatæ concessione, a Leone XII, decessore nostro, decreta, statum fuerat, ut exeleemosynis inde collectis certæ quædam summæ tum nostris patriarchialibus templis Lateranensi et Vaticano, tum Apostolico Nuntio ad Catholicum Regem, tum nostræ secretariæ Brevium statutis temporibus solverentur. Nos pariter decernimus etc »

(2) Real decreto de 6 de Abril de 1851. Concord. rata habita fuit die 16 Martii, promulgata vero 17 Octobris ejusdem anni.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

spoliorum simul ac *Excusati* tribunalis jurisdictio extinctæ fuerunt et Hispaniarum Primati unitæ.

—Quænam ergo jurisdictio hodiedum Prælatis competit in subdelegatione Cruciatæ?

R. Ex Regio decreto, lato die 2 Maii ejusdem anni, ad executionem præcedentis decreti, vicarii et provisores cognoscunt in prima instantia, tamquam subdelegati, in negotiis contentiosis.

Ab eorum sententiis ad tribunal Archiep. Tolet. tamquam Commisarii generalis Cruciatæ appellatur.

—Habet ergo Archiep. Tolet. hac Commisarii ratione omnimodam jurisdictionem?

R. Af. Et quidem 1.° Contentiosam ut patet ex dictis.

2.° Gubernativam, voluntariam et æconomicam, pro administratione horum redituum in sua archidiœcesi.

3.° Gratiosam cum facultate dispensandi ut ex supra dictis patet.

4.° Interpretandi, taxandi et declarandi verba Apostolicarum concessionnm, et quantitates pecuniarum solvendarum, ex concessione etiam SSmi., ita ut ejus interpretatio *authentica* sit.

5.° Cognoscit etiam in quæstionibus ex collecturia spoliorum, existentibus suppresionis tempore, vel emergentibus.

—Reditus ex expenditione Bullæ Cruciatæ provenientibus quem in finem destinati sunt?

R. Ad cleri sustentationem, ut patet ex art. 40 ejusdem Concord., et dicetur infra cum de sustentatione clericorum.

LECTIO LVIII.

DE SANCTI DOMINICI SEPULCHRI HISPANICA CUSTODIA, ALIISQUE PIIS AD PROPAGANDAM FIDEM MISSIONIBUS.

—Quænam est origo Regiæ Hispanicæ ad sacra Hierosolymitana loca servanda protectionis?

R. Ex Brevi Clementis VI, Generali et fratribus minoritis latum, (1) in quo constat quod Robertus Sanctiaque Siciliæ Reges «non sine magnis sumptibus et laboribus gravibus a Soldano Babyloniæ, qui Sepulchrum Domini et alia sacra loca ultramarina proprio ipsius Redemptoris sanguine dicata, non sine cunctorum christianorum gravi opprobrio detinet occupata, obtinuerunt.»

Ex eodem Brevi liquet eumdem Soldanum illis donasse cœnaculum Domini et capellas in quibus Apostolis Spiritus Sanctus et Christus Thomæ Apostolo apparuerunt.

—Acquisitus fuit etiam patronatus ratione ædificationis?

R. Af. Sequitur enim Bulla dicens: «Quod ipsa Regina locum ædificavit in monte Sion infra quem cœnaculum et dictæ capellæ sita fore noscuntur, pro dictis fratribus jam est diu, ubi duodecim fratres dicti ordinis sumptibus propriis tenere intendit, ad divinum obsequium in Sepulchro et aliis prædictis locis sacratissimis impendendum.»

—Quid igitur ex hoc fuit a S. Sede piis Siciliæ Regibus concessum?

R. «Ad requisitionem dictorum Regis et Reginæ vel alicujus eorum, *aut successorum suorum*, de consilio seniorum dicti ordinis, fratres idoneos et devotos de toto ordine usque ad præfatum numerum, de quibus conside-

(1) Die 25 Novembris anni 1342, quod quidem his verbis incipit: «Gratias agimus gratiarum omnium largitori» etc. V. ap. Wading et alios et etiam in « Discurso á instancia del P. Fr. Juan de Nápoles, cerca del derecho que la Majestad Católica del Rey nuestro señor D. Felipe IV tiene para que los ministros que se han de nombrar para asistir en Tierra Santa,» etc.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rata qualitate negotii videritis expedire, et eos ad deserviendum in divinis tam in ecclesia Sepulchri Dominici quam in Sacro cænaculo et capellis prædictis, habita prius informatione de conditione fratrum ipsorum... deputandi eosque ad partes alias etiam destinandi.» etc.

—Quid vero hæc ad nos?

R. Regnum Siciliæ citra et ultra pharum Aragonicæ coronæ unitum fuit, tempore Adephonsi illius Regni hujus nominis V, unde et Rex ipse Ferdinandus Siciliæ Rex erat cum Elisabeth Catholicæ nupsit. Inde Reges Hispaniæ Siciliæ et Hierusalem usque ad Carolum III fuerunt, et Reges Hierusalem usque ad nostra tempora dicti sunt, opibusque et operibus sacra loca tutarunt (1).

Carolus denique III, Siciliæ primum, postea Hispaniarum Rex, pium opus instauravit ad eleemosynarum collectionem, quod quidem usque in diem durat, diciturque *Obra pia de Jerusalen*, vel potius *Comisaria de los Santos Lugares*.

—Quodnam hujus pii operis objectum?

R. Patet ex lege 9.ª, tit. 17, libri primi Noviss. Recop. in qua commissarii generalis aliorumque subcommissariorum ac ministrorum jura et munia taxantur. Commissarius autem generalis, procurator, et syndicus ex ordine Sancti Francisci minorum de observantia a Rege nominabantur et ex familia Hispanica. Commissarius vero subcommissarios Regi proponebat, qui quidem in unaquaque Diœcesi stipem colligebant e vivis, et etiam mortis causa. Lege autem vetebatur has eleemosynas ad alios usus quam ad sustentationem fratrum ac piorum locorum erogare, quod quidem etiam Romani Pontifices sub excommunicationis pœna persæpe vetuerunt.

—Hæ vero eleemosynæ voluntariæ erant?

R. Præter voluntarias erant aliæ pro quolibet moriente obligatoriæ, ita ut testator teneretur ad minus solvere,

(1) Philippus IV ad reparationem cœnobii et templi Bethleemitici 34,000 aureos (*escudos*) dedit. Ad reparationem sanctorum apud Hierusalem locorum, anno 1634, 60,000 aureos. Sancti Sepulchri ciborium bis Hispaniæ sumptibus reparatum est, et usque in diem gentis nostræ stemmata in eo patent.

quadraginta morabetinorum (*diez cuartos*) monetæ Hispanicæ, duplum vero intestatus moriens.

Hoc autem posterioribus decretis ab anno 1856 sublatum fuit; ita ut hodiedum hæc eleemosynæ voluntariæ sint.

—Quid ergo nunc de hoc opere pio?

R. Commissarius generalis a Rege nominatur, sive clericus, sive sæcularis: Commisarii in unaquaque diœcesi inter cathedralis dignitates eliguntur, qui e parochis eleemosynas colligunt.

Commisarius generalis has eleemosynas distribuit rationem gubernio reddens, illisque sustentantur et religiosi hispanici apud Hierusalem, et nosocomia nostra pro peregrinis, et etiam missiones Mauritanicæ apud Africam, quæ etiam a Sancti Francisci Hispanis filiis apud Tanger, Tetuan et alia oppida sub Regio patronatu institutæ sunt (1).

—Cœnobia franciscanæ familiæ pro sanctorum locorum custodia extincta fuerunt ex lege ad generalem, uti dicunt, *exclaustrationem*?

R. N. Sed e contra in ipsa lege, lata die 29 Julii, anni 1837, expressa exceptio facta fuit horum cœnobiorum, aliorumque pro missionariis nostris apud Asiam insulasque Marianas (2).

(1) Nosocomium et cœnobium Hisp. apud Damascum a fanaticis, anno 1860 dirutum, hoc ipso 1866 cultui restitutum est a fundamentis fere restauratum; quin etiam in Tingitania ecclesia nova apud Tetuan, ex redditibus quoque pii operis, cultui catholico aperta est.

(2) Art. 1.° «Quedan extinguidos en la Península, islas adyacentes y posesiones de España en Africa todos los monasterios, conventos, colegios, congregaciones y demas casas de religiosos de ambos sexos.

2.° Se exceptúan de lo dispuesto en el artículo anterior los colegios de Misioneros para las provincias de Asia establecidos en Valladolid, Ocaña y Monteagudo, los cuales subsistirán con la denominacion de *Colegios de la Mision de Asia*. El gobierno fijará el número de individuos que deben componer cada colegio, segun lo exijan las circunstancias, y arreglará todo lo correspondiente á su buen régimen y lo relativo á la admision de novicios.

7.° El gobierno adoptará las disposiciones convenientes para la conservacion y arreglo de los *conventos y colegios de los Santos Lugares de Jerusalen* y sus dependencias.»

El artículo 21 exceptúa de la desamortizacion, entre otros, «los bienes, rentas, derechos y acciones pertenecientes á los colegios de mision para las provincias de Asia y á la *obra pia de los Santos Lugares de Jerusalen*.

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quænam sunt hodiedum hæc cœnobia?

R. Pro missionibus ad insulas dictas Filipinas subsunt in eisdem locis ubi a lege illa designantur, et etiam succursalia pro novitiorum educatione habent

Ad pium Hierosolymitanum opus Franciscanum cœnobium ab oppido *Priego* ad nobilissimam urbem Compostellam translatum est, pro Africanis etiam missionibus.

Ad insulas Africanas dictas Fernando Poo, et alias pro Asianis et Americanis missionibus, Societatis Jesu Patres publicas quoque domus apud Loyola aliaque loca tenent.

—Hæc cœnobia aliqua exemptione gaudent?

R. Subsunt ordinariis nam post noviss. Concordiam erecta sunt.

—Commisarius generalis piorum locorum habet aliquam jurisdictionem?

R. N. Nec habuit, nec habet; illius enim munus tantum æconomicum est ad collectionem pecuniarum earumque distributionem.

LECTIO LIX.

DE JURISDICTIONE PRÆLATORUM REGULARIUM EORUMQUE EXEMPTIONIBUS IN GENERE.

—Extincta fuerunt omnia cœnobia ex lege contra ea lata anno 1837?

R. Quamvis in illa tempestate omnia virorum cœnobia perierint, et non pauca fœminarum, attamen plura virginum remanserunt, favente Deo, virorum autem non nisi tria ad Asianas missiones, et collegia pauperum clericorum a Matre Dei (vulgo *Escolapios*) quos pius noster Joseph Calasanctius Romæ ad pauperum educationem instituit.

—Quid de cœnobiorum instauratione noviss. conventio?

R. «Eum in finem ut in universa peninsula adsint sufficienti numero ministri atque operarii evangelici, quibus uti valeant Episcopi ad sacras missiones pro variis suarum diœcesium locis, ad parochorum subsidium, ad ægrotantium opem, atque ad alia charitatis et publicæ utilitatis opera, Regium gubernium, cui mens est meliori conditioni collegiorum, quæ ad missiones pro ultramarina ditione instituta sunt, opportune prospicere, *nulla interposita mora*, reque prius cum Prælatis diœcesanis collata, efficiet ut ubi necesse sit constituantur domus et congregationes religiosæ Sancti Vincentii a Paulo, Sancti Philippi Nerii atque alterius regularis ordinis ex adprobatis per Apostolicam Sedem, quæ simul ecclesiasticis viris ad se recolligendum, his, aliisque ad spiritualia exercitia peragenda, cæterisque id genus piis usibus inservient.» (Arr. 29.)

—Quid vero de cœtibus mulierum ad misericordiæ opera manus adhibentium?

R. «Ut præsto etiam sint religiosæ domus, ubi mulieres id Deo inspirante cupientes, vacare queant vitæ contemplativæ et activæ, adsistendi nimirum ægrotis, puellas instituendi, aliisque operibus æque piis, ac populo proficuis attendendi, institutum filiarum quæ a Charitate nuncupantur, sub directione clericorum Sti. Vincentii a Paulo, conservabitur, regio gubernio ad ejus incrementum cooperaturo.» (Art. 30.)

—Quid de aliis domibus puellarum educationi dicatis?

R. «Conservabuntur item religiosæ mulierum domus quæ contemplationi puellarum educationem et institutionem aliaque charitatis opera conjungent.» (Ib.)

—Quid de cæteris fœminarum conventibus?

R. «Quoad reliqua sanctimonialium instituta, ordinarii præsules, ad omnes suarum diœcesium circunstantias respicientes, illas religiosas mulierum domos proponent in quibus novitiarum admissionem ac professionem expedire censeant, pariterque instructionis et charitatis exercitia, quæ iisdem convenire dijudicent.» (Ib.)

—Monasteria et cœnobia hodiedum existentia in Hispania subsunt omnino ordinariis?

R. Neg. Nam ex verbis novissimæ concord. jam citatis (1) agnoscitur jurisdictio quæ competit Prælatis regularibus. (Art. 11, § 4.°)

---

(1) V. Lect. LI, fol. 240.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quomodo intelligenda hæc exemptio et Prælatorum jurisdictio?

R. Ad clariorem hujus difficilis quæstionis explanationem, distinguere oportet.

1.° Inter monasteria et congregationes quæ erant ante concord. et alias posteriores, seu posteriora vel nova, vel restaurata.

2.° Inter monasteria virorum et fœminarum.

3.° Inter exemptionem totalem et partialem.

Exemptio totalis ea est qua communitas regularis nullo modo ab ordinario pendet, nec in regulæ observantia et interiori vita, nec in exteriori disciplina, sed a proprio Prælato omnino regitur, ita ut nec quidem trahi ad ordinarium tribunal possit, quo in casu vere totalis et omnimoda dicitur, cum habeat sub omni conceptu et activo et passivo veram exemptionem, et etiam in casu quo privilegia sua violentur potest judicibus conservatoribus uti.

Partialis vero ea est, qua communitas in exteriori vita et disciplina ab ordinario regitur, non vero in interiori vita et æconomica gubernatione, nam in his proprio Prælato regulari subest, nec ab eo domestici reditus et æconomica negotia visitantur.

—Extat hodiedum apud Hisp. aliquod cœnobium omnino et totaliter exemptum?

R. Virorum nullum, nam omnia etiam missionariorum cœnobia in exteriori disciplina ordinario subsunt, et ante eum sine ulla exceptione conveniuntur, et excessus publici corriguntur, non vero interiores et domestici.

—Unde hoc patet?

R. Ex Brevi a SSmo. Dno. Pio IX *motu proprio* lato, die 12 Aprilis anni 1851, quo omnes domus religiosas per decennium erigendas ordinariis summisit, quod quidem prorrogatum fuit die 7 Maii anni 1861 per aliud quinquennium, nondum finitum, his verbis: «Itaque motu proprio certa scientia ac matura deliberatione nostra, deque Apostolicæ auctoritatis plenitudine, statuimus ac mandamus, ut domus Congregationum atque Ordinum Regularium, qui per Hispanias restituentur ad hinc proximum quinquenium ab hac die ipsa incipiendum, respectivis Epis-

copis et ordinariis Diœcesanis, tamquam ab Apostolica Sede delegatis, *omnino* (Nb.) subjiciantur (1).»

—Possunt contra hoc Sanctitatis Suæ mandatum privilegia vel constitutiones speciales dictorum ordinum adduci?

R. N. Nam in utroque Brevi Rom. Pont. sit ait: «Hoc volumus, jubemus, præcipimus, non obstantibus... generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.»

Ego qui post tam claram decissionem *conantur sese excipere, conantur sese decipere*, aguntque contra id quod Pius IX *vult, jubet* ac *præcipit*.

—Quid ergo significat jurisdictio Prælatorum regularium, et exemptio quæ ipsis in ipsa concord. decernitur?

R. 1.° Intelligitur pro cenobiis fœminarum quamdiu ipsa exemptio legitime existat.

2.° Pro congregationibus virorum intelligitur de jurisdictione partiali tantum, pro interiori disciplina et directione æconomica et gubernativa, uti modo dictum est.

Ideo de his cœnobiis tam virorum quam fœminarum singillatim et singularibus lectionibus dicendum, ut et Tridentini regulæ et disciplinæ nostræ praxis clariores evadant.

—Quodnam est ergo fundamentum exemptionis regularium?

R. Expenduntur præcipue quatuor rationes, nempe (2)

1.ª Ne regularium congregationum unitas dissolvatur.

2.ª Ut fortiori vinculo ecclesiæ particulares centro unitatis, Apostolicæ nempe Sedi, devinciantur.

3.ª Ad conservandam et promovendam religiosam disciplinam.

4.ª Ad religiosorum quietem et arcenda gravamina.

—Quid de his dicendum?

R. Ad servandam unitatem et promovendam discipli-

---

(1) Comunicado por Real órden de 1.° de Diciembre de 1861.

(2) Ita cl. D. Bouix (in Tractatu de jure Regularium part. V, cap, 2) in quio sequitur Antonium Bianchi *potesta della Chiesa*, t. 4.°, quem ibi citat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nam sufficit exemptio partialis, qua pollent omnes regulares, non ut dicunt ex *nativa libertate* (vox mihi non arridet), sed ex summisione regulæ et obedientia Prælati.

Secunda vero ratio periculosa est, et invidiam contra Episcopos continet, si enim Prælati cadunt quandoque, ita pariter cadunt regulares et exempti; nam Eutiches, Abailardus, Lutherus et alii quamplures regulares erant, quin etiam ut Prælatis debilibus et hæreticis obsistant regulares exemptione nec indiguerunt, nec ægent.

Superest ergo quarta et fortissima ratio, sed hæc ad exemptionem tantum partialem refertur, et pro regula ac interiori vita.

—Exemptio partialis regularium quoad interiorem vitam noxia est potestati ordinariæ?

R. N. Nam sicut Episcopus non habet facultatem ingerendi se in negotiis domesticis et privatis catholicorum, ita nec in domibus et familiis regularium quoad interiorem, domesticam et æconomicam vitam, reverentia enim quæ debetur christianis domibus in penetralibus suis, et interiori æconomia, potius debetur religiosis viris, qui ad perfectiorem vitam congregantur.

2.° Quia ipso facto quo cœnobium admissum fuit, et in diœcesi fundatum sub regula a Summis Pontificibus approbata, Episcopus, vel ordinarius, cum eo cuasi contractum init, quo regulam admittit et summissionem proprio Prælato quo juxta regulam obedire tenentur illius ordinis regulares, agnoscit. Unde Episcopus qui regularem a regula et Prælati obedientia deturpat, injuriam parat et Rom. Pont. regulam approbanti, et cuasi contractui quem inivit, et Prælato et subditis quorum quietem immerito et cum charitatis et perfectionis jactura parat (1).

Ideo exemptio hæc fundatur non in *libertate nativa* regularium, nam regulares libertatem non profitentur, nec ad libertatem ad claustra venerunt (2) sed in necessaria

(1) Non absque ratione in his aliquantulum inmoramur; nam qua de regularium exemptionibus scripta sunt, ut plurimum, et a propugnantibus et ab impugnantibus magno æstu, et proinde parum clare et solide tractantur

(2) Hæc vox jam in conciliis Africanis sæculo in sensu V usurpabatur exemptionis ab ordinario, et apud nostrates etiam medio ævo. Usitatam fuisse vocem non negabo, recte vero usitatam non facile dicam.

summissione *regulæ propriæ* et *prælato proprio*.

Unde indubium est hanc exemptionem cum ipsis monasteriis et religiosis domibus natam fuisse et nasci, quidquid in contrarium jansenistæ et febroniani jactitent.

—Quomodo probatur hanc partialem et pro interna vita exemptionem dari ad quietem monachorum et contra ordinariorum gravamina?

R. Relictis quæ de Conciliis particularibus, et privatis factis adducuntur, patet præcipue ex clarissima et celeberrima constitutione Beatissimi Papæ Gregorii I, qui et ipse monachus et sapiens juris utriusque consultus erat, qui quidem in Concilio Rom., anno vero 601, sic ait.

«Gregorius Episcopus, servus servorum Dei, *omnibus Episcopis*: Quam sit necessarium *monasteriorum quieti conspicere* et de eorum perpetua securitate tractare anteactum nos officium *quod in regimine cœnobii exhibuimus*, informat. Et quia in plurimis monasteriis *multa a præsulibus præjudicia* atque gravamina monachos pertulisse cognoscimus, oportet ut vestræ fraternitatis provissio de *futura quiete eorum* salubri disponat ordinatione.»

His consonant quæ canones nostri cum de legis diœcesanæ et legis jurisdictionis distinctione loquuntur, uti supra dictum est.

—Præbuit ad hoc B. Gregorius exemptionem totalem?

R. Neg. Sed tantum ad interiorem vitam et pro sequentibus, quæ speciminis et probationis ergo sciri debent.

1.° «Nullus Episcoporum aut sæcularium præsumat de reditibus, rebus vel chartis monasteriorum minuere.»

2.° Defuncto abbate non extraneus eligatur, sed quem propria voluntas fratrum de eadem congregatione eligat.

3.° Ut res monasticas Episcopus non faciat ecclesiasticas, id est ut non donet ecclesiis sæcularibus quod est alicujus domus regularis.

4.° Ut invito abbate monachi nec ordinentur, nec præficiantur ecclesiis, nec ducantur ad alia monasteria regulanda vel ordinanda.

BIBLIOTECA
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

5.° Ut obeunte abbate Episcopus non se immisceat in ordinandis monasterii rebus.

6.° «Missas quoque publicas (id est cum pontificali apparatu qui quietem turbet) ab eo in cœnobio fieri omnino prohibemus.»

7.° «Neque audeat ibi cathedram collocare: (id est ecclesiam monachis usurpare pro cathedrali erigenda) vel quamlibet potestatem habere imperandi, nec aliquam ordinationem quamvis levissimam faciendi, nisi ab abbate loci fuerit rogatus.»

His nitidissimis verbis habes totam partialis exemptionis seriem et descriptionem.

—Dicendum vero idem de exemptionibus totalibus?

R. N. Sed hæc e contra, cum extraordinariæ sint et pro extraordinariis casibus, et quandoque *contra mentem donantis*, et ordinariis noxiæ evadant, monachisque superbiæ occasionem pariant, non eisdem crisis regulis attinguntur, qua de causa eas quandoque etiam sanctissimi Episcopi impugnaverunt, et sancti monachi respuerunt, salva tamen in his omnibus et Sanctæ Sedi reverentia et juris acquisiti præscriptione.

—Exemptiones totales impetere jansenismum sapit?

R. Neg. Nam sancti monachi utpote Bernardus, et Franciscus Assisius, et alii eas noluerunt et respuerunt apertis verbis (I).

2.° Sanctus Franciscus Salesius et alii piissimi Episcopi eas tanquam parum gratas habuerunt, quin etiam antea Tridentini Patres Antonius Augustinus, Covarrubias et alii suis in diœcesibus impugnaverunt.

3.° Disciplina Tridentini Concilii eas minuit in pluribus, et magna ex parte profligavit, ut patebit ex lectione sequenti.

4.° Pius IX P. M. eas etiam ab ecclesia Hispana penitus profligavit, plaudentibus cunctis, et etiam motu proprio

(1) El célebre Jimenez de Cisneros, franciscano. «empezó á ejercer el nuevo cargo de reformador... ponia toda instancia en que renunciasen *todos los privilegios*, que eran contra su primera perfeccion, traíalos á su presencia, y los quemaba *como Al coram pessimo de vida ancha;*» Quintanilla Archetipo de virtudes, pág. 11.

postea cœnobia de novo erigenda ordinariæ jurisdictioni summisit.

Jansenismi ergo saporem quærere in his qui exemptiones partiales defendimus, totales impugnamus (salva S. S. reverentia) est quærere nodum in cipo, et potius dicemus eos et Sanctorum, et Tridentinorum Patrum et Pii IX Pont. M. adversatores esse.

LECTIO LX.

DE PRÆLATORUM REGULARIUM ELECTIONE.

—Quodnam est fundamentum exemptionis Regularium ab ordinaria jurisdictione?

R. Obedientia regulæ, et obedientia alteri superiori ex eadem regula.

—Monachi habuerunt semper facultatem eligendi prælatos suos?

R. Af. Et patet ex luculentissimis verbis S. Gregorii Primi in lectione superiori laudatis.

—Abbates ex disciplina privata nostra eligebantur a monachis?

R. Dubium est, nam Canon LI Concilii IV Toletani hujus electionis faciendæ potestatem Episcopo tribuere videtur sequentibus verbis: «Nuntiatum est præsenti Concilio, quod monachi Episcopali imperio, servili operi mancipentur, et jura monasteriorum contra constituta canonum illicita præsumptione usurpentur, ita ut pene ex cœnobio possessio fiat, atque illustris portio Christi ad ignominiam servitutemque perveniat. Quapropter monemus eos qui ecclesiis præsunt, ut ultra talia non præsumant, sed hoc tantum sibi in monasteriis vindicent Sacerdotes quod præcipiunt canones, id est monachos ad conversationem sanctam prœmonere, *abbates aliaque officia instituere*, atque extra regulam (Nb.) *facta corrigere* (1).» Pro *institutione* tamen potius possessio quam electio intelligenda videtur.

(1) Hunc canonem sed non integrum citavit Gratianus, Causa 18.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

—Hoc jus derogabat exemptioni partiali monachorum?

R. N. Ut patet ex his postremis verbis *extra regulam* et etiam ex sequentibus ejusdem Canonis: «Quod si aliquid in monachis canonibus interdictum præsumpserint aut usurpare quidpiam de monasterii rebus tentaverint, non deerit ab illis sententia ex communicationis, qui se deinceps nequaquam sustulerunt ab illicitis.»

—A quo superiores eligendi sunt ex S. Syn. disciplina?

R. «In electione superiorum quorumcumque, abbatum temporalium, et aliorum officialium, ac generalium, et abbatissarum, atque aliarum præpositarum, quo omnia recte, et sine ulla fraude fiant, in primis Sancta Synodus districte præcipit, omnes supradictos, eligi debere per vota secreta: ita ut singulorum eligentium nomina numquam publicentur. Nec in posterum liceat, provinciales, aut abbates, priores, aut alios quoscumque titulares ad effectum electionis faciendæ constituere; aut voces et suffragia absentium supplere.» (Sess. XX, cap. 6 de Reform. Regul.) Mt.

—Quas pœnas incurrunt aliter agentes?

R. «Si vero contra hujus decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit; et is, qui ad hunc effectum se in provincialem, abbatem, aut priorem creari permiserit, deinceps ad omnia officia in Religione obtinenda inhabilis existat; facultatesque super his concessæ eo ipso abrogatæ censeantur; et si in posterum aliæ concedantur, tamquam subreptitiæ habeantur.» (Ib.)

—Quid de monasticis congregationibus exemptis S. Synodus?

R. «Monasteria omnia, quæ generalibus capitulis aut Episcopis non subsunt, nec suos habent ordinarios regulares visitatores, sed sub immediata Sedis Apostolicæ protectione ac directione regi consueverunt, teneantur infra annum a fine præsentis Concilii, et deinde quolibet triennio, sese in congregationes redigere, juxta formam Constitutionis Innocentii III in Concilio generali, quæ incipit, *in singulis*: ibique certas regulares personas deputare, quæ de modo et ordine, de prædictis congregationibus erigendis, ac statutis in eis exequendis deliberent et sta-

tuant.» (Sess. XXV, cap. 8.° de Reform. Regul.)

—«Quod si in his negligentes fuerin»?

R. Liceat Metropolitano, in cujus provincia prædicta monasteria sunt, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, eos pro prædictis causis convocare. Quod si infra limites unius provinciæ non sit sufficiens talium monasteriorum numerus ad erigendam congregationem, possint duarum vel trium provinciarum monasteria unam facere congregationem. Ipsis autem congregationibus constitutis, illarum generalia capitula, et ab illis electi præsides vel visitatores, eamdem habeant auctoritatem in suæ congregationis monasteria, ac regulares in eis commorantes, quam alii præsides, ac visitatores in cæteris habent ordinibus, teneanturque suæ congregationis monasteria frequenter visitare, et illorum reformationi incumbere, et ea observare, quæ in sacris Canonibus, et in hoc sacro Concilio sunt decreta.» (Ib.)

—«Quod si etiam Metropolitano instante, prædicta exequi non curaverint»?

R. «Episcopis, in quorum diœcesibus loca prædicta sita sunt, tamquam Sedis Apostolicæ delegatis, subdantur.» (Ib.)

—Quid decrevit S. Syn. ad mala quæ ex commendatariorum avaritia et incuria sequebantur eradicanda?

R. «Cum pleraque monasteria, etiam abbatiæ, priorati, et præposituræ, ex mala eorum, quibus commissa fuerint, administratione non levia passa fuerint tam in spiritualibus quam in temporalibus detrimenta; cupit sancta Synodus ea ad congruam monasticæ vitæ disciplinam omnino revocare.» (Sess. XXV cap. 21 de ref. regul.)

Cum vero pro dura et difficili illorum temporum conditione oportunum remedium adhibere non posset, dispositiones pro tunc temporis et in posterum attulit.

—Quid pro illis temporibus et transitorio modo?

R. «Primum quidem confidit, sanctissimum Romanum Pontificem pro sua pietate et prudentia curaturum, quantum hæc tempora ferre posse viderit, ut iis, quæ nunc commendata reperiuntur, et quæ suos conventus habent, regulares personæ, ejusdem ordinis expresse professæ et qua gregi præire et præesse possint præficiantur.» (Ib.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid vero in posterum?

R. «Quæ vero in posterum vacabunt, non nisi regularibus spectatæ virtutis et sanctitatis conferantur. Quoad ea vero monasteria, quæ capita sunt ac primates ordinum, sive abbatiæ, sive prioratus, filiæ illorum capitum nuncupentur, teneantur illi, qui in præsenti ea in commendam obtinent, nisi sit eis de regulari successore provisum, infra sex menses religionem illorum ordinum propriam solemniter profiteri, aut iis cedere: alias commendæ prædictæ ipso jure vacare censeantur.» (Ib.)

—«Ne autem in prædictis omnibus, et singulis fraus aliqua adhiberi possit» quid jubet sancta Synodus?

R. «Ut in provisionibus dictorum monasteriorum qualitas singulorum nominatim exprimatur: aliterque facta provisio subreptitia esse censeatur: nullaque subsequenti possessione, etiam triennali, adjuvetur.» (Ib.)

—Quid ad horum executionem Regibus injunxit S. Synodus?

R. Hortatur etiam santa Synodus omnes Reges, Principes, Resp. et magistratus, et in virtute sanctæ obedientiæ præcipit, ut velint prædictis Episcopis, abbatibus ac generalibus, et cæteris præfectis in superius contentæ reformationis executione suum auxilium, et auctoritatem interponere, quoties fuerint requisiti; ut sine ullo impedimento præmissa recte exequantur ad laudem Dei omnipotentis.» (Sess. XXV, cap. 22, de Ref. reg.)

—Quid de his hodiedum in Hispania?

R. «Extinctis omnino monasteriis omnibus in Hispania, etiam quæ capita ordinum erant, nihil hodiedum nobis de hac disciplina (1).

---

(1) Plures ex Concilii disciplina congregationes in Hispania evasserunt, quæ jam ad historiæ regiones pertinent. Celebres in hac parte duæ Congregationes ordini Sancti Bernardi seu Cistercienses, alia quæ Vallisoletana audiebat, celebre enim monasterium illius urbis pro tota Castella tanquam caput habebat, alia Aragonensis, quæ Aragonis, Balearium, Cathaloniæ, Navarræ et Valentiæ monasteria amplectabatur et a sæculo XVII triennales abbates vel a congregatione designatos vel a Rege, proponente congregatione, electos.

LECTIO LXI.

DE JURIBUS PRÆLATORUM REGULARIUM RATIONE EXEMPTIONIS SUÆ.

—Distinctioni vitæ interioris et domesticæ, ac vitæ seu disciplinæ exterioris consonat antiqua nostra disciplina?

R. Af. Ut patet ex dictis cum de lege jurisdictionis et lege diœcesana actum fuit, et etiam ex canone 51 Toletani IV, in superiori lectione laudato.

—Consonat quoque his Tridentina Synodus?

R. Af. Nam regulæ observantiam veluti monasticæ vitæ fundamentum luculentissimis verbis statuit, tamquam conditionem sine qua non, ita ut non nativam libertatem et a Prælatis exemptionem (quæ est negatio) inducat, sed in submissione regulæ et obedientiæ Prælatorum regularium (quæ est affirmatio) consistat.

—Quænam sunt Tridentini verba?

R. «Quoniam non ignorat sancta Synodus quantum ex monasteriis pie institutis, et recte administratis in Ecclesia Dei splendoris atque utilitatis oriatur; necessarium esse censuit, quo facilius ac maturius, ubi collapsa est, vetus et regularis disciplina instauretur, et constantius, ubi conservata est, perseveret, præcipere, prout hoc decreto præcipit, ut omnes regulares, tam viri, quam mulieres, *ad regulæ*, quam professi sunt, præscriptum, *vitam instituant et componant.*» (Sess. XXV, cap. 1 de Reform. reg.)

—Quænam ad hoc injungit?

R. «Atque in primis, quæ ad suæ professionis perfectionem, ut obedientiæ, paupertatis, et castitatis, ac si quæ alia sunt alicujus regulæ et ordinis peculiaria vota et præcepta, ad eorum respective essentiam, necnon ad communem vitam, victum et vestitum conservanda pertinentia, fideliter observent.» (Ib.)

—Quibus hoc munus incumbit?

R. «Omnisque cura et diligentia a superioribus adhi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

beatur tam in Capitulis generalibus et provincialibus, quam in eorum visitationibus, quæ suis temporibus facere non prætermittant, ut ab illis non recedatur: cum compertum sit, ab eis non posse ea, quæ ad substantiam regularis vitæ pertinent, relaxari; si enim illa, quæ bases sunt, et fundamenta totius regularis disciplinæ, exacte non fuerint conservata, totum corruat ædificium necesse est.» (Ib.)

—Regularis sine superioris licentia potest se alterius loci aut personæ servitio submittere?

R. N. «Prohibet sancta Synodus, ne quis regularis, sine sui superioris licentia, prædicationis, vel lectionis, aut cujusvis pii operis prætextu, subjiciat se obsequio alicujus Prælati, Principis, vel universitatis, vel communitatis, aut alterius cujuscumque personæ, seu loci; neque ei aliquod privilegium aut facultas, ab aliis super iis obtenta suffragetur. Quod si contra fecerit, tamquam inobediens, arbitrio superioris, puniatur. Nec liceat regularibus a suis conventibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint.» (Sess. XXV, cap. 4 de Ref. reg.)

—«Qui vero sine prædicto mandato in scriptis obtento repertus fuerit?»

R. «Ab ordinariiis locorum tamquam desertor sui instituti puniatur.» Mt.

—Si vero studiorum causa absint?

R. «Illi autem qui studiorum causa ad universitates mittuntur, in conventibus tantum habitent: alioquin ab ordinariis contra eos procedatur.» (Ib.) Mt.

—Regulari publice delinquenti a quo pœna irrogatur?

R. «Regularis non subditus Episcopo, qui intra claustra monasterii degit, et extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit; Episcopo instante, a suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, severe puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat: sin minus a suo superiore officio privetur; et delinquens ab Episcopo puniri possit.» (Sess. XXV, cap. 14. De Ref. reg.) Mt.

—Tenetur obedientiæ et observantiæ regulari qui ante tempus professionem emissit?

R. Neg. «In quacumque religione, tam virorum quam

mulierum, professio non fiat ante decimum sextum annum expletum, nec qui minore tempore, quam per annum, post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. Professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicujus regulæ, vel religionis, vel ordinis observationem, aut ad alios quoscumque effectus.» (Sess. XXV, cap. 15, de Ref. reg.) Mt.

—Valet renuntiatio facta quolibet tempore ante professionem?

R. Neg. «Nulla quoque renuntiatio, aut obligatio ante facta, etiam cum juramento, vel in favorem cujuscumque causæ piæ, valeat, nisi cum licentia Episcopi, sive ejus vicarii fiat, intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione: aliter vero facta, etiamsi cum hujus favoris expressa renuntiatione, etiam jurata, sit irrita, et nullius effectus. Finito tempore novitiatus, superiores novitios, quos habiles invenerint, ad profitendum admittant, aut e monasterio eos ejiciant.» (Sess. XXV, cap. 16, de Ref. reg.)

—Derogatur ex hoc constitutio Soc. Jesu?

R. «Per hæc tamen sancta Synodus non intendit aliquid innovare, aut prohibere, quin religio clericorum Societatis Jesu, juxta pium eorum institutum, a Sancta Sede apostolica approbatum, Domino et ejus Ecclesiæ inservire possint.» (Ib.)

—Potest dari aliquid monasterio ne novitius ex eo possit exire?

R. N. «Sed neque ante professionem, excepto victu et vestitu, novitii, vel novitiæ illius temporis, quo in probatione est, quocumque prætextu, a parentibus, vel propinquis, aut curatoribns ejus, monasterio aliquid ex bonis ejusdem tribuatur; ne hac occasione discedere nequeat, quod totam vel majorem partem substantiæ suæ monasterium possideat, nec facile, si discesserit, id recuperare possit: quin potius præcipit sancta Synodus sub anathematis pœna dantibus et recipientibus, ne hoc ullo modo fiat; et ut abeuntibus ante professionem omnia restituantur, quæ sua erant.» (Ib.)

—Quis hoc anathema inflingere debet?

R. Quod ut recte fiat, Episcopus, etiam per censuras ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat. (Ib.)

—Quid in hac parte a Bmo. Pio IX inductum est?

R. Sacra Congregatio super statu regularium, ab ipso instituta, decretum dedit die 19 Martii 1857, quod quidem epistolari forma generalibus ordinum notum factum fuit (1) ut nequis veræ vocationis expers de suscepto instituto deinde pœniteat. Ex hoc decreto, cujus sapientissima verba cum dolore silentur, novitii, expletis sexdecim annis, non solemnia sed tantum simplicia vota emmittere debent; quod quidem quam sit rationi et hodiernis circunstantiis consonum videt nemo.

—Beneficia regularia possunt conferri sæcularibus?

R. Neg. «Regularia beneficia, in titulum regularibus professis provideri consueta, cum per obitum, aut resignationem, vel alias illa in titulum obtinentis vacare contigerit; religiosis tantum illius ordinis, vel iis qui habitum omnino suscipere, et professionem emittere teneantur, et non aliis, ne vestem lino lanaque (2) contextam induant, conferantur.» (Sess. XIV, cap. 10.)

—Translati ad alium ordinem cui Prælato obedire tenentur?

R. «Quia vero regulares, de uno ad alium ordinem translati, facile a suo superiore licentiam standi extra monasterium obtinere solent, ex quo vagandi, et apostatandi occasio tribuitur, nemo cujuscumque ordinis Prælatus, vel superior, vigore cujusvis facultatis, aliquem ad habitum, et professionem admittere possit, nisi ut in ordine ipso, ad quem transfertur, *sub sui superioris obedientia* in claustro perpetuo maneat; ac taliter translatus, etiamsi canonico-

(1) Hoc decretum in Hispania typis edere periculosum foret, vigentibus Carolinis legibus, quæ *exequatur Regium* Apostolicis litteris edendis exigunt: sed cum his *sapientissimis legibus* non vetetur legere in libris gallicis quod nequit legi ab Hispanis in libris Hispanicis, eum vide, si vis, ap. clari D. Bouix tractatum de Curia Romana, parte 2.ª, fol. 215.

(2) Per *linum* in jure Canonico intelliguntur figurato sensu vestis et vita sæcularis clerici, per lanam vero vestis et vita monachalis.

rum regularium fuerit, ad beneficia sæcularia, etiam curata, omnino incapax existat. (Sess. XIV, cap. 11.)

LECTIO LXII.

DE JURIBUS ORDINARIÆ JURISDICTIONIS SUPER REGULARES ETIAM EXEMPTOS.

—Quænam sunt Episcoporum jura ex S. Synodo etiam in exemptos?

R. Plura continentur in ipsa Sess. XXV de Reformatione regularium, altera in cæteris sessionibus, alia denique ex posterioribus declarationibus.

—Quænam sunt jura Episcoporum in regulares etiam exemptos ex Sess. XXV Concilii?

R. 1.° Ut monasteria etiam exemptorum ordinum non erigantur sine licentia Episcopi. (Cap. 3).

2.° Vagantes extra monasterium, etiam studiorum causa, tamquam desertores punire. (Cap. 4).

3.° Examinare causas ut professæ e monasterio exire possint. (Cap. 5).

4.° Dare licentiam in scriptis ad introeundum in monasterium necessitatis ergo. (Ib.)

5.° Reducere monasteria monialium extra mœnia ad nova vel antiqua intra oppida ædificia. (Ib.)

6.° Gubernare monasteria *inmediate* Santæ Sedi subjecta, quæ alias ab aliis regularibus non pendent. (Cap. 9).

7.° Jurisdictionem, visitationem et correctionem exercere in eos qui curam animarum habent in monasteriis. (Cap. 11).

8.° Facere observare censuras et dies festos Diœcesanos in ecclesiis etiam exemptorum. (Cap. 12).

9.° Componere controversias de præcedentia. (Cap. 13).

10. Punire delinquentes exemptos a superioribus suis impunitos. (Cap. 14).

11. Examinare eos qui professionem emmittere debent duobus mensibus ante professionem. (Cap. 16).

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

12. Compellere etiam per censuras ecclesiasticas ad restitutionem eorum quæ male ante professionem monasterio abillis data sunt. (Ib.)

13. Examinare libertatem puellarum ante solemnem professionem. (Cap. 17).

14. Cognoscere de violentiis ad ingrediendum monasterium vel profitendum irrogatis. (Cap. 18).

15. Cognoscere in causis deficientium a religione in qua professi erant (Cap. 19).

De aliquibus in superiori lectione, de aliis vero eorum in sequenti agetur.

—Quid de censurarum observantia S. Synodus?

R. «Censuræ et interdicta, nedum a Sede Apostolica emanata, sed etiam ab ordinariis promulgata, mandante Episcopo a regularibus in eorum Ecclesiis publicentur, atque serventur. Dies etiam festi, quos in Diœcesi sua servandos idem Episcopus præceperit, *ab exemptis omnibus, etiam regularibus*, serventur.» (Sess. XXV, cap. 12 de Ref. reg.)

—Quid vero de præcedentiis?

R. «Controversias omnes de præcedentia, quæ persæpe maximo cum scandalo oriuntur inter eccesiasticas personas, tam sæculares, quam regulares, cum in processionibus publicis, tum in iis quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, et in deferenda umbella, et aliis similibus, Episcopus, amota omni appellatione, *et non obstantibus quibuscumque*, componat. (Ib., cap. 13).

—Tenentur exempti assistere publicis processionibus?

R. «*Exempti autem omnes*, tam clerici sæculares, quam regulares quicumque, etiam monachi, ad publicas processiones vocati, accedere compellantur; iis tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo vivunt.» (Ib.)

—Quam jurisdictionem habent ordinarii in regulares etiam exemptos ratione curæ animarum?

R. «In monasteriis seu domibus virorum vel mulierum, quibus imminet animarum cura personarum sæcularium, præter eas quæ sunt de illorum monasteriorum seu locorum familia, personæ *tam regulares* quam sæculares, hujusmodi curam exercentes, subsint immediate in

iis, quæ ad dictam curam et Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, et correctioni Episcopi in cujus diœcesi sunt sita.» (Ib., cap. 11). Mt.

—Possunt deputari ad hanc animarum curam regulares inconsulto Episcopo?

R. «Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amovibiles, deputentur: nisi de ejusdem consensu, ac prævio examine, per eum aut ejus vicarium faciendo.» (Ib.) Mt.

—Dantur saltem aliquæ exceptiones in obsequium celebriorum monasteriorum?

R. Af. «Excepto monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, et exceptis etiam iis monasteriis seu locis, in quibus abbates generales, aut capita ordinum sedem ordinariam principalem habent, atque aliis monasteriis seu domibus, in quibus abbates, aut alii regularium superiores jurisdictionem episcopalem et temporalem in parochos et parochianos exercent: salvo tamen eorum Episcoporum jure, qui majorem in prædicta loca vel personas jurisdictionem exercent. (Ib.)

—Quomodo in causis deficientium a religione procedendum?

R. «Quicumque regularis prætendat, se per vim et metum ingressum esse religionem; aut etiam dicat, ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile; velitque habitum dimittere quacumque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia superiorum; non audiatur, nisi intra quinquenium tantum a die professionis, et tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram superiore suo, *et ordinario*.» (Ib. cap. 19.) Mt.

—Quod si antea habitum sponte dimisserit?

R. «Nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur; sed ad monasterium redire cogatur, et tamquam apostata puniatur: interim vero nullo privilegio suæ religionis juvetur.» (Ib.) Mt.

—Potest regularis mutare hoc casu religionem?

R. N. «Nemo etiam regularis cujuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem: nec detur licentia cuiquam regulari occulte ferendi habitum suæ religionis.» (Ib.) Potest vero petere ad arctiorem.

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid de observantia horum decretorum S. Synodus?

R. «Hæc omnia et singula *in superioribus decretis contenta* observari sancta Synodus præcipit in omnibus cœnobiis, ac monasteriis, collegiis ac domibus quorumcumque monachorum, ac regularium, necnon quarumcumque sanctimonialium virginum, ac viduarum, etiamsi illæ sub gubernio militiarum, etiam Hierosolymitanæ, vivant, et quocumque nomine appellentur, sub quacumque regula vel constitutionibus, et sub custodia vel gubernatione, vel quavis subjectione, aut annexione, vel dependentia cujuscumque ordinis mendicantium, vel non mendicantium, vel aliorum regularium monachorum, aut canonicorum quorumcumque: non obstantibus eorum omnium et singulorum privilegiis, sub quibuscumque formulis verborum conceptis, ac *mare magnum* appellatis, etiam in fundatione obtentis, necnon constitutionibus, et regulis, etiam juratis, atque etiam consuetudinibus, vel præscriptionibus, etiam immemorabilibus.» (Ib. cap. 22.)

—Quomodo intelligenda illa verba *in superioribus decretis*?

R. Contendunt aliqui illis intelligi non tantum decreta contenta in hac Sess. XXV et capitibus de Reformatione regularium, sed etiam præcedentia in aliis sessionibus. Sed potioribus rationibus in contrarium defenditur Concilium loqui tantum de modo allatis decretis.

In Hispania hæc quæstio indubia est in hoc sensu ex declaratione Bullæ *Apostolici Ministerii*.

—Quid ergo hæc pro nostris regularibus Bulla?

R. «Præcipimus quoque accurate attendi ac adimpleri quæcumque alia præscribuntur *in ejusdem generalis Synodo, Sess.* XXV *de Regularibus et monialibus*. Cumque in capite 22 amplissime derogetur omnibus contrariis privilegiis... sciant omnes derogationem hujusmodi non ad ea tantum referri quæ in prædicto capite continentur, sed etiam ad alia quæ *in singulis superioribus capitibus ejusdem sessionis* constituta sunt.» (Art. 23.)

—Quænam extra hanc sessionem XXV, S. Syn. Episcopis in monasteria etiam exempta et regulares injunxerat?

R. 1.° Dare licentiam ad prædicandum etiam in ecclesiis suorum ordinum et errores in sermonibus corripere (Sess. V, cap. 2,)

2.° Excessus viventium extra monasteria corrigere. (Sess. VI, cap. 3.)

3.° Monasteria commendata et in quibus non vigeret regularis disciplina quotannis visitare. (Sess. XXI, cap. 8.)

4.° Examinare regulares ordinandos. (Sess. XXIII cap. 12.)

5.° Confessiones sine approbatione Episcopi non audire (Sess. XXIII, cap. 15.)

—Quid de licentia ad prædicandum in ecclesiis suorum ordinum?

R. «Regulares vero cujuscumque ordinis, nisi a suis superioribus de vita, moribus, et scientia examinati, et approbati fuerint, ac de eorum licentia, *etiam in ecclesiis suorum ordinum*, prædicare non possint: cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, et ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant.» (Sess. V, cap. 2.)

—Quid vero in ecclesiis, quæ suorum ordinum non sunt?

R. «Ultra licentiam suorum superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur; sine qua in ipsis ecclesiis non suorum ordinum nullo modo prædicare possint. Ipsam autem licentiam gratis Episcopi concedant.» (Ib.)

—Quid si errores disseminaverit?

R. Vide supra lectione XXIII, fol. 107.

—Quid de illis qui extra monasteria degunt?

R. «Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessus prudenter, ac diligenter intendant: et nemo sæcularis clericus, cujusvis personalis, vel regularis extra monasterium degens, etiam sui ordinis privilegii prætextu, tutus censeatur, quominus, si deliquerit, ab ordinario loci, tamquam super hoc a Sede Apostolica delegato, secundum canonicas sanctiones visitari, puniri, et corrigi valeat.» (Sess. VI, cap. 3.) *Quid de his qui extra claustra vivunt?* *V. la pag. 582.*

—Quid vero de monasteriis commendatis?

R. «Quæcumque in Diœcesi ad Dei cultum spectant, ab ordinario diligenter curari, atque iis, ubi oportet, provideri

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

æquum est: propterea commendata monasteria, etiam abbatiæ, et prioratus, et præposituræ nuncupatæ in quibus non viget regularis observantia, necnon beneficia, tam curata, quam non curata, sæcularia, et regularia, qualitercumque commendata, etiam exempta, ab Episcopis, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegatis, annis singulis visitentur; curentque iidem Episcopi congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, ut, quæ renovatione indigent aut restauratione, reficiantur; et cura animarum, si qua illis vel eorum annexis immineant, aliaque debita obsequia recte exerceantur; appellationibus quibuscumque, privilegiis, consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis, conservatoriis, judicum deputationibus, et eorum inhibitionibus non obstantibus.» (Sess. XXI, cap. 8.°)

—Quid ulterius?

R. Vide supra Lect. XIX, fol. 85 et 87 ubi titularium et Abbatum facultates circa ordinationes restringuntur.

«Regulares quoque nec in minori ætate nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, privilegiis quibuscumque quoad hoc penitus exclusis.» (Sess. XXIII, cap. 12.)

—Possunt regulares audire confesiones sine Episcopi licentia?

R. «Quamvis presbyteri in sua ordinatione a peccatis absolvendi potestatem accipiant; decernit tamen sancta Synodus, *nullum etiam regularem*, posse confessiones sæcularium, etiam sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari; nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, et approbationem, que gratis detur, obtineat: *privilegiis*, consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus.» (Sess. XXIII, cap. 15.)

—Quænam sunt declarationes posteriores Tridentinæ Syn. his de rebus?

R. Eas in compendium redigere et difficile et absonum a proposito nostro foret (1), qua de causa illas tantum enumerare licet quæ in Bulla *Apostolici Ministerii* continentur,

(1) Plures etiam earum potius Theologiæ Morali et foro interno, quam juri canonico et foro externo competunt.

1.° ad regularium ordinationem; 2.° ad audiendas confessiones; 3.° ad abusus contra ceremoniale Episcoporum et Rituale Romanum compescendos; 4.° pariterque ad alios qui in missarum celebratione irrepserint.

—Quid ergo circa ordinationem regularium habet citata Bulla?

R. «Quoties vero regulares ad ordines erunt promovendi servetur omnino decretum Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini interpretum a piæ memoriæ Clemente Papa VIII, prædecesore etiam nostro confirmatum, die 15 Martii 1596, quo sancitur non ad alium quam ad Episcopum Diœcesanum litteras dimmissorias pro eorumdem ordinum susceptione a suis superioribus esse dirigendas. (Art. 15.)

—Quid «in casu quo Episcopus a diœcesi abesset, vel ordinationes non esset habiturus?»

R. «Hoc etiam casu in litteris dimissoriis ad alium Episcopum dirigendis expressa fieri debeat mentio, vel de prædicta Episcopi diœcesani absentia vel de illa alia causa, videlicet quod ordinationes non sit habiturus.» (Ib.)

—Datur pro aliquibus exceptio?

R. Af. «Exceptis tamen quoad prædicta regularibus illis, quibus per speciale privilegium a Sede Apostolica post Concilium Trid. fuerit concessum, ut a quolibet catholico Antistite ordines suscipere possint.» (Ib.)

—Eadem Bulla quid habet erga confessiones audiendas?

R. «Declaramus sacerdotes, tam sæculares quam regulares, qui ab Episcopo obtinuerint licentiam audiendi confessiones limitatam, vel quoad locum vel quoad genus personarum vel quoad tempus, non posse pœnitentiæ sacramentum administrare extra tempus vel locum, vel genus personarum ab ipsis Episcopis præscriptum, quocumque privilegio, etiam in vi Bullæ quæ appellatur Cruciatæ Sanctæ, competente nullatenus suffragatur.» (Art. 17.)

—Sufficit habere approbationem ab eo qui ordinarius fuit?

R. Neg. «Declaramus insuper prædictis sacerdotibus, tam sæcularibus quam regularibus, ad confessiones excipiendas vel ex prædicta Bulla Cruciatæ vel ex quocumque

alio privilegio electis, suffragari minime etiam posse quod approbati alias fuerint ab Episcopo illo, qui aliquando fuerit ordinarius loci in quo confessiones audiendæ sint, sed talis tunc temporis amplius non existat.» (Ib.)

—Possunt Episcopi ex Bulla Apostolici Ministerii procedere contra abusus liturgicos in ecclesiis regularibus invectos?

R. Af. «Resolutionemque require infra in lectione de faciendis et vitandis in Sacro Sancto Missæ Sacrificio.

—Quid vero erga missarum et sacrorum rituum celebrationem?

R. «Sedulo pariter curent Episcopi ut eliminentur abusus si qui forsan, tam quoad ecclesiasticos *quam quoad regulares* inducti fuerint adversus Concilii Tridentini decretum de observandis et evitandis in celebratione missarum (Sess XXII) *et contra regulares*, si opus fuerit, procedant ex Apost. delegatione in eo decreto ipsis indulta, postposita quacumque appellatione suspensiva, sed solum reservata in devolutivo super quocumque dubio quod excitari contingeret declaratione Congreg. pro tempore existentium S. R. E. Card. memorati Concilii interpretum.» (Art. 21.)

—Quid erga monialium clausuram?

R. «Episcopi in omnibus mulierum monasteriis sibi subjectis ordinaria, *in aliis vero exemptis auctoritate Sedis Apostolicæ inconcusse observari curent*; quæ circa sanctimonialium clausuram, vetitumque in dicta monasteria ingressum, tam in Decretis Trid. Syn. quam in constit. similis mem. Greg. Papæ XIII edita, idibus Januarii anni 1575 provide ordinata sunt. (Art. 16.)

LECTIO LXIII.

DE SANCTIMONIALIUM DIRECTIONE ET EXEMPTIONE.

—Quotuplices sunt sanctimonialium species ratione jurisdictionis cui subsunt?

R. 1.° Aliæ sunt exemptæ, aliæ vero ordinario subduntur.

3.° Inter exemptas aliæ subjacent inmediate Romano Pontifici, aliæ Metropolitano vel Episcopo alterius provinciæ, quandoque autem Prælato sui ordinis, sive militari, sive regulari (1).

3.° Inter eas quæ ordinariæ jurisdictioni subduntur, aliæ habent exemptionem partialem quoad vitam vel disciplinam internam, cujus directio competit alicui superiori regulari a quo visitantur, in exteriori tamen ritibus et disciplinæ synodali seu diœcesanæ subsunt (2). Aliæ vero et in interiori æconomia et directione ordinariis subduntur et ab illis visitantur. Tales sunt Visitationis sorores (vulgo las *Salesas*) quas S. Franciscus Salesius, privilegiorum et exemptionum inimicus, (ut fuerunt et solent esse Sancti), ordinariis omnino subjecit.

—Quænam hodiedum in Hispania monialium omnino exemptarum exempla?

---

(1) Ex his inferes parum accuratam esse definitionem quam adhibet cl. D. Bouix, ex Bianchi mutuatam (tractatus de jure regularium, t. 2, parte 5.ª, cap. 2) cum ait: «Exemptio est privilegium qua persona aut locus ab jurisdictione Episcoporum seu ordinariorum liberantur et substrahuntur ac Summo Pontifici *inmediate* subjiciuntur.»

(2) Sic v. g. apud Matritum duo Carmelitarum excalcentarum cœnobia sunt, alterum ordinario omnino subjectum (*convento Real de Santa Teresa*), aliud ordini (*Santa Ana*). Idem quoque apud Complutum ubi austerissimum cœnobium dictum *de la Imagen* numquam ordini submitti voluit, sed omnino ordinario: alterum vero Ordini subest.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Ea referre et longum et supervacaneum foret. Attamen aliqua sunt valde nobilia et non prætermittenda. Talis est in primis percelebris Abbatisse Cisterciensis apud nobilissimum Regiumque monasterium dictum *las Huelgas*, quæ jurisdictionem, quasi Episcopalem in territorio vere nullius habet, provisoremque seu vicarium generalem ad hanc omnimodam jurisdictionem exercendam nominat (1).

Hoc vero monasterium ex una parte Romano Pontifici, ex alia Regio Patronatui subest.

2.° Monasterium de Sixena in Aragonia, ordinis Sancti Joannis Hierosolym., cujus præposita *Magistra* audit, et pro monasterio suo veluti magister Ordinis erat.

3.° Sanctimoniales Agustinianæ cœnobii dicti *la Encarnacion*, prope aulam Regiam Matritensem, quæ Compostellano Archiepiscopo inmediate subduntur; pariter ac Ursulinæ moniales apud Salmanticam, quæ quidem non Ordinario sed Compostellano subsunt.

Hæc sufficiant demonstrationis ergo. Cum enim noviss. Concordia in hac exemptionum parte ad debitum finem perducta non sit, tales exceptiones nondum desierunt.

—Quid de monialibus inmediate subjectis S. Sedi Trid. Synodus?

R. «Monasteria Sanctimonialium Sanctæ Sedi Apostolicæ inmediate subjecta, etiam sub nomine Capitulorum Sancti Petri, vel Sancti Joannis, vel alias quomodocumque nuncupentur, ab Episcopis, tamquam dictæ Sedis delegatis, gubernentur, non obstantibus quibuscumque. Quæ vero a deputatis in capitulis generalibus, vel ab aliis regularibus reguntur, sub eorum cura et custodia relinquantur.» (Sess. XXV, cap. 9 de Ref. reg.)

—Quid de Abbatissarum electione disposuit in genere?

R. «Abbatissa, et Priorissa, et quocumque alio nomine præfecta vel præposita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, et quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit.» (Sess. XXV, cap. 7 de Ref. reg.)

(1) Negant aliqui fœminas veram jurisdictionem, etiam ex Apostolico privilegio et delegatione exercere posse. Sed contra est caput *Dilecta*, 12 de majoritate et obedientia, quo Papa Abbatissæ Bubrigen, concedit facultatem imponendi censuras, et in canonicas suas et in clericos jurisdictionis suæ.

—«Quod si his qualitatibus non reperiatur in eodem monasterio»?

R. «Ex alio ejusdem ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum superiori, qui electioni præest, videatur; ex iis quæ in eodem monasterio annum trigesimum excesserint, et quinque saltem annis post professionem recte vixerint, Episcopo, vel alio superiore consentiente, eligatur.» (Ib.)

—Potest una Abbatissa præsse duobus monasteriis?

R. N. «Duobus vero monasteriis nulla præficiatur. Et, si qua duo vel plura quocumque modo obtinet, cogatur, uno excepto, intra sex menses cætera resignare. Post id vero tempus, nisi resignaverit, omnia ipso jure vacant.» (Ibid.)

—Episcopus potest ingredi monasterium ad electionem faciendam?

R. N. «Is vero qui electioni præest Episcopus, sive alius superior, claustra monasterii non ingrediatur; sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audiat, vel accipiat. In reliquis serventur singulorum ordinum, vel monasteriorum constitutiones.» (Ib.) Mt.

—Quid dicendum de praxi ingrediendi patronos monasterium ut electioni Abbatissarum præsidere valeant?

R. Hanc corruptelam non tolerandam esse, si enim Episcopo ipsi S. Syn. ad hoc ingressum in monasterium negat, quanto magis patrono, qui ut plurimum laicus est?

—Datur exceptio ad explorandam voluntatem monialium monasteria etiam exempta ingredientium?

R. N. «Libertati professionis virginum Deo dicandarum prospiciens sancta Synodus, statuit atque decernit, ut si puella, quæ habitum regularem suscipere voluerit, major duodecim annis sit, non ante eum suscipiat; nec postea ipsa vel alia promissionem emittat, quam exploraverit Episcopus, vel eo absente vel impedito, ejus vicarius, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat, et si voluntas ejus pia ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requisitas juxta monasterii illius et ordinis regu-

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lam, necnon monasterium fuerit idoneum; libere ei profiteri liceat,» (Sess. XXV, cap. 17 de Ref. reg.)

—Ut hæc exploratio ante professionem fiat quid monasterio præfectæ incumbit?

R. «Hujus professionis tempus ne Episcopus ignoret, teneatur præfecta monasterio eum ante mensem certiorem facere. Quod si præfecta certiorem Episcopum non fecerit; quamdiu Episcopo videbitur ab officio suspensa sit.» (Ib.) Mt.

—Potest cogi aliqua fœmina monasticam vitam amplecti?

R. «Anathemati Sancta Synodus subjicit omnes et singulas personas, cujuscumque qualitatis vel conditionis fuerint, tam clericos, quam laicos, sæculares vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem invitam, præterquam in casibus in jure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cujuscumque religionis, vel ad emittendam professionem; quique consilium, auxilium vel favorem dederint; quique scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere; quoquo modo eidem actui vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint.» (Sess. XXV, cap. 18 de Ref. reg.)

—Si vero e contra voluntas ingrediendi coaretetur?

R. «Simili quoque anathemati subjicit eos, qui sanctam virginum vel aliarum mulierum voluntatem vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo sine justa causa impedierint.» (Ib.) Mt.

—Datur vero ad hoc aliqua exemptio?

R. N. «Eaque omnia et singula, quæ ante professionem, vel in ipsa professione fieri oportet, serventur non solum in monasteriis subjectis Episcopo, sed et in aliis quibuscumque.» (Ib.) Mt.

—Datur vero exceptio?

R. Af. «Ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ pœnitentes aut convertitæ appellantur: (1) in quibus constitutiones earum serventur.» (Ib.)

(1) Hispanice *arrepentidas* seu *recogidas*.

Quinam sunt casus *jure expressi* de quibus S. Syn. meminit?

R. Præsertim qui continentur in quæst. 1.ª Causa vero 27 decreti Gratianei:—*An conjugium possit esse inter viventes*? Ubi Canon Eliberitanus unus, duo vero e Toletano IV deprompti, qui potius agunt de puellis peccantibus post emmissa vota, quam de invitis monasterium ingredientibus. Inter eos celebrior Canon V, Concilii Toletani X.

—Quid ergo hic Toletanus Canon?

R. «Sanctimoniales fœminæ quæ propositum abjecerunt religionis commoneantur Sacerdotis (id est Episcopi) auctoritate ut reddeant sponte. Quæ si reddire noluerint, impulsu Sacerdotis ad religionis cultum reducantur et in monasteriis redactæ excommunicationis sententia condigne feriantur etc.» (1)

—Ex canonibus nostris Reginæ viduæ debebant in monasteriis retrudi?

R. Af. Patres Toletani in Concilio XIII, can. 5, secundas reginarum nupcias abhorrentes eas sub anathematis censura vetuerunt.—«Quis enim christianorum æquanimiter ferat defuncti Regis conjugem alieno postmodum connubio uti?... Nulli ergo licebit superstitem Reginam sibi in conjugio ducere, non sordidis contactibus maculare.»

Cæsaraugustanum vero III, nationale quoque Concilium, ut ærumnas et injurias viduis Reginis illatas in posterum vitaret, elegantibus verbis præscripsit: «Ut deinceps relicta Principis superiorem sententiam (Toletani nempe XIII) illibato animo pudice servans statim arcessito ab hoc sœculo principe, vestem sæcularem deponat et alacri curiositate religionis habitum assumat.»

Hos autem canones abisse in de suetudinem agnoscet quilibet, nam *distingue* tempora et concordabis jura: ad historicam ergo tantum et referendi gratia eruditionem citantur.

(1) Sequentia de his quæ habitum susceperunt sed non ab Episcopo ommittuntur. Notandum vero est hunc canonem alio modo citari in decretis, quam in puriori collectione nostra, cujus tenorem sequimur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid de interiori vita S. Syn. monialibus injunxit?

R. «Attendant diligenter Episcopi, et cæteri superiores monasteriorum sanctimonialium, ut in constitutionibus earum admoneantur sanctimoniales, ut saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, et sacrosanctam Eucharistiam suscipiant, ut eo se salutari præsidio muniant ad omnes oppugnationes dœmonis fortiter superandas.» (Sess. XXV, cap. 10 de Ref. reg.)

—Quid vero Episcopis ad vitandas conscientiæ oppressiones erga moniales præcipit?

R. «Præter ordinarium autem confessorem alius extraordinarius ab Episcopo, et aliis superioribus bis aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat.» (Ibid.) Mt.

—Incumbit hoc Episcopo quoad monasteria exempta?

R. N. Nam Concilium hoc injungit *Episcopo et superioribus*, ergo superioribus exemptarum.

—Quid de his Bulla *Apostolici ministerii*?

R. «Cum ex eodem Concilio Tridentino confessor extraordinarius bis aut ter in anno offerri monialibus debeat, qui omnium confessiones audiat, si in posterum superiores regulares quoad monasteria ipsis subjecta toties prædictum extraordinarium confessorem deputare neglexerint, *vel si ex proprio eodem ordine semper* deputaverint, nec saltem semel in anno ad id munus elegerint sacerdotem aut sæcularem, aut regularem alterius diversi ordinis professorem, in his casibus Episcopi pro suo arbitrio et conscientia deputationem hujusmodi facere possint, nec illa quovis titulo aut prætextu a superioribus regularibus valeat impediri. (Art. 19.)

—Possunt deputari ad audiendas confessiones monialium, etiam exemptarum sacerdotes regulares ab Episcopo non approbati?

R. N. Et patet ex eadem Bulla *Apostolici ministerii* «Meminerint quoque regulares se excipere non posse confessiones monialium, *tametsi eorum regimine et gubernio subjectæ sint*, (Nb.) nisi ultra licentiam suorum Prælatorum regularium præcedat examen coram Episcopo diœcesano faciendum, ejusque specialis quoad confessiones dictarum

monialium approbatio, remota quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili.» (Art. 20.)

—Possunt habere intra claustra Sacram Eucharistiam?

R. «Quod vero Sanctissimum Christi Corpus intra chorum vel septa monasterii, et non in publica ecclesia conservetur, prohibet Sancta Synodus; non obstante quocumque indulto, aut privilegio.» (Ib.) Mt.

—Quid de clausura monialium?

R. «Bonifacii VIII constitutionem quæ incipit *Periculoso*, renovans S. Syn. universis Episcopis sub obtestatione divini judicii et interminatione maledictionis æternæ præcipit, ut in omnibus monasteriis sibi subjectis, ordinaria, in aliis vero Sedis Apostolicæ auctoritate, clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui; et ubi inviolata est, conservari maxime procurent: inobedientes atque contradictores per censuras ecclesiasticas aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescentes, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Quod auxilium ut præbeatur, omnes christianos Principes hortatur Sancta Synodus, et sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, omnibus magistratibus sæcularibus injungit.» (Sess. XXV, cap. 5 de Ref. reg.)

—Cui competit visitatio clausuræ?

R. Episcopo tantum, vel ejus vicario generali ex speciali commissione, *etiam in monasteriis exemptis* et prælatis regularibus subditis; (Nb.) ita ut hæc clausuræ visitatio omnino *Episcopalis* sit, et *partialis* seu localis dicitur.

—Licet monialibus e monasterio exire?

R. «Nemini autem Sanctimonialium liceat post professionem exire a monasterio, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa, ab Episcopo approbanda: indultis quibuscumque et privilegiis non obstantibus.» (Ib.)

—Quænam sunt hæc legitimæ causæ?

R. Ex Bulla S. Pii V «*Decori*» tantum «ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ.»

His assimilantur, ex legitima interpretatione, casus inundationis, inminentis ruinæ et alii gravissimi.

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Contravenientes puniuntur excommunicationis pœna, Rom. Pont. reservata.

—Licet vero in monasteria ingredi?

R. N. «Ingredi autem intra septa monasterii, nemini liceat, cujuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi vel superioris licentia, in scriptis obtenta (Nb), sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda. Dare autem tantum Episcopus vel superior licentiam debet in casibus necessariis; neque alius ullo modo possit, etiam vigore cujuscumque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi.

—Quid de monasteriis extra urbem positis?

R. Quia monasteria Sanctimonialium extra mœnia urbis vel oppidi constituta, malorum hominum prædæ, et aliis facinoribus sine ulla sæpe custodia sunt exposita, curent Episcopi, et alii superiores, si ita videbitur expedire, ut Sanctimoniales ex iis ad nova, vel antiqua monasteria intra urbes vel oppida frequentia reducantur, invocato etiam auxilio si opus fuerit brachii sæcularis. Impedientes vero, vel non obedientes per censuras ecclesiasticas compellantur.» (Ib.)

PARS SEXTA.

De clericis in genere.

LECTIO LXIV.

DE GENERALI CLERI INSTITUTIONE, UBI ETIAM DE UNIVERSITATIBUS CATHOLICIS.

—Favet Ecclesia ignorantiæ?

R. Nec favet, nec favit umquam; contrariaque sententia, quamvis hodiedum frequenter vocitata, impia et calumniosa est. Christus enim Dominus contemptibilia mundi, pauperes et ignaros, in Apostolos elegit, illos autem, antequam prædicarent, sapientes fecit affiante Spiritu Sancto.

—Præferenda est virtuti scientia?

R. Utraque optimo jure desideranda est in clerico. Ut enim ait Isidorus «scientia sine virtute arrogantem facit, virtus sine scientia inutilem reddit.»

Præferendus tamen clericus illiteratus, sed pius vel sanctus, clerico eruditissimo, sed vitiis servienti.

—Quid hac de re Hispani Canones?

R. Percelebris est in Ecclesia Sancta Canon 25 Toletani IV, sub Isidoro Hispalensi, qui quidem a Gratiano in decretis compilato in vulgus evasit, et passim citatur: «Ignorantia, mater cunctorum errorum, maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt... Sacerdotes enim legere Sanctas Scripturas admonentur, Paulo Ap. dicente ad Timotheum:—*Intende*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lectioni exhortationi, doctrinæ, semper permane in his (1).—*Sciant igitur sacerdotes Scripturas sanctas et Canones*, ut omne opus eorum in prædicatione et doctrina consistat, atque ædificent cunctis tam *fidei scientia, quam operum disciplina,*» (quæ quidem aurea verba memoria tene, studiose juvenis).

—Ubi sacræ litteræ in Hispania edoctæ fuerunt?

R. Medio ævo, tempore wisigothorum et mixtarabum præcipue in monasteriis.

A sœculo vero XI in cathedralibus, ab his qui magistri scholæ vel scholarum dicebantur (2). Sed á sœculo XIII jus canonicum et in cathedralibus et in universitatibus Palentina, Salmantina et Illerdensi audiebatur. Theologia vero in cathedralibus tantum et cœnobiis mendicantium.

—Docebatur S. Theologia in universitatibus?

R. Neg. Ante sœculum XV: Clemens enim V, natione gallus, extra Romam Avenione residens, non nisi in Parisiensi Univ. gradus Theol. conferri jussit ex quo decreto et hujus ellatio, et aliarum clades oborta est.

Cum vero illa Univ. nimium se efferret, Petrus de Luna (in sua obedientia Bened. XIII dictus) in Salmanticensi universitate, cui multum detulit, Theologiæ cathedras instituit, quæ ad annum versus 1418, deindeque Illerdæ, Valentiæ et alibi erectæ sunt.

Salmanticenses autem cathedras Mart. V Rom. Pont. legitime sancivit. Hinc Theologiæ studium in Universitatibus Hisp. exortum, ad omnesque alias plus minusve celebres, sœc. XVI protracta est.

—Quid Trid. Concilium in gratiam ecclesiasticorum studiorum sancivit?

R. «Eadem Sacrosancta Synodus, piis Summorum Pontificum, et probatorum Conciliorum constitutionibus inhærens, casque amplectens, et illis adjiciens; ne cœlestis ille

(1) Respondent hæc verba, vers. 5, cap. 4. Ep. II ad Timot. Isidorus enim et wisigothici Patres, non juxta Vulgatæ lectionem, sed secundum Hispanicam versionem verba allegabant.

(2) Apud Toletanam ecclesiam, anno 1172, reperitur sequens subscriptio—«Ego Joannes Toletanæ ecclesiæ *magister scholarum* confirmo.» (Villanueva, *Viaje lit.* t. III, pág. 222.

sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceat; statuit, et decrevit, quod in illis ecclesiis, in quibus præbendæ aut præstimonium, seu aliud quovis nomine nuncupatum stipendium pro lectoribus sacræ theologiæ deputatum reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primates, et alii locorum ordinarii, eos qui præbendam, aut præstimonium, seu stipendium hujusmodi obtinent, ad ipsius Sacræ Scripturæ expositionem et interpretationem per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum, ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, et aliis locorum ordinariis eligendum, etiam per substractionem fructuum cogant et compellant.» (Sess. V, cap. 1.° de Ref.)

—Quid amplius?

R. «De cætero vero præbenda, præstimonium, aut stipendium hujusmodi non nisi personis idoneis, et quæ per se ipsos id munus explere possint, conferantur: et aliter facta provisio nulla sit et invalida.» (Ib.)

—Quid in ecclesiis metropolitanis et aliis?

R. V. Lect. XXXIII «In ecclesiis autem metropolitanis» etc. ubi de institutione Lectoralis.

—«Et quatenus in ipsis ecclesiis nulla, vel non sufficiens præbenda foret?»

R. «Metropolitanus, vel Episcopus ipse per assignationem fructuum alicujus simplicis beneficii, ejusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum suæ civitatis, et diœcesis, vel alias, prout commodius fieri poterit, de capituli consilio ita provideat, ut ipsa Sacræ Scripturæ lectio habeatur, ita tamen, ut quæcumque aliæ lectiones, vel consuetudine, vel quavis alia ratione institutæ, propter id minime prætermittantur.» (Ib.)

—«Si vero extiterint ecclesiæ, quarum annui proventus tenues fuerint, et ubi tam exigua est cleri, et populi multitudo, ut theologiæ lectio in eis commode haberi non possit?»

R. «Saltem magistrum habeant, ab Episcopo cum consilio capituli eligendum, qui clericos, aliosque scholares pauperes grammaticam gratis doceat: ut deinceps ad ipsa

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Sacræ Scripturæ studia, annuente Deo, transire possint.» (Ibid.)

—Quomodo hi grammaticæ magistri alendi et dotandi?

R. «Illi magistro grammaticæ, vel alicujus simplicis beneficii fructus, quos tamdiu percipiat, quamdiu in docendo perstiterit, assignentur; dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio: vel ex capitulari vel Episcopali mensa condigna aliqua merces persolvatur: vel alias Episcopus ipse aliquam rationem ineat suæ Ecclesiæ et diœcesi accommodam, ne pia hæc, utilis, atque fructuosa provisio quovis quæsito colore negligatur.» (Ib.)

—Vigebat hæc in Hispania disciplina?

R. Vigebat hæc optima disciplina, indeque etiam in parvis oppidis grammaticæ magistri, qui piarum fundationum reditibus, et etiam capellaniis et minoribus beneficiis alebantur. Sed eorum bona civilis potestas, ab anno 1845, adjudicavit publicæ sæcularique institutioni, quin eorum originem revereretur (1).

—Poterant regulares dare operam studiis Sacræ Scripturæ?

R. Af. «In monasteriis quoque monachorum, ubi commode fieri queat, etiam lectio Sacræ Scripturæ habeatur: qua in re si abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum, in hoc ut Sedis Apostolicæ delegati, eos ad id oppottunis remediis compellant. In conventibus vero aliorum regularium, in quibus studia commode vigere possunt, Sacræ Scripturæ lectio similiter habeatur: quæ lectio a Capitulis generalibus, vel provincialibus assignetur dignioribus magistris.» (Ib.)

—Quid his additum?

R. In Constit. «*Apostolicæ*» Pauli V, anno 1610 lata, præscribitur etiam lectio Hebraicæ, Græcæ et Latinæ linguarum; quam quidem jam valide propugnaverat noster Raymundus Lullius in Viennensi Concilio.

---

(2) Nuper vero hoc ipso anno 1866, mense vero Octobris, data est licentia parochis ut publice et officialiter latinam linguam edoceant, cum *effectibus* ut dicunt *academicis*.

—Quid hac de re Trid. in Universitatibus servari jussit erga Sacræ Scripturæ lectionem?

R. «In gymnasiis etiam publicis, ubi tam honorifica, et cæterorum omnium maxime necessaria lectio hactenus instituta non fuerit, religiosissimorum Principum, ac rerumpublicarum pietate, et charitate ad Catholicæ fidei defensionem et incrementum, sanæque doctrinæ conservationem et propagationem instituatur; et ubi instituta foret, et negligeretur, restituatur.» (Ib.)

—A quo debent examinari hujusmodi seu publici seu privati docentes?

R. «Et ne sub specie pietatis impietas disseminetur, statuit eadem Sancta Synodus, neminem ad hujusmodi lectionis officium tam publice quam privatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus et scientia examinatus et approbatus non fuerit: quod tamen de lectoribus in claustris monachorum non intelligatur.» (Ib.)

—Quibus juribus gaudent qui Sacræ Scripturæ studio operam dant?

R. «Docentes vero ipsam Sacram Scripturam, dum publice in scholis docuerint, et scholares, qui in ipsis scholis student, privilegiis omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, et beneficiorum suorum, in absentia a jure communi concessis, plene gaudeant et fruantur.» (Ib.)

—Præsentati ad beneficia ab Universitatibus debent examinari?

R. Neg. Ait enim Concilium: «Præsentati seu electi, vel nominati a quibusvis ecclesiasticis personis... ad quævis ecclesiastica beneficia non instituantur nec confirmentur... nisi fuerint prius a locorum ordinariis examinati... præsentatis tamen electis seu nominatis ab Universitatibus, seu collegiis generalium studiorum exceptis.» (Sess. VII, cap. 13.

—Eximuntur Universitates a jure ordinario.

R. Af. «Universitates autem generales, ac collegia Doctorum, seu scholarium, et regularia loca, necnon hospitalia, actu hospitalitatem servantia, ac Universitatum, collegiorum, locorum, et hospitalium hujusmodi personæ in præsenti canone minime comprehensæ, sed exemptæ

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

omnino sint, et esse intelligantur.» (Sess. XIV, cap. 5 de Ref.

—Gaudent hodiedum exemptione?

R. N. Ab anno enim 1835 nec Universitates Hisp., nec earum personæ exceptione gaudent, nec in sæcularibus, nec in ecclesiasticis, prouti supra dictum est lect. LI fol. 240 cum de exemptionibus in genere.»

—Possunt Episcopi Universitates et publicas scholas visitare?

R. Neg. Sine Regia comisione: «Episcopi, etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegati, in casibus a jure concessis omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos, sint executores; habeant jus visitandi hospitalia, collegia quæcumque, ac confraternitates laicorum, etiam quas scholas, sive quocumquo alio nomine vocant, non tamen quæ sub Regum immediata protectione sunt, sine ipsorum licentia.» (Sess. XXII, cap. 8 de Ref.)

Ideo in Hisp. cum omnes Univers. Regii patronatus essent, numquam ab ordinariis visitatæ fuerunt, nec visitantur (1).

—Attamen aliquæ, et speciatim Salmantina, Apostolicæ dicebantur?

R. Af. Sed Apostolicæ ad honorem et ex confirmatione Pontificia, nam ex fundatione Regiæ erant, ideoque dicebantur olim Apostolicæ et Regales: sed ad visitationis effectus Regales censebantur, ante et post Tridentinum.

—Tenentur doctores Universitatum fidem catholicam docere et jurare?

R. Af. Alioquin et perjuri sunt et punitione digni, ex legibus et sacris canonibus. Concilium enim hæc habet: «Ad hæc omnes ii, ad quos Universitatum et studiorum generalium cura, visitatio et reformatio pertinet, diligenter curent, ut ab eisdem Universitatibus Canones et decreta hujus Sanctæ Synodi integre recipiantur: ad eorumque normam magistri, doctores, et alii in eisdem Universitatibus ea, quæ catholicæ fidei sunt, doceant, et interpretentur.» (Sess. XXV, cap. 2). Mt.

(1) Certissime constat ex inspectione tabulariorum Univers. Salmantinæ et Complutensis, eas non nisi ex Regia jussione visitatas et reformatas fuisse.

—Tenentur jurare et fidei proffessionem emmittere?

R. Af. «Seque ad hoc institutum initio cujuslibet anni solemni juramento obstringant.» (Ib.) Mt.

—Ad quos correctio spectat?

R. «Sed et si aliqua alia in prædictis Universitatibus correctione, et reformatione digna fuerint, ab eisdem, ad quos spectat, pro religionis et disciplinæ ecclesiasticæ augmento emendentur et statuantur.» (Ib.)

Hodiedum cum exemptione non gaudeant, ad ordinarios spectat correctio, seu ecclesiasticos seu sæculares, ratione personæ et materiæ quælibet sit.

—Quid ergo circa errores grassantes faciunt?

R. 1.° Denuntiant gubernio ut remedium adhibeat.

2.° Si vero remedium non adhibeatur uti possunt jure suo, et juxta prudentiam et conscientiam suam.

—Quid ergo Concilium erga Universitates Apostolicas?

R. «Quæ vero Universitates immediate Summi Romani Pontificis protectioni et visitationi sunt subjectæ, has sua Beatitudo per ejus delegatos eadem, qua supra, ratione, et prout et utilius visum fuerit, salubriter visitari et reformari curabit.» (Ib.)

—Tenetur Episcopus observare exemptiones Universitatum?

R. Af. Concilium enim Sess. XXV, cap. 6, cum de immixtione auctoritatis episcopalis egisset, et eam restringi a capitulis negasset, subdidit: «Salvis tamen in omnibus privilegiis quæ Universitatibus studiorum generalium seu earum personis sunt concessa.» (Sess. XXV, cap. 6 de Ref. in gen.)

—Quænam erant hæc præcipuæ in Hispania?

R. Quæ Complutensi Univ. dabantur ad obtinendas prabendas in ipsa Ecclesia Magistrali Sanctorum justi et Pastoris.

—Præsentati in beneficia ab Universitatibus tenebantur subesse examini?

R. Neg. Ait Concilium enim præsentatis: «ut nullus appellationis remedio se tueri possit, quominus examen

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

subire teneatur. Præsentatis tamen, electis, seu nominatis ab Universitatibus, seu collegiis generalium studiorum exceptis.» (Sess. VI, cap. 13).

Et quidem non videbatur possibile claustra doctorem indoctos et ignaros ministros præsentaturos esse.

—Gaudebat Universitates nostra hoc privilegio?

R. Af. Usque ad nostra tempora Univ. Complut. præsentabat beneficia curata oppidorum Ajalvir, Anchuelo et aliorum finitimorum, pluraque alia eodem modo Universitas Salmantina (1).

Quin etiam hoc obtentum dicitur rogante Episcopo Legionensi Cuesta, qui Complut. professor fuerat.

—Possunt vero Episcopi vel ordinarii in publicis gymnasiis errores Ecclesiæ noxios cohibere?

R. Af. Ex art. 2.° Concord. noviss. ubi hæc habentur, supposita in articulo primo cultus catholici unitate.

«Consequenter institutio in *Universitatibus*, Seminariis et scholis publicis ac privatis (Nb.) quibuscumque erit in omnibus conformis doctrinæ ejusdem quidem Religionis catholicæ: atque hunc in finem Episcopi et cæteri præsules Diœcesani, quorum summus est doctrina, fidei et morum, ac religiosæ juvenum educationis invigilare in hujus muneris exercitio *etiam* circa scholas publicas nullatenus impedientur.» (Art. 2.°)

—Quid vero ulterius erga coercitionem?

R. Art. 3us. sic ait: «Neque ullam prorsus impedimentum ponetur, quo iidem Antistites, aliique sacri ministri in sui officii functione detineantur, nec quispiam quosvis obtentu eos molestia afficiet in his omnibus, quæ sui muneris sunt, adimplendis. Imo vero singuli regni magistratus studebunt ipsi adhibere, suamque operam dare ut omnes debitam juxta divina mandata observantiam ac reverentiam illis adhibeant, nec aliquid fiat quod in corum dedecus ac contemptum vergere possit. Aderunt item Regia Majestas ejusque gubernium potenti patrocinio ac

(1) Hæc provissiones, ex recentibus Decretis, non a Rectoribus sed a Doctorum generali Claustro fieri debent.

præsidio suo Episcopis illud pro re nata postulantibus, maxime autem ubi improbitati obsistendum sit hominum qui fidelium mentes pervertere, vel eorum mores corrumpere conentur; aut editio, introductio et circumlatio pravorum noxiorumque librorum impedienda sit.» (Art. 3.°)

LECTIO LXV.

DE CLERICIS IN SEMINARIIS INSTITUENDIS.

—Quid est seminarium juxta Tridentini mentem?

—R. Collegium clericale in quo adolescentes ad sacerdotalia munia obeunda virtute, et litteris informantur (1).

—Quotuplicia sunt ergo Seminaria?

R. 1.° Monasticæ vel Tridentinæ institutionis.

2.° Majora et minora.

3.° Ex nupera nostra disciplina, ordinaria et centralia. Medio ævo cum non essent clericalia collegia adolescentes inter monachos instituebantur ad clericalem vitam; prouti Divus Thomas aliique percelebres viri: postea vero a Tridentini tempore sæcularem aliam formam induerunt.

—Quænam dicuntur majora et minora?

R. Hæc divisio, in Hispania parum ignota, apud alias ecclesias viget, pueris grammaticæ et philosophiæ deditis ab aliis adolescentibus separatis, qui Theologiæ operam dant et strictiori regula vivunt.

—Quænam in Hispaniensi Ecclesia seminariorum origo?

R. Canone 1.° Concilii Toletani II, anno 527 sic fertur: «De his quos voluntas parentum a primis infantiæ annis clericatus officio mancipavit statuimus observandum, ut mox cum detonsi vel ministerio electorum contraditi fuerint, *in domo Ecclesiæ*, sub Episcopali præsentia, a præposito

(1) Nota bene in Seminariis non tantum quæri institutionem litterariam, sed, quod potius est, institutionem morum et clericalis vitæ.

UNIVERSIDAD PONTIFICIA DE SALAMANCA
BIBLIOTECA CENTRAL DEL CEDE
UNIVERSIDAD PONTIFICIA BERCIANA SECCIÓN LEÓN

sibi debeant erudiri.» Quibus verbis perspicue constat in Wisigothorum ecclesia puerorum Seminaria fuisse.

—Fuit hic tantum Canon in antiqua nostra disciplina datus?

R. Neg. Sed alius etiam percelebris in Concilio Toletano IV, Canone XXIV, his nitidissimis verbis: «*Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum* (Prov. 30). Nihil enim incertius quam vita adolescentium. Ob hoc constituendum oportuit ut si qui in clero puberes aut adolescentes existunt, *omnes* in uno conclavi atrii commorentur, ut lubricæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori, quem *magistrum doctrinæ et vitæ testem habeant* etc.»

—Quænam in ignavos ex hoc canone pœna?

R. «Qui autem his præceptis resultaverint monasteriis deputentur, ut vagantes animi et superbi severiori regula distringantur.» (Ib.)

—Erant in Hispania aliqua Seminaria ante Tridentini tempora?

R. Af. Et quidem apud Tarraconensem et Granatensem ecclesias: hoc vero fundatum erat a Petro Guerrero, Metropol. Granatensi, qui operam dedit ut de Seminariis ad instar suum a S. Syn. instituendis ageretur.

—Quænam in hac parte Trid. mens?

R. «Cum adolescentium ætas, nisi recte instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas; et nisi a teneris annis ad pietatem et religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, nunquam perfecte, ac sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in disciplina ecclesiastica perseveret,» ideo Seminaria erigi jussit. (Sess. XXIII, cap. 18.)

—Quid ergo de Seminariis Sancta Synodus statuit?

R. «Ut singulæ cathedrales, metropolitanæ, atque his majores ecclesiæ, pro modo facultatum, et diœcesis amplitudine certum puerorum ipsius civitatis, et diœcesis, vel ejus provinciæ, si ibi non reperiantur, numerum in collegio ad hoc prope ipsas ecclesias, vel alio in loco convenienti, ab Episcopo eligendo, alere, ac religiose educare, et ecclesiasticis disciplinis instituere teneantur.» (Ib.)

—Quibus ornati esse debent in hoc collegio congregandi?

R. «In hoc vero collegio recipiantur, qui ad minimum duodecim annos, et ex legitimo matrimonio nati sint; ac legere et scribere competenter noverint; et quorum indoles et voluntas spem afferat, eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros. Pauperum autem filios præcipue eligi vult; nec tamen ditiorum excludit, modo suo sumptu alantur, et studium præ se ferant Deo et Ecclesiæ inserviendi.» (Ibid.) Mt.

—Quodnam hujus institutionis objectum?

R. «Hos pueros Episcopus in tot classes, quot ei videbitur, divisos, juxta eorum numerum, ætatem, ac in disciplina ecclesiastica progressum, partim cum ei opportunum videbitur, ecclesiarum ministerio addicet; partim in collegio erudiendos retinebit; aliosque in locum eductorum sufficiet, ita ut hoc collegium Dei ministrorum perpetuum Seminarium sit.» (Ib.) Mt.

—Quid erga exteriorem ipsorum habitum?

R. «Ut vero in eadem disciplina ecclesiastica commodius instituantur, tonsura statim atque habitu clericali semper utentur.» (Ib.) Mt.

—Quænam scientiæ ipsis adiscendæ præscribuntur?

R. «Grammatices, cantus, computi ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam discent: Sacram Scripturam, libros eclesiasticos, homilias Sanctorum, atque Sacramentorum tradendorum, maxime quæ ad confessiones audiendas videbuntur opportuna, et rituum ac cæremoniarum formas ediscent.» (Ib.) Mt.

—Quænam ad spiritualem vitam?

R. «Curet Episcopus, ut singulis diebus Missæ sacrificio intersint; ac saltem singulis mensibus confiteantur peccata, et juxta confessoris judicium sumant Corpus Domini nostri Jesu Christi, cathedrali, et aliis loci ecclesiis diebus festis serviant.» (Ib.) Mt.

—Quænam ad rectam morum institutionem?

R. «Quæ omnia atque alia ad hanc rem opportuna et necessaria, Episcopi singuli cum consilio duorum canonicorum seniorum et graviorum, quos ipsi elegerint, prout

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Spiritus Sanctus suggesserit, constituent, eaque ut semper observentur, sæpius visitando operam dabunt. Discolos, et incorregibiles, ac malorum morum seminatores acriter punient: eos etiam, si opus fuerit, expellendo: omniaque impedimenta auferentes, quæcumque ad conservandum et augendum tam pium et sanctum institutum pertinere videbuntur, diligenter curabunt.» (Ib.)

—«Ad collegii fabricam instituendam, et ad mercedem præceptoribus et ministris solvendam, et ad alendam juventutem, et ad alios sumptus certi redditus erunt necessarii?»

R. «Ultra ea quæ ad instituendos vel alendos pueros sunt in aliquibus ecclesiis et locis destinata, quæ eo ipso huic Seminario sub eadem Episcopi cura applicata censeantur; iidem Episcopi cum consilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Capitulo eligatur; itemque duorum de clero civitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius vero ad clerum pertineat; ex fructibus integris mensæ Episcopalis, et Capituli, et quarumcumque dignitatum, personatuum, officiorum, præbendarum, portionum, abbatiarum, et prioratuum, cujuscumque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerint (1)..... partem aliquam, vel portionem detrahent; et eam portionem sic detractam, necnon beneficia aliquot simplicia, cujuscumque qualitatis et dignitatis fuerint, vel etiam præstimonia, vel præstimoniales portiones, etiam ante vacationem nuncupatas, sine cultus divini, et illa obtinentinm præjudicio, huic collegio applicabunt et incorporabunt: quod locum habeat, etiamsi beneficia sint reservata, vel affecta.» (Ib.)

—«Quod si cathedralium et aliarum majorum ecclesiarum Prælati in hac Seminarii erectione, ejusque conservatione negligentes fuerint, ac suam portionem solvere detractaverint?»

R. «Episcopum, Archiepiscopus, Archiepiscopum, et superiores Synodus provincialis acriter corripere, eosque

(1) Ommittimus longam bonorum applicandorum descriptionem nam hodie in Hisp, mutatis circunstantiis, jam locum non habent.

ad omnia supradicta cogere debeat: et ut quamprimum hoc sanctum et pium opus, ubicumque fieri poterit, promoveatur, studiose curabit.» (Ib.)

—Quomodo computus exigendi?

R. «Rationes autem reddituum hujus Seminarii Episcopus annis singulis accipiat, præsentibus duobus a Capitulo, et totidem a clero civitatis deputatis.» (Ib.)

—Quid deinde ut cum minori impensa hujusmodi scholis instituendis provideatur?

R. «Ut Episcopi, Archiepiscopi, Primates et alii locorum ordinarii scholasterias obtinentes, et alios quibus est lectionis vel doctrinæ munus anne xum, ad docendum in ipsis scholis cogant et compellant,» prouti supra in lectione XXXIII de præbendis officialibus dictu m est (fol. 154).

—Quid autem in ecclesiis amplas di œcéses habentibus?

R. «Possit Episcopus unum vel plura in diœcesi prout sibi opportunum videbitur, habere Seminaria; quæ tamen ab illo uno, quod in civitate erectum et constitutum fuerit, in omnibus dependeant.» (Ib.)

—«Quid postremo, si vel pro unionibus, seu pro portionum taxatione, vel assignatione et incorporatione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam hujus Seminarii institutio vel conservatio impediretur aut perturbaretur?»

R. «Episcopus cum supr a deputatis, vel Synodus provincialis, pro regionis more, pro ecclesiarum et beneficiorum qualitate, etiam supra scripta, si opus fuerit, moderando aut augendo, omnia et singula, quæ ad felicem hujus Seminarii profectum necessaria et opportuna videbuntur; decernere ac providere valeat.» (Ib.)

—Hæc Tridentini disciplina executioni statim in Hispania mandata fuit?

R. Neg. Sed variis de causis ad nostra usque tempora non omnino adimpleta devenit:

1.° Sœculo XVI plures Episcopi Seminaria fundaverunt inter quæ Oscense, Oxomense, Palentinum, Conchense, Urgellense, Turiasonense, Carthaginense (apud Murcia) Gerundense et Barchinonense emicuerunt. Alii vero considerantes difficultatem obtinendi domos pro Seminariis et

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bene dotatos magistros, plura collegia fundaverunt in Universitatibus tunc temporis florentibus. Sic Cuesta Legionensis Episcopus, et Vellosillo Lucensis, ambo Tridentini Patres, collegia pro diœcesanis suis in Complutensi Universitate instituerunt.

2.° Sœculo XVIII labente, grassanteque per Hisp. aliquantulum jansenismo, Episcopi plures Seminaria instituerunt in ædibus quæ fuerunt Societatis Jesu, inter quæ eminet Salmanticense Seminarium.

3.° Nostris denique temporibus *sæcularizata* jam, ut dicunt, juventutis institutione, necessum fuit instituere in omnibus diœcesibus, in quibus nondum erant, inter quæ et ipsa Primatialis Toletana et Metropolitanæ Hispalensis et Compostellana, quæ antea insignia collegia habebant in Universitatibus propriis, non vero Seminaria.

Hodiedum jam Seminaria sunt penes omnes Diœceses.

—Quid de Seminariis *Apostolici ministerii* Bulla?

R. Nihil de institutione et æducatione, sed tantum de assistentia in cathedrali aliisque ecclesiis diebus festis, insuper addens: «Hanc quidem servitii per eos obeundi rationem servari in omnibus Hispaniarum diœcesibus necnon ipsos generalibus dumtaxat *totius cleri* supplicationibus, seu processionibus interesse, volumus et mandamus, sublata quacumque majoris servitii consuetudine, etiam immemorabili, postpositaque etiam quacumque appellatione aut inhibitione.»

Si aliter in constititutionibus mandatum fuerit consulatur ut jubet Smus.

—Quid de Seminariis Trid. Noviss. Concordatum?

R. Art. 28, sic ait «Regiæ Majestatis Catholicæ Gubernium firmo alioquin proposito opportune, et quo citius circunstantiæ id sinant, reque prius cum Apostolica Sede concordata, *Seminaria generalia* instituendi, in quibus latiori, ut par est, modo ecclesiastica studia excolantur; provide pro sui parte curabit, ut Seminaria Conciliaria in diœcesibus ubi nunc desunt sine mora erigantur, quo nempe in posterum nulla in Hispanica ditione ecclesia sit, quæ unum saltem Seminarinm sui cleri educationi sufficiens non habeat.»

«In Seminariis admittentur atque ad normam Sacri Concilii Tridentini informabuntur ac instituentur adolescentes quos Archiepiscopi et Episcopi, pro diœcesium necessitate vel utilitate recipiendos judicaverint. In omnibus vero quæ ad Seminariorum regimen, doctrinam, bonorumque administrationem pertinent, Tridentini ipsius Concilii decreta servabuntur.» (Art. 28.)

—«Si vero novæ diœcesium circumpscriptionis causa duo Seminaria in aliquibus supersint, alterum in principe Episcopatus civitate, alterum in diœcesi agreganda»?

R. «Utrumque conservabitur quamdiu Regio Gubernio atque Episcopis id unanimi consensu utile videatur.» (Ib.)

—Quid de illorum dotatione?

R. «Seminariis Conciliaribus juxta necessitatem et circunstantiarum varietatem intra nonaginta et centum viginti millia argentorum quotannis attribuuntur.» (Art. 35.)

—Quæ ad horum executionum ulteriores dispositiones?

R. Regio decreto annni 1852, die vero 21 Maii Seminaria generalia, seu ut dicuntur *Centralia*, creata sunt Valentiæ, Granatæ, Toleti et Salmanticæ, ad graduum majorum collationem (1), datumque postea collatis consiliis studiorum regimen, quod quidem hodiedum viget; a die 28 Septembris ejusdem anni.

LECTIO LXVI.

DE CLERICIS ORDINANDIS.

—Qua de causa a Domino instituti septem sacri ordinis?

R. «Cum autem divina res sit tam sancti sacerdotii ministerium, consentaneum fuit, quo dignius et majori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesia ordinatissima dispositione plures et diversi essent ministrorum ordines,

(1) Leges Noviss. Recop. (tit. 1.°, lib. XI) latæ anno 1788, quæ in desuetudinem abierunt, hic citare innoportunum foret.
Eodem die 21 Maji ex alio decreto, Theologia ab Universitatibus exulata est.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

qui sacerdotio ex officio deservirent ita distributi, ut qui jam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad majores adscenderent.» (Sess. XXIII, cap. 2.°)

—Tonsura autem est ordo?

R. Neg. Sed dicitur dispositio seu preparatio ad sacros ordines suscipiendas.

—Sacræ vero litteræ de solis presbyteris agunt?

R. Neg. «Nam non solum de sacerdotibus, sed et de diaconis sacræ litteræ apertam mentionem faciunt; et quæ maxime in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent.» (Ib.)

—Loquuntur vero de minoribus?

R. Af. «Et ab ipso Ecclesiæ initio sequentium ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum propria ministeria, subdiaconi scilicet, acolythi, exorcistæ, lectoris, et ostiarii in usu fuisse cognoscuntur, quamvis non pari gradu.» (Ib.)

—Subdiaconatus vero est ordo major?

R. Af. «Nam subdiaconatus ad majores ordines a Patribus, et sacris Conciliis refertur, in quibus et de aliis inferioribus frequentissime legimus.» (Ib.)

—Quid de subdiaconatu in Hisp. disciplina?

R. Concilium Toletanum VIII, anno 653 habitum, Canone vero 6.°, cum doleret subdiaconos aliquos conjugio maritari, sic ait: «Proinde omni excussationum discisso velamine, id præcipimus observari, ut cum idem subdiacones ordinantur, cum vasis (1) ministerii benedictio eis ab Episcopo detur, sicut in quibus ecclesiis vetustas tradit antiqua..., omni penitus ab illis sorde mulierum ac familiaritate remota.»

—Perperam autem egit in hoc Hispana Ecclesia cum disciplinæ generali præiverit?

R. Neg. Nam et a Conciliis et a Sanctis Patribus jam dudum a sœculo IV continentiæ lex subdiaconis imposita erat (2), ut patet ex Canone 33 Concilii Illiberitani: «Placuit

(1) Nota bene tunc temporis ordinationem subdiaconorum nondum factam traditione libri, sed sacrorum vasuum vacuorum traditione.

(2) Errat ergo graviter Cajetanus Cenni in opere suo de *Antiquitatibus Ecclesiæ Hispaniæ*, quarum ipse non *gnarus sed ignarus*

in totum prohiberi Episcopis, presbyteris, diaconibus et *subdiaconibus* positis in ministerio abstinere se a conjugibus et non generare filios (1).»

—Ordo vero sacer est verum sacramentum?

R. Quamvis hoc theologiæ sit, tamen opportet etiam juris canonici perito recordare: «Cum Scripturæ testimonio, apostolica traditione, et Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quæ verbis et signis exterioribus perficitur, gratiam conferri; dubitare nemo debet, ordinem esse vere et proprie unum ex septem sanctæ Ecclesiæ Sacramentis. Inquit enim Apostolus: Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum etc.» (Ib. cap. 3.°)

—Quid ergo de illorum protestantium, kuakerorum vel indifferentistarum erroribus, qui omnes homines sacerdotes esse dicunt?

R. «Quod si quis omnes christianos promiscue Novi Testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet; nihil aliud facere videtur, quam ecclesiasticam hierarchiam, quæ est ut castrorum acies ordinata, confundere; perinde ac si, contra beati Pauli doctrinam, omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Evangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores.» (Ib. cap. 4.°)

—Qui prima tonsura initiandi sunt?

R. «Prima tonsura non initientur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint, et fidei rudimenta edocti non fuerint; quique legere et scribere nesciant; et de quibus probabilis conjectura non sit, eos non sæcularis judicii

passim ostenditur; magna enim levitate in Hispanos Episcopos invehitur ipsos ignorantiæ et præsumptionis accusando? Quid autem ibi præcipiunt Episcopi nostrates nisi quod in tota antiquitate a Patribus dictum et factum invenitur, ut patet ex tota *Distinct.* XXII, et hic laudat Sancta Trid. Synodus?

(1) Dicendum tamen veritatis amore Canonem Tolet. III nondum Arrianis subdiaconis conversis continentiæ legem imposuisse «Compertum est a Sancto Concilio Episcopos, presbyteros et diacononos (tacet de Subdiaconis) venientes ex hæresi carnali adhuc desiderio uxoribus copulari. Ne ergo de cætero fiat» etc. (can. 5).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.» (Sess. XXIII, cap. 4.)

—Ordinandi quid probare esse debent?

R. «Ad minores ordines promovendi bonum a parocho, et a magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant.» (Sess. XXIII, cap. 5.)

—«Hi vero, qui ad singulos majores erunt assumendi?»

R. «Per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui parocho, aut alteri cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publice in ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus et vita a fide dignis diligenter inquirat; et litteras testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat.» (Ib.)

—Ordinandi subjici debent examini?

R. Af. «Sancta Synodus, antiquorum Canonum vestigiis inhærendo, decernit, ut quando Episcopus ordinationem facere disposuerit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur ad civitatem evocentur.» (Sess. XXIII, cap. 7.)

—Quomodo faciendum hoc examen?

R. «Episcopus autem sacerdotibus, et aliis prudentibus viris, peritis divinæ legis, ac in ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi ascitis, ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam et fidem diligenter investiget et examinet.» (Ib.)

—Quænam interstitia in susceptione minorum ordinum sunt observanda?

R. «Minores ordines iis, qui saltem latinam linguam intelligant, per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, conferantur; ut eo accuratius, quantum sit hujus disciplinæ pondus, possint edoceri.» (Sess. XXIII, cap. 11.)

—Debent adscribi Ecclesiæ?

R. Af. «Ac in unoquoque munere, juxta præscriptum Episcopi, se exerceant; idque in ea, cui adscripti erunt, Ecclesia, nisi forte ex causa studiorum absint, atque ita de

gradu in gradum ascendant, ut in eis cum ætate vitæ meritum et doctrina major accrescat, quod et bonorum morum exemplum, et assiduum in Ecclesia ministerium, atque major erga presbyteros et superiores ordines reverentia, et crebrior, quam antea, Corporis Christi Communio maxime comprobabunt.» (Ib.)

—Debent esse ornati scientia?

R. Af. «Cumque hinc ad altiores gradus et sacratissima mysteria sit ingressus, nemo iis initietur, quem non scientiæ spes majoribus ordinibus dignum ostendat.» (Ib.)

—Quod debet esse interstitium inter minores ordines et subdiaconatum?

R. «Hi vero non nisi post annum a susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros ordines promoveantur; nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas, judicio Episcopi, aliud exposcat.» (Ib.)

—Quis in hoc interstitio dispensat?

R. Cum Concilium illam dispensationem arbitrio Episcopi relinquat, illius prudentiæ est de necessitate judicare.

—Qua ratione exercitia minorum ordinum repetenda sunt?

R. «Ut sanctorum ordinum a diaconatu ad ostiariatum functiones, ab Apostolorum temporibus in Ecclesia laudabiliter receptæ, et pluribus in locis aliquandiu intermissæ, in usum juxta sacros canones revocentur, nec ab hæreticis, tamquam otiosæ, traducantur; illius pristini moris restituendi desiderio flagrans Sancta Synodus, decernit, ut in posterum hujuscemodi ministeria non nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur. (Sess. XXIII, cap. 17.)

—Quid hac de re singulos Prælatos hortatur et illis præcipit?

R. «Ut quantum fieri commode poterit, in ecclesiis cathedralibus, collegiatis et parochialibus suæ diœcesis, si populus frequens, et ecclesiæ proventus id ferre queant, hujusmodi functiones curent restituendas, et ex aliqua parte reddituum aliquorum simplicium beneficiorum, vel fabricæ ecclesiæ, si proventus suppetant, aut utriusque illorum, eas functiones exercentibus stipendia assignent.» (Ib.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid si negligentes fuerint?

R. «Ordinarii judicio, aut ex parte mulctari, aut in totum privari possint.» (Ib.)

—«Quod si ministeriis quatuor minorum ordinum exercendis clerici cælibes præsto non erunt?»

R. «Suffici possint etiam conjugati, vitæ probatæ, dummodo non bigami, ad ea munia obeunda idonei, et qui tonsuram et habitum clericalem in Ecclesia gestent.» (Ib.)

—Quænam ætas ad majores ordines requiritur?

R. «Nullus in posterum adsubdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad diaconatus ante vigesimum tertium, ad presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoveatur.» (Sess. XXIII, cap. 12.)

—Omnes indiscriminatim assumi debent?

R. N. «Sciant tamen Episcopi, non singulos, in ea ætate constitutos, debere ad hos ordines assumi; sed dignos dumtaxat, et quorum probata vita senectus sit.» (Ib.)

—Regulares eximuntur ab examine?

R. Neg. «Regulares quoque nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur; privilegiis quibuscumque qaoad hoc, penitus exclusis.» (Ib.)

—Qualis subdiaconi et diaconi ordinatio esse debet?

R. «Subdiaconi et diaconi ordinentur, habentes bonum testimonium, et in minoribus ordinibus jam probati, ac litteris, et iis, quæ ad ordinem exercendum pertinent, instructi. Qui sperent, Deo auctore, se continere posse; ecclesiis, quibus adscribentur, inserviant: sciantque maxime decere, si saltem diebus Dominicis et solemnibus, cum altari ministraverint, sacram Communionem perceperint.» (Sess. XXIII, cap. 13.)

—Quod interstitium subdiaconatum inter et diaconatum?

R. «Promoti ad sacrum diaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere nen permittantur. Duo sacri ordines non eodem die, etiam regularibus, conferantur: privilegiis, ac indultis quibusvis concessis, non obstantibus quibuscumque.» (Ib.)

—Quinam ad presbyteratum assumendi?

R. «Qui pie et fideliter in ministeriis ante actis se gesserint, et ad presbyteratus ordinem assumuntur, bonum habeant testimonium: et hi sint qui non modo in diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesiæ utilitatem ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministraverint; sed etiam ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministranda Sacramenta, diligenti examine præcedente, idonei comprobentur: atque ita pietate ac castis moribus conspicui, ut præclarum bonorum operum exemplum, et vitæ monita ab eis possint spectari.» (Sess. XXIII, cap. 14.)

—Quid curare debet Episcopus?

R. «Ut ii saltem diebus Dominicis, et festis solemnibus; si autem curam habuerint animarum, tam frequenter, ut suo muneri satisfaciant, Missas celebrent. Cum promotis per saltum, si non ministraverint, Episcopus ex legitima causa possit dispensare.» (Ib.)

LECTIO LXVII.

DE TITULO ORDINATIONIS ET CLERICORUM PECULIO VEL PATRIMONIO.

—Quid *tituli ordinationis* nomine intelligitur?

R. Solet definiri *jus quod habet clericus ad congruam sustentationem qua decenter vivere possit*. Sed hæc definitio non omnibus arridet, aliud enim est jus, aliud vero titulus, qui quidem melius dici potest—medium certum, securum et legitimum, quo constat clericum congruam sustentationem ad vivendum habere,

—Est idem titulus ordinationis ac adscriptio ecclesiæ?

R. Neg. Et in hoc falluntnr scriptores qui dicunt antiquis temporibus semper adscriptionem commitatam fuisse ordinationem; erant enim plures exceptionis casus, præsertim ubi ecclesia non habebat reditus ad cleri sustentationem, ut videbimus infra cum de cleri sustentatione.

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Clerici divites ordinabantur in Hispania sine adscriptione ecclesiæ alicui et titulo patrimonii?

R. Af. Et inter alios celebris est casus Sancti Paulini Nolani, qui, sepulta apud Complutum uxore sua Therasia, ordinatus fuit ab Episcopo Barchinonensi, quin illi nec alii ecclesiæ adscriberetur (1).

Certum est tamen ex hoc, quod bene in aliquibus casibus fiebat, irrepsisse abusus, quos et Calchedonenses Canones (2) et S. Leo M. prohibuerunt (3) et in institutionibus juris canonici passim citantur.

—Quid de titulo ordinationis S. Synodus?

R. Lateranensem disciplinam confirmavit et explicavit.

—Disciplina ergo Lateranensis quid de ordinationis titulo habet?

R. Celebre est decretum Lateranensis Concilii sub Alexandro VI, quod etiam in Decretalibus habetur (*cap.* 4 *extra de præbendis*) quod quidem sic ait: «Episcopus si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vitæ percipiat ordinaverit, tandiu ei necessaria vitæ subministret donec in aliqua ecclesia ei convenientia vitæ stipendia militiæ clericalis assignet, *nisi talis ordinatus de sua vel paterna hæreditate subsidium vitæ possit habere.*»

—Invecta fuit ex hoc patrimoniorum novitas?

R. N. «Nam ex Paulini supra citati, Lucinii Bætici et aliorum exemplis apparet clericos patrimonium habentes et ordinationis titulum et vitæ necessaria cœpisse.

---

(1) «Ea conditione in ecclesia Barchinonensi consecrari adductus sum, ut ipsi ecclesiæ non alligarer, in sacerdotium tantum Domini non in locum ecclesiæ dicatus.» Ep. VI ad Severum (De Sancto Paulino in Hisp. vide Florez, *España Sagrada*, vol. VIII, tract. 13.)

(2) Calchedonensis Canon prout habetur apud Gratianum dist. 70, sic ait: «Neminem absolute ordinari jubemus presbyterum neque diaconum, nec quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifeste in ecclesia suæ civitatis, sive possessionis, aut in martirio, aut in monasterio, etc.»

(3) Valentinianus quoque Imperator jussit «ut nullum Episcopi ordinent qui localem se futurum non spoponderit.» Sed hæc Cæsarum leges in ecclesiasticis eruditionis non auctoritatis ergo jam citantur, nam Cæsares plura jusserunt quæ jubere non poterant, falcem mitentes in alienam messim.»

—Quænam sunt S. Syn. verba?

R. «Cum non deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, compertumque sit, complures plerisque in locis ad sacros ordines nullo fere delectu admitti, qui variis artibus ac fallaciis confingunt se beneficium ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere: statuit Sancta Synodus, ne quis deinceps clericus sæcularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia et ætate, ad sacros ordines promoveatur, nisi prius legitime constet, eum beneficium eclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat, pacifice possidere.» (Sess. XXI, cap. 2.)

—Potest clericus ordinatus titulo beneficii resignare hoc beneficium?

R. N. «Id vero beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus; neque ea resignatione admittatur, nisi constito, quod aliunde vivere commode possit; et aliter facta resignatio nulla sit.» (Ib.)

—Quid vero de patrimonii titulo?

R. «Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes, ordinari post hac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate ecclesiarum suarum; eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint: atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sint adepti; vel aliunde habeant, unde vivere possint: antiquorum canonum pœnas super his innovando.» (Ibid.)

—Quænam sunt hæc pœnæ ex antiquis canonibus?

R. Præsertim quæ continetur in decreto Alexandri III ex Lateranensi canone supra citato.

—Quot sunt ergo tituli ordinationis ex Conc. Tridentino?

R. Tres 1.° Beneficium seu aliquid beneficio simile, nempe capellania, vel coadjutoria parochialis perpetua, quæ reditus fixos habeat ad vitam decenter sustentan-

dam juxta synodalem taxam vel consuetudinem legitimam.

2.° Patrimonium, vel etiam pensio fixa super aliquod beneficium statuta et fixa, aut alia quæ etiam ecclesiasticæ conditionis fieri possit, vel ut dicitur *spiritualizari*.

3.° Titulus paupertatis, qui in congregationibus clericalibus, ubi vota solemnia fiunt, dicitur etiam ordinatio ad titulum *mensæ communis*.

—Quid de his omnibus Bulla *Apostolici ministerii*?

R. Nihil de titulis patrimonii et paupertatis, sed tantum de ordinatione titulo beneficii egit, nihilque fere addidit Tridentino Concilio, nisi quod vel ipsis tonsuratis *statim* beneficium detur.

—Quid de titulo qui dicebatur *sufficientiæ*?

R. Inductum fuit ex verbis sequentibus ambiguis, in quibus permittebatur ordinare scholares *quasi in via ad ordines*, «vel quos viderint expedire alicujus ecclesiæ servitio.»

—Ordinatus titulo beneficii in aliena diœcesi, quam synodalem taxam respecturus erat?

R. «Declaramus sufficientiam hujusmodi præfiniendam esse non juxta taxam synodalem, sive morem pro promovendis ad sacros ordines vigentem in loco prædicti beneficii (nisi tamen illud continuam et præcisam residentiam requirat) sed juxta taxam, vel ea deficiente, juxta morem in alio loco domicilii vigentem.» (Art. 5.)

—Quænam ergo hodiedum regula pro constituendis patrimonii titulis?

R. Quæ præscribitur in Regio decreto lato die 30 Aprilis, anni 1852, collatis cum Nuntio Suæ Sanctitatis consiliis, quod quidem sex regulas seu articulos continet:

1.° Diœcesani libere sacros ordines conferent iis qui conditiones habeant in sacris canonibus sancitas.

2.° Reditus annui cujuslibet patrimonii juxta synodales constitutiones non minores erunt centum aureis (*no bajarán de cien ducados*).

3.° Hi reditus constituentur censibus, prædiis vel publici ærarii inscriptionibus (*efectos públicos de la deuda consolidada*).

4.° Hac designatione redituum nulla injuria fiet cæteris

ordinandi fratribus in sua legitima paterna portione, hocque ex processu constabit, quin et propria esse bona illius qui patrimonium constituit.

5.° Patrimonium vero non constituetur nisi pro his qui sacris litteris in universitate vel seminariis operam dant, ætatemque ac cæteras conditiones habeant.

6.° Ordinatus titulo patrimonii parochiæ statim, adscribetur eritque sub parochi manu.

—In quibus irregularitatibus dispensare potest Episcopus.

Cum etiam qui per industriam occiderit proximum suum et per insidias, ab altari avelli debeat; qui sua voluntate homicidium perpetraverit, etiam si crimen id nec ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoveri possit, nec illi aliqua ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeat animarum, conferri liceat; sed omni ordine ac beneficio, et officio ecclesiastico perpetuo careat: si vero homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, ut quis se a morte defenderet, fuisse commissum narretur, quam ob causam etiam ad sacrorum ordinum, et altaris ministerium, et beneficia quæcumque, ac dignitates, jure quodammodo dispensatio debeatur; committatur loci ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu viciniori Episcopo; qui non nisi causa cognita, et probatis precibus, ac narratis, nec aliter, dispensare possit. (Sess. XIV, cap. 7).

V. infra cum *de irregularitatibus* et aliis canonicis pœnis agendum sit.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO LXVIII.

DE ADSCRIPTIONE ECCLESSIÆ, ET RESIDENTIA.

—Residentiæ lex obligat tantum clericis beneficium majus aut curatum habentibus?

R. N. «Cum nullus debeat ordinari, qui judicio sui Episcopi non sit utilis aut necessarius suis ecclesiis; Sancta Synodus, vestigiis sexti canonis (1) Concilii Chalchedonensis inhærendo, statuit, ut nullus in posterum ordinetur qui illi ecclessiæ aut pio loco, pro cujus necessitate aut utilitate assumitur, non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus.» (Sess. XXIII, cap. 16.)

—«Quod si locum in consulto Episcopo deseruerit?»

R. «Ei sacrorum exercitium interdicatur. Nullus præterea clericus peregrinus sine commendatitiis sui ordinarii litteris (2) ab ullo Episcopo ad divina celebranda, et Sacramenta administranda admittatur.» (Ib.)

—Antiqui canones nostri adscriptionem ecclesiæ præcipiebant?

R. Af. Celebris est hac de re Illiberitanus canon 19. «Episcopi, presbyteri et diaconi de locis suis negotiandi causa non discedant nec circumeuntes provincias quæstosas nundinas sectentur etc.»

—Quare eis dabatur licentia mercaturam exercendi?

R. 1.° Quia nondum erant cœ libes: 2.° quia Ecclesia reditus non habebat ad eorum sustentationem: 3.° quia melius erat aliquam industriam exercere quam ostiatim mendicare (3).

—Quid hac de re Toletanum primum?

R. Hoc celebre Concilium (habitum anno Domini 400)

(1) Chalcedonensem canonem vide in lectione præcedenti, fol. 330, nota 2.ª.

(2) Illæ formatæ litteræ hispanicæ *testimoniales* dicuntur.

(3) Mendicat infelix in plateis clericus et servili operi mancipatus publicam a quolibet poscit eleemosynam, qui *ex eo magis despicitur*, quo miser et desolatus juste putatur ad hanc ignominiam devenisse.» (Hieron. ad Rust. Narb. Ep., quæ est in decretis dist. 93. Diaconi sunt etc.)

(1) Toletanum 11 canone 2.° nec pueros in Seminariis educatos a diœcesi discedere et alteri Episcopo communicare sinit.

non tantum depositione multat clericos ad officium quotidianum non accedentes, sed etiam eos qui proprium Episcopum et ecclesiam suam relinquunt.

«Presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel quilibet ecclesiæ deputatus clericus si intra civitatem fuerit, vel in loco in quo ecclesia est aut castello, aut vico, aut villa *et ad ecclesiam ad officium quotidianum non accesserit*, clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem veniam ab Episcopo noluerit promereri.» (Can. V.)

«Item ut liberum ulli clerico non sit discedere de Episcopo suo, et alteri Episcopo communicare (1) nisi forte ei quem Episcopus alius libenter habeat de hæreticorum schismate discedentem...» (Can. 12.)

—Quid in provincia Tarraconensi antiqua disciplina?

R. Duo extant hac de re Valentini canones (anno 546). «Placuit ut vagus atque instabilis clericus sive diaconus, sive presbyter, si Episcopi a quo ordinatus est præceptis non obedierit, *ut in delegata sibi ecclesia officium dependat assiduum*, quousque in vitio permanserit, a communione et honore privetur.» (Canon V.)

«Ut nullus alienum clericum secundum decreta canonum sine consensu Episcopi sui audeat ordinare, sed nec illum sanctorum sacerdotum quispiam ordinet *qui localem sese futurum primitus non spoponderit*, ut per hoc nullus *a regula vel disciplina ecclesiastica* (Nb.) deviare permittatur impune.» (Canon 6.)

—Quid de adscriptione ecclesiæ habet *Apostolici Ministerii* Bulla?

R. Tridentinam hac de re disciplinam supra citatam servare jubet addens insuper: «Quod si qui modo reperiantur vel clericali tonsura jam iniciati vel ad ordines, sive minores sive majores jam promoti, qui nulli certæ ecclesiæ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

adscripti fuerint; Episcopi adscriptionem hujusmodi vel a seipsis, vel a prædecessoribus suis omissam, statim suppleant, non minus quoad omnes in majoribus ordinibus, etiam presbyteratus constitutos, quam quoad eos, qui vel sola prima tonsura, vel minoribus ordinibus initiati beneficium tamen ecclesiasticum possident.» (Art. 2.)

—Datur ibi aliqua prudentialis exceptio?

R. Af. «Cæterum antedictæ adscriptionis executionem differri posse per aliquod temporis spatium, quod ipsis Episcopis conveniens videbitur, permittimus quoad eos qui a diœcesi in qua tonsuram vel ordines susceperunt causa ediscendi litterarum scientias in aliqua publica universitate vel gymnasio, sive ex alia rationabili causa a suo Episcopo approbata vel approbanda absentes reperiantur.» (Ib.)

—Quid de assistentia divinis officiis ex eadem Bulla?

R. «Sed et cum personæ ecclesiasticæ numquam satis in obsequiis supremo Numini exhibendis, iisque præstandis, quæ eorum statui consentanea sunt, exerceri valeant, plurimum in Domino commendamus pium morem in plerisque Hispaniarum diœcesibus vigentem, ut clerici tam in minoribus quam in majoribus ordinibus constituti, atque etiam presbyteri, *tametsi beneficia vel officia ecclesiastica non habentes* (Nb.) superpelliceo induti in ecclesiis quibus adscripti fuerint, Missæ conventuali cum cantu celebratæ, necnon primis et secundis vesperis officii diebus Dominicis aliisque festis assistant. Quin imo enixe hortamur, ut Episcopi aliarum diœcesium in quibus mos ille institutus hactenus non fuerit, id in posterum servari curent in omnibus.» (Art. 7.)

—Quid etiam de assistentia collationibuslitterariis, quæ vocantur vulgo *conferencias morales*?

R. Sequitur dicens: «Ac insuper satagant, ut omnes ecclesiastici prædicti etiam collationibus habendis coram parochis suis, vel aliis ab Episcopo deputatis super casibus conscientiæ forum concernentibus et super ritibus ac cæremoniis sacris intersint.» (Ib.)

—Quid hac de re civiles leges?

R. Titulus XV, libri primi, Noviss. Recopilationis, octo leges hac de re continet:

1.ª Ut extranei beneficia in Hispania non habeant, vel si obtinent illa resideant.

2.ª Ut parochi beneficia sua resideant: hæc duæ a Carolo V, Imp. latæ sunt.

3.ª et 4.ª Caroli III sunt et residentiam clericis injungunt.

5.ª Ferdinandi VI jubentis clericos supplicantes (*pretendientes*) statim a Regia curia abire. In aliis tribus jubetur a fratre suo Carolo III, clericos ad Regiam curiam non venire sine Regis ipsius licentia, nec etiam prætextu commissionis vel negotiorum suarum ecclesiarum aut capitulorum.

—Hæc leges sunt in observantia?

R. N. Quamvis etiam in nuperis annis renovatæ, et forsan justæ sint; nam difficile est eas cum aliis politicis legibus vigentibus conciliare, quibus unicuique libertas personalis conceditur.

Notandum vero his legibus Hispanos Reges non contra nec præter jus, sed potius secundum jus præcepisse, quo in casu leges ab ipsis ad ecclesiasticam disciplinam servandam non censentur graves.

—Ad quid ergo in praxi deserviunt?

R. Ad impetrandum auxilium sæcularis brachii contra clericos gyrovagos, vel negligentes, qui ab ordinariis suis et ab stricta disciplina fugientes, vel Regiam curiam, vel civitates populosas adeunt sub quolibet prætextu, ut eorum vitia vel ignaviam facilius tegere possint.

—Quid hac de re noviss. concordia?

R. «Gravi attenta circunstantiarum immutatione cui ob præteritas rerum publicarum vicissitudines atque hujus etiam conventionis occassione, hispanus clerus obnoxius est, Summus Pontifex et Regia Majestas, pro suæ quisque parte consentiunt nullam dignitatem, canonicatum aut beneficium, quod personalis residentiæ onus adjunctum habeat, iis fore conferendum, qui cujuscumque muneris aut officii causa alibi teneantur assidue residere: nec contra ullum ex hujusmodi muneribus aut officiis, his demandandum qui aliquod ex prædictis beneficiis possideant, ni forte suorum, vel alterum dimittant: quæ proinde officia et be-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

neficia deinceps incompatibilia prorsus erunt.» (Art. 19.)

—Datur aliqua exceptio?

R. Af. In obsequium sex capellanorum Regiorum, prouti supra dictum est Lect. LIII, fol. 248.

LECTIO LXIX.

DE PRIVILEGIO FORI SEU IMMUNITATE PERSONALI.

—Quotuplex est immunitas ecclesiastica?

R. Triplex, personalis, localis et realis: personalis potius *forum* dicitur.

—Quid est ergo forum?

R. Variæ sunt hujus verbi significationes.

1.° Dicitur forum subjectio alicui jurisdictioni, quo sensu aliquid pertinere ad forum externum, vel ad forum ordinarium exprimitur.

2.° Significat collectionem legum: sic dicitur *Forum Judicum* (*Fuero Juzgo*, *Fuero Real*, *Fuero de Vizcaya*).

3.° Dicitur etiam pro exemptione a jurisdictione ordinaria, quo sensu qui exemptione gaudet vulgariter dicitur habere forum.

4.° Forum etiam dicitur locus ubi justitia administratur ac lites audiuntur: per synecdochem significat etiam usum jurisprudentiæ in advocatia et potestate judiciaria exercendis: Hispanice in primis casibus dicitur *el fuero*, locus vero *el foro*.

—Quotuplex est forum?

R. Idem ac jurisdictio: dividitur ergo:

1.° In internum seu sacramentale, et externum.

2.° In voluntarium et contentiosum.

3.° Ordinarium et exemptum.

4.° Civile et criminale.

Raro autem dicitur forum voluntarium et contentiosum, sed potius jurisdictio voluntaria vel contentiosa. E contra

raro dicitur jurisdictio interna et externa, sed potius forum internum vel externum.

—Est idem forum ac immunitas personalis clericorum?

R. Af. In sensu quo clerici a civili potestate judiciaria exempti sunt in aliquibus: sed fori significatio latior est ut patet ex dictis. Ecclesia tempore persecutionum forum in sensu stricto habere non poterat, sed potius lites inter christianos ex æquo et bono finiebantur juxta consilium Apostoli (1). Sed in criminalibus etiam persecutionum tempore suum forum habuit Ecclesia cum hoc juris divini in sua essentia sit. Denique medio ævo forum ecclesiasticum jurisdictionem suam porrexit ad plures causas civiles, non tamen ex ambitu vel inmixtione, sed potius ex charitate.

—Quomodo probatur Ecclesiam in hac parte ex charitate operasse?

R. 1.° Quia judices sæculares ex barbaris gentibus cum essent rudes et illiterati, arma gestabant, sed justitiæ administrationem penitus ignorabant. Unde Conciliis nostris adesse ipsis jussum fuit ut discerent judicare (2).

2.° Quia pluribus in regionibus nec vix leges erant, nec tribunalia quæ justitiam administrarent: justitiam ergo e luto et pulvere levavit ecclesia, quin eam nemini tolleret, cum non esset cui tolleretur.

3.° Quia ad miserabiles personas eam protrahebat contra præpotentium violentias, in quo ex charitate agebat, et humanitati et veræ libertati favebat, unde non ex ambitu.

—Quænam est origo historica fori ecclesiastici?

R. Ecclesia ex Evangelii principiis lites et forum abhorret. Unde Jesus dixit (3): «Ei qui vult tecum judicio contendere et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium.»

—Est ergo immunitas personalis clericorum, seu forum, juris divini?

R. Af. Ex Concilio Tridentino, qui expresse principibus christianis eam commendavit confidens eos non solum eccle-

---

(1) 1.ª Corint. 6 v. 4: «Contemptibiles in Ecclesia... constituite ad judicandum.

(2) Tolet. III, can. 18: «Judices vero locorum... simul cum sacerdotali consilio in unum conveniant... ut discant etc.»

(3) Math. 5, v. 40.

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

siam defensores, sed «nec permissuros, ut officiales, aut inferiores magistratus, ecclesiæ et personarum eclesiasticarum immunitatem, *Dei ordinatione*, et canonicis sanctionibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu inconsideratione aliqua violent; sed una cum ipsis Principibus debitam sacris Summorum Pontificum et Conciliorum constitutionibus observantiam præstent.» (Sess. XXV, cap. 20.)

—Quas pœnas induxit Concilium Tridentinum contra violatores immunitatis personalis seu fori?

R. Non novas induxit, sed existentes renovavit sequentibus verbis «Decernit itaque et præcipit, sacros canones et Concilia generalia omnia, nec non alias apostolicas sanctiones, in favorem ecclesiasticarum personarum, libertatis ecclesiasticæ, et contra ejus violatores editas, quæ omnia præsenti etiam decreto innovat, exacte ab omnibus observari debere.» (Ib.)

—Quibus rationibus admonet Concilium Imperatores, Reges, Principes cæterosque ut Ecclesiæ immunitatem venerentur?

R. «Ut quo largius bonis temporibus, atque in alios potestate sunt ornati, eo sanctius, quæ ecclesiastici juris sunt, tamquam Dei præcipua, ejusque patrocinio tecta, venerentur; nec ab ullis baronibus, domicellis, rectoribus, aliisve dominis temporalibus, seu magistratibus, maximeque ministris ipsorum Principum, lædi patiantur; sed severe in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque jurisdictionem impediunt, animadvertant; quibus etiam ipsimet exemplo ad pietatem, religionem, ecclesiarumque protectionem existant; imitantes anteriores optimos religiosissimosque Principes, qui res ecclesiæ suæ in primis auctoritate ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorum injuria vindicarunt.» (Ib.)

—Quodnam est objectum hujus immunitatis seu privilegii fori juxta Tridentinum?

R. «Adeoque ea in re quisque officium suum sedulo præstet: quo cultus divinus devote exerceri, et Prælati, cæterique clerici in residentiis et officiis suis, quieti, et sine impedimentis, cum fructu et ædificatione populi, permanere valeant.» (Ib.)

—Consonat hæc ratio juri civili?

R. Af. Imperatores enim Leo et Anthemius prohibuerunt clericos et monachos extra provinciam suam citare, ne ecclesiarum cultus propter clericorum absentiam pateretur. Inde Justinianus (Novela 79, cap. 1.º et 2.º) monachos etiam et virgines Deo sacratas in causis pecuniariis, ante Episcopum citari jussit. Denique Imperator ipse, rogante Memna Constantinopolitano Patriarcha, clericis omnibus idem privilegium indulsit (Novela 83). Has leges, hæc privilegia Pelagius II in disciplinam versit (Can. 15, causa 11, q. 1.ª)

—Quid hac de re Hispanicæ leges?

R. Rex Ildephonsus X, cognomento Sapiens, in Partitarum legibus Justinianeam jurisprudentiam in medium revocat, eam Principum favori tribuens (1).

—Ergo non jure divine sed voluntate Principum personalis immunitas inducta est?

R. N. Inter verba Tridentini immunitatem jure divino inductam declarantis, et verba legis imperiali voluntati eam quasi favorem tribuentis, electio catholico dubia non est. Ad concilianda vero Concilii cum historia et jure civili verba, in casu gravi, dici potest:

1.º Immunitatem in spiritualibus et mere eclesiasticis esse juris divini primarii: immunitatem in temporalibus et mixtis esse juris divini tertiarii, et derivatam a jure primario ex æquitate, et logica consequentia.

2.º Ex eo quod ecclesiasticæ personæ non semper immunitatem habuerint non infertur quod eam non debuerint habere, sicuti ex eo quod illa careant, in parte vel in totum, apud aliquas gentes, non debet inferri quod ea non debeant gaudere.

3.º Principes qui eam non servarunt, nec in posterum servabunt, rationem reddent, vel reddiderunt, hac de causa illi qui dixit: «*Ego judicantes judicabo.*»

4.º Denique Rom. Pont. gratissimus Pius IX inter hodiernos errores hos in Syllabo condemnavit: Ed. V. la pag. 582 y 583.

(1) «Franquezas muchas han los clérigos más que otros omes tambien en las personas como en las cosas, *é esto les dieron* los Emperadores, é los Reyes, é los otros señores de las tierras por honra é por reverencia de la Santa Iglesia, é es *grand derecho* (Nb.) que las ayan... (Ley 50, tít. 6.º, p. 1.ª)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid in confirmationem primæ thesis nostri Tridentini Patres?

R. Sapientissimus Pater Didacus Covarrubias, Segoviensis Episcopus et clarissimus Tridentinus Pater, his opportunissimis verbis quæstionem solvit (Pract. quæst., cap. 31.): «In his quæ vere et proprie spiritualia et ecclesiastica sunt, clerici a potestate et jurisdictione Principis sæcularis jure Divino eximuntur. In rebus temporalibus et in criminalibus quæ spiritualia non attinent clerici et eorum res non sunt jure divino a jurisdictione Principum sæcularium exempti (1).

—Quænam sunt apud nos prima ecclesiasticæ immunitatis monumenta?

R. Vix data a Recaredo Hispanæ Ecclesiæ pace Concilium Toletanum III, can. 21, immunitatem realem decrevit, ut dicetur infra. Toletanum IV sub Isidoro, can. 47, sic ait: «Præcipiente Domino atque excellentissimo Sisenando Rege, id constituit Sanctum Concilium, ut omnes *ingenui clerici* (2), pro officio religionis, ab omni publica indictione atque labore habeantur immunes, ut liberi Deo serviant, nullaque præpediti necessitate ab ecclesiasticis necessitatibus retrahantur.»

Attamen in criminalibus, et præsertim perduellionis et aliis gravioribus delictis, wisigothici clerici forum non habebant (3).

—Quo tempore cœperunt habere exemptionem in criminalibus?

R. Prima monumenta referuntur ad sæculum XI pro utraque et Cantabrica et Pirenaica restauratione.

—Quid pro parte Cantabrica seu potius Legionensi.

---

(1) Hanc quæstionem latius juris canonici tiro videbit in opere Card. Soglia., cum enim nostrum tantum sit Tridentinos et Hispanicos canones concinare, supervacaneum foret hic hanc quæstionem mere theoreticam recoquere.

(2) Non omnes clerici erant ingenui, nam aliqui ordinabantur *e familia ecclesiæ*; id est liberti erant, vel libertorum filii.

(3) Episcopi perduellionis rei aliique clerici in gravibus criminibus a Regibus wisigothicis etiam capite plectebantur. Ita Rex Wamba cum rebellibus Narbonensibus prælatis.

R. Concilium Cojacense, quod etiam civilium curiarum vim habuit, anno 1050 (vulgo *Córtes de Valencia de D. Juan*) hunc celeberrimum nomocanonem sancivit: «In tertio autem titulo statuimus ut omnes ecclesiæ et clerici sint sub jure sui Episcopi, nec potestatem aliquam habeant super ecclesias aut clericos laici.»

—Quid pro Pirenaica restauratione?

R. In Jacensi Concilio, anno 1060, pro Aragonia et Navarra, sic sancitum fuit: «Statuimus etiam ut causæ clericorum, pro quibus hucusque Ecclesia nostris in partibus gravata non modicum extiterat, deinceps Episcopo solo et archidiaconibus ejus discutiendæ relinquantur, ut indebita circa eos sæcularium cupiditas nostro cauteriata judicio in talibus prorsus resecetur, et secundum normam justitiæ suum cuique jus conservetur.»

Cumque huic Concilio etiam Rex Ranimirus adstiterit prout nomocanon etiam pro illis partibus habebatur.

—Canones hi novam inducebant disciplinam vel jam stabilitam indicabant?

R. Saltem in Aragonia instituta antea videtur, conquæritur enim nomo canon de «*gravaminibus non modicis*»: *gravamen* autem (vulgo *agravio*) legem præexistentem violatam supponit (1).

—Quæ requiruntur jure Tridentino ad habendum forum?

R. Ut quis sit prima tonsura insignitus, beneficium clericale habeat et ætatem quatuordecim annorum, ut patet ex verbis Concilii. «Nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere.» (Sess. XXIII, cap. 6.°)

—Sufficit tonsuram clericalem accepisse ut quis fori privilegio gaudeat?

R. Neg. Sequitur enim Concilium dicens: «Is etiam fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum et tonsuram deferens, ali-

---

(1) Casus autem in quibus clerici ex nostris legibus canonis privilegio non gaudent, require infra in lectione de foro competenti, cum de judiciis in fine libri agendum sit.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cui ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviat; vel in Seminario clericorum, aut in aliqua schola vel universitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad majores ordines suscipiendos versetur.» (Ib.) Mt.

—Quid Synodus de clericis conjugatis?

R. «In clericis vero conjugatis servetur constitutio Bonifacii VIII, quæ incipit, *Clerici, qui cum unicis*; modo hi clerici, alicujus ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem ecclesiæ serviant vel ministrent; et clericali habitu et tonsura utantur; nemini, quoad hoc, privilegio, vel consuetudine, etiam immemorabili, suffragante.» (Ib.)

—Quid continet citata constitutio a Concilio Tridentino renovata?

R. «Clerici qui cum unicis et virginibus contraxerunt si tonsuram et vestes deferant clericales privilegium retineant canonis ab Innocentio II, prædecessore nostro editi in favorem totius ordinis clericalis etc.»

Prohibet deinde hos clericos conjugatos trahi ad sæculare judicium.

—Gaudet canonis privilegio qui in fraudem ordinatur?

R. Vide quæ cap. 4.°, sess. XXIII, «supra laudatæ cum de ordinatione, fol. 325, et etiam, fol. 85 et 86 dicta sunt.

—Quid hac de re Hispanicæ leges?

R. Plures hac de re congestæ sunt in titulo X, libri I, Noviss. Recop., qui 17 leges continet hac de re. Variis earum clericis arma portare vetatur. In aliis Philippus II Concilii Trid. hac de re obsequentiam præscribit: observantia Concordati anni 1737 in hoc casu præscribitur, denique regulæ pro exemptione militaris servitii (1), erga tonsuratos dantur, quæ jam usu ceciderunt.

—Quid ergo hac de re Concordatum anni 1737?

R. Cum plures tonsuram acciperent sine vocatione ut tributa non solverent nec exercitui adscriberentur, injunxit ut tales clerici si intra annum sacros ordines non accipe-

(1) Artículos 76 y 77 de la ley de reemplazos Real órden de 14 de Enero de 1851. It. de 11 y 18 de Diciembre de 1861. It. circular del ministerio de la Gobernacion de 6 de Febrero de 1863.

rent ut pote iu fraudem status agentes immunitate non gauderent.

Cum vero hæc jam in desuetudinem abierint, et tonsurati hodiedum his legum antiquarum beneficio careant erga tributorum solutionem et militiæ adscriptionem, supervacaneum est verba illa citare.

—Quinam hodiedum excipiuntur a militari conscriptione?

R. Ex Regio decreto, 1837, et aliis, excipiuntur missionarii ad Marianas seu Philippinas insulas, et etiam ei qui adscribuntur in domibus Scholarum piarum (*Escolapios*), et Sancti Vincentii a Paulo clerici missionarii, ex declaratione lata die 6 Februarii. anni 1863.

—Quid vero de cæteris?

R. Ex Regio decreto dato die 15 Julii 1858, jubetur non promoveri ad sacros ordines qui non subierint sortem pro militari conscriptione, ab eaque liberi sint vel cautionem præstent ne alii pro illis militarem cingulum capere teneantur.

LECTIO LXX.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

—Quid de vita clericorum tradit S. Synodus?

R. «Nihil est, quod alios magis ad pietatem, et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt, cum enim a rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur; in eos, tamquam in speculum reliqui oculos conjiciunt, ex iisque sumunt quod imitentur. Quapropter sic decet omnino clericos in sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil, nisi grave, moderatum ac religione plenum præ se ferant; levia etiam delicta, quæ in ipsis ma-

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

xima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem.» (Sess. XXII, cap. 1.° de Ref.)

—Sancta Syn. aliquid novi hac de re decrevit?

R. N. Sed tantum in eodem capite antiquam disciplinam accurate servari jussit his verbis: «Cum igitur quo majore in Ecclesia Dei et utilitate et ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sint observanda; statuit Sancta Synodus, ut quæ alias a Summis Pontificibus, et a sacris Conciliis de clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, comessationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscumque criminibus, necnon sæcularibus negotiis fugiendis copiose ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum eisdem pœnis, vel majoribus, arbitrio ordinarii imponendis, observentur: *nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat*. Si qua vero ex his in desuetudinem abisse compererint, ea quamprimum in usum revocari, et ab omnibus accurate custodiri studeant: non obstantibus consuetudinibus quibuscumque; ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas, Deo vindice, pœnas persolvant.» (Ibid.)

—Ergo non datur appellatio in his negotiis?

R. Af. Hæcque tantum admittitur in effectu devolutivo, non in suspensivo, ut patet ex allatis verbis, «nec appellatio executionem hanc... *suspendat*.» Cum enim harum ommissio scandalum pariat hujus occassio quam citius tollenda est.

—Quænam sunt hæc Pontificia et Conciliaria decreta quæ in hoc capite a S. Syn. laudantur et renovantur?

R. Plura citari solent, sed præsertim quæ continentur in libro tertio Decretalium toto titulo de vita et honestate clericorum, pariterque in extravagantibus et Clementinis. Sed præter hæc non abs re erit cognoscere quid hac de causa ab Hispanis Patribus dictum sit, circa habitum, incessum, negotiationes, aleas, familiam, cæteraque in hoc Concilii capite indicata.

—Quid de habitu clericali in antiqua nostra disciplina?

R. Luculentissimis verbis eam describit S. Isidorus, Hispanæ Ecclesiæ lumen, in libro aureo suo de *Ecclesiasticis officiis* (1). «His igitur lege Patrum cavetur ut a vulgari vita

seclusi a mundi voluptatibus sese abstineant: non spectaculis, non pompis intersint: convivia publica fugiant, privata non tantum pudica sed et sobrie colant. Usuris nequaquam incumbant, neque turpes occupationes lucrorum...

Non vagis oculis, non infrœni linguæ aut petulanti tumidoque gestu incedant, sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant. Obscœnitatem etiam verborum sicut et operum penitus execrentur. Viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant contubernia fœminarum extranearum nullatenus appetant.»

—Quotuplex est tonsura clericalis?

R. Duplex, una quæ Sancti Petri, alia quæ Sancti Pauli dicebatur.

—Qua tonsura utebatur ecclesia Hispana?

R. Tonsura quæ dicebatur *Sancti Pauli*, qua superior capitis pars in magnam coronam, et inferior capillorum in circuli formam tondebatur, quomodo mendicantes hodiedum fratres ferre solent. Hac de causa S. Isidorus: «Quod vero detonso superius capite inferius circuli corona relinquitur sacerdotium regnumque Ecclesiæ in his existimo figurari... Corona autem *latitudo aurei est circuli*, quæ regum capita cingit (2).»

—Quare hac tonsura catholici clerici utebantur?

R. Ut ab arrianis clericis distingui etiam exterius possent, ut patet ex canone 33, Toletani IV.

«Omnes clerici vel lectores, sicut levitæ et sacerdotes, detonso superius toto capite inferius solam circuli coronam relinquant, non sicut hucusque in Galliciæ partibus facere lectores videntur, qui prolixis, ut laici, comis, in solo capitis apice modicum circulum tondent. *Ritus enim iste in Hispania* hucusque hæreticorum fuit (3).

---

(1) De ecclesiasticis officiis, lib. 2.°, cap. 2.°

(2) (Ibidem, cap. seq.) Coronas autem visigothorum Regum circulum aurum tantummodo fuisse apparet ex his, quæ, e Toletano Thesauro ap. Guarrazar nuper inventis, Parisium raptim ductæ sunt, et in Musæo Cluniacensi servantur.

(3) Hodie autem cum nec arrianæ significationis, nec vanitatis periculum sit, ad hunc tonsuræ clericalis usum a medio ævo iterum ventum est. Præterea canon Barchinon., an. 540 ait: «Ut nullus clericorum comam nutriat aut barbam radat.»

—Quid de clericalibus vestibus S. Synodus?

R. «Quia vero, etsi habitus non facit monachum, oportet tamen clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant; tanta autem hodie aliquorum inolevit temeritas, religionisque contemptus, ut propriam dignitatem, et honorem clericalem parvipendentes, vestes etiam deferant publice laicales, pedes in diversis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus: propterea omnes ecclesiasticæ personæ, quantumcumque exemptæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualiacumque ecclesiastica obtinuerint, si postquam ab Episcopo suo, etiam per edictum publicum, moniti fuerint, *honestum habitum clericalem*, illorum ordini et dignitati congruentem, et juxta ipsius Episcopi ordinationem, et mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio et beneficio ac fructibus, reditibus, et proventibus ipsorum beneficiorum; necnon, si semel correpti, denuo in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum, et beneficiorum hujusmodi coerceri possint, et debeant: juxta constitutionem Clementis V in Concilio Viennensi editam, quæ incipit: *Quoniam*, innovando et ampliando.» (Sess. XIV, cap. 6 de Ref.)

—Mendicitas licet clericis?

R. N. Nam de ea conquæritur S. Hieronymus, et Tridentina Synodus item sic ait: «Cum non deceat eos qui divino ministerio adscripti sunt cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere etc. (Sess. XXI, cap. 2 de Ref.) V. supra lect. LXVIII, fol. 334.

—Quid circa honestatem moresque tradit S. Synodus?

R. Vide etiam quæ de clericis ordinandis dicta sunt supra, lect. LXVI, fol. 326.

—Clerici possunt matrimonium contrahere?

R. N. «Si quis dixerit clericos in sacris ordinibus constitutos, vel regulares, castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege ecclesiastica vel voto; et oppositum nil aliud esse, quam damnare matrimonium, posseque omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiamsi eam voverint, habere donum; anathema sit: cum Deus id recte petentibus non deneget, nec patiatur nos supra id quod possumus tentari.» (Sess. XXIV de Ref. matrim., can. 9.) Mt.

—Est autem melior cœlibatus clericalis quam status conjugalis?

R. «Si quis dixerit statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cælibatus, et non esse melius ac beatius manere in virginitate aut cælibatu (1) quam jungi matrimonio; anathema sit.» (Ib. can. 10.) Mt.

—Quid vero de clericis qui inhoneste vivunt?

R. Vide infra in lectione de delictis clericorum, in parte ultima cum de pœnis et delictis agendum est.

—Quid de cohabitatione fœminarum, etiam honestarum, cum clericis antiqui nostri canones?

R. Concilium Illiberitanum sic ait: «Episcopus vel quilibet clericus alius aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo tantum secum habeat; extraneam vera nequaquam secum habeat.» (Can. 27).

Epistola Syricii Papæ, anno 385, Himerio Tarraconensi, in collectione Hispana inclusa, cap. 12, Nicænos hac de re canones inculcat (2).

Denique Bracharensis Syn. disciplinam ampliavit juxta Nicænam et Syricianam sanctiones.

—Toleratur hodiedum cohabitatio clericorum et mulierum non propinquarum?

R. Af. Sed ex verbis et cum conditione in Nicæno canone appositis *«vel eas solas personas quæ suspicionem effugiunt.»* (3)

—Quid de negotiationibus et comercio ex antiquis nostris canonibus?

---

(1) De cœlibatu cleri catholici ejusque utilitatibus. V. Balmes in aureo opusculo suo dicto *el celibato del clero*

(2) «Subintroductam habere mulierem præterquam utique matrem vel sororem, vel amitam, vel eas solas personas quæ suspicionem effugiunt.» (Nicæn. 1, can. 3.)

(3) In tabulis Nunciaturæ Apost. apud Hisp., juxta trasactionem cum Nuntio Fachenetti, continetur inter alias dispensatio *ad habendam famulam.* (60 rs.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Celebris est canon Illiberitanus, qui quidem sic ait: «Episcopi, presbyteri et diaconi de locis suis negotiandi causa non discedant nec circueuntes provincias quæstosas nundinas sectentur.» (Can. 19.)

—Ergo licebat eis negotiis mercaturæ implicari?

R. Af. Nam tunc conjugati erant, ecclesiaque reditus non habebat, meliusque erat eos negotia sectari, quam mendicare, ut ait Episc. Mendoza in hujus canonis expositione. Unde sequitur canon dicens: «Sane ad *victum sibi comparandum* aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut quemlibet mittant; et si voluerint negotiari intra provinciam negotientur.» (Ib.)

—Licebat vero eis usuras accipere?

R. N. Canon enim sequens ait: «Si quis clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit degradari et abstinere.» (Can. 20.)

—Quid posterioribus canonibus?

R. Tarraconensi Concilii, canon 2, sic ait: «Sicut canonum statutis firmatum est, quicumque in clero esse voluerit emendi vilius, vel vendendi carius studio non utatur: certe si volnerit hæc exercere cohibeatur a clero.

—A quibus aliis debent abstinere clerici?

R. Ab spectaculis theatralibus et sanguinolentis, præsert imque ab agitatione taurorum, (Hispaniæ nostræ infame impiumque dedecus) choreis, aleis, venatione strepitosa, et forsam a quibusdam politicis negotiis, cum caritate sancta difficulter conciliandis, nam «nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus» (2.ª ad Tim. 2).

PARS SEPTIMA.

De cleri cultusque sustentatione.

LECTIO LXXI.

DE OBLATIONIBUS ET ELEEMOSYNIS.

—Clericis debetur sustentatio jure divino?

R. Af. Et patet ex verbis ipsis Jesu Domini in Evangelio dicentis: «Dignus enim est operarius cibo suo (Math, 10, v. 10) vel «mercede sua,» ut ait alius (Luc. 10-7). His adduntur verba Apostoli ad Corinthios. «Quis militat suis stipendiis unquam?» etc. quæ et sequentia verba, bene nota sunt (1 Cor. 9, v. 7). Debetur etiam jure naturali nam qui sentit commodum sentiat incommodum, sententiæque Evangelii et Pauli ex æquitate et derivatione juris naturalis adducuntur, ut patet ex verbis ipsis.

Ergo ex utroque jure Divino, et naturali et possitivo, patet sustentationem cleri catholici esse *obligatoriam in essentia* populo christiano, neutiquam vero *arbitrariam vel pactitiam*, ut fert modernus error.

—Quare dicitur *in essentia*?

R. Quia ex jure divino nulla forma fixa inducta est, sed hanc inducit Ecclesia pro temporum, locorum et aliarum circunstantiarum varietate.

—Quænam sunt præcipuæ formæ sustentationis?

R. 1.º Oblationes et eleemosynæ velut spontaneæ donationes, quibus et Christus et Apostoli vixerunt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2.° Decimæ et primitiæ non ut largitiones, sed ut præstationes ab Ecclesia præceptæ.

3.° Reditus ex prædiis, cæterisque bonis fixis et stabilibus, movilibus, immovilibus vel semoventibus, census, pensiones et cætera, sive in communi possessa, seu in beneficia et portiones distributa.

4.° Subsidium vel subventio ab ærario publico collatum, titulo compensationis, ut plurimum, pro expilatis Ecclesiæ prædictis bonis et reditibus.

5.° Obventiones et alia caritativa subsidia, vel pro supplenda tenuitate redituum et subventionis, vel etiam pro sustentando cultu cleroque ubi populus pauper alio modo subvenire nequit.

—Quid oblationis nomine intelligitur?

R. Liberalitas, ex amore Dei, Ecclesiæ sponte collata.

—Quotuplices sunt oblationes?

R. Ad altare et extra altare: primæ ad Missæ sacrificium sacrave celebranda ferebantur, veluti panis, vinum, oleum vel cera: aliæ vero ad Ecclesiæ, Episcopi. Cleri, pauperumque sustentationem.

—Quid Ecclesiæ Hispanæ canones de oblationibus?

R. Percelebres sunt hac de re Illiberitani canones. «Episcopum placuit ab eo qui non communicat (id est ab excommunicato) munus accipere non debere.» (Canon 28.)

—Quid de oblationibus Baptismi tempore?

R. «Emendari placuit (1), ut qui baptizantur ut fieri solebat, nummos in concham non mittant, ne sacerdos quod gratis accepit pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus vel clericis.» (Can. 48.)

—Prohibetur hic omnino oblatio ratione Baptismi?

R. N. Et, meo judicio, parum recte hic canon interpretatus est a pluribus juris canonici peritis, præsertim jansenismum sapientibus, qui ex eo ansam arripiunt ut contra oblationes et obventiones divagari possint. Nam canon prohibet mittere nummos in concham, quod quidem sordi-

(1) Hic canon a Gratiano citatur Causa 1.ª q. 1.ª cap. *Emendari.*

dum erat et absonum administrationi Sacramenti (1). E contra canon 7, Brachar. II, sic ait: «Placuit ut unusquisque Episcopus per ecclesias suas hoc præcipiat, ut hi qui infantes suos ad baptismum offerunt, *si quid voluntarie pro suo offerunt voto*, suscipiatur ab eis; si vero per necessitatem paupertatis aliquid non habent quod offerant, nullum illis pignus tollatur a clericis etc.» Qui canon apud Gratianum est.

—Hæ oblationes in ecclesia abundabant?

R. Af. Ita ut fervens fidelium charitas hoc medio potissimum Dei cultum ejusque ministros ac pauperes sustentaret, tali modo ut ethnicis ipsis invidiam pareret (2).

—Quomodo distribuebantur ex antiqua disciplina nostra?

R. «Placuit ut si quid ex collatione fidelium aut per festivitates martyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur apud unum clericorum fideliter colligatur, et constituto tempore, aut semel, aut bis in anno, inter omnes clericos dividatur. (Conc. Brac. 1, can. 21.)

—Quid hac de re in hodierna disciplina?

R. Ad eam referuntur quæ de quæstoribus eleemosynariis dicuntur, nam quæ de juribus parochialibus, stipendio Missæ et aliis hujusmodi citantur, potius ad obventiones et jura referenda sunt.

—Quid de Missæ stipendio S. Synodus?

R. «Ut multa paucis comprehendantur, in primis, quod ad avaritiam pertinet, cujusvis generis mercedum conditiones, pacta, et quidquid pro Missis novis celebrandis datur; necnon importunas, atque illiberales eleemosynarum exactiones, potius quam postulationes, aliaque hujusmodi quæ a simoniaca labe, vel certe a turpi quæstu non longe absunt, omnino prohibeant.» (Sess. XXII, Decreto de observandis et vitandis in sacrificio Missæ.)

—Quid de quæstoribus eleemosynariis?

(1) Sic ex gr. pœnitens confessori nummos dare pro celebrandis Missis potest, sed eos tradere confessionis tempore et in ipso pœnitentiæ tribunali et sordidum et inurbanum est, nam pretio dari absolutio videtur quæ gratis revera datur.

(2) Ammianus Marcellinus lib. 28 histor. suæ, ethnico more in oblationes Pontificibus christianis factas invehitur.

Quæstores vero eleemosynarii, qui etiam quæstuarii vulgo dicuntur, &c. v. la pag. 583

R. «Cum multa a diversis antea Conciliis, tam Lateranensi ac Lugdunensi, quam Viennensi, adversus pravos eleemosynarum quæstorum abusus remedia tunc adhibita, posterioribus temporibus reddita fuerint inutilia; potiusque eorum malitia ita quotidie magno fidelium, omnium scandalo et querela excrescere deprehendatur, ut de eorum emendatione nulla spes amplius relicta videatur: statuit, ut posthac in quibuscumque christianæ religionis locis eorum nomen, atque usus penitus aboleatur; nec ad officium hujusmodi exercendum ullatenus admittantur, non obstantibus privilegiis, ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, piis locis, et quibusvis, cujuscumque gradus, status et dignitatis personis, concessis, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus.» (Sess. XXI, cap. 9.)

—Quid ergo de indulgentiis concessis, et oblationibus ad eas lucrandas?

R. «Indulgentias vero, aut alias spirituales gratias, quibus non ideo Christi fideles decet privari, deinceps per ordinarios locorum, adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicandas esse decernit. *Quibus etiam eleemosynas, atque oblata sibi charitatis subsidia*, nulla prorsus mercede accepta fideliter colligendi facultas datur: ut tandem cœlestes hos Ecclesiæ thesauros non ad quæstum, sed ad pietatem exerceri, omnes vere intelligant.» (Ib.) Mt.

—Quid de oblationibus in praxi apud Hispaniam?

R. Hodiedum præstantur in aliquibus diœcesibus, in quibus viget adhuc pia consuetudo offerendi ad altare, et offertorii tempore (1) vinum, panem et ceram, in Missis pro defunctis vel nuptialibus, aut pro puerperarum presentatione in ecclesia, qui quidem laudabiles mores vel synodalibus legibus reguntur, vel ex pio more conservantur.

—Quid hac de re civiles leges?

R. Partitarum leges optime oblationes commendabant

(1) Exulare protinus deberet ab ecclesiis nostris prava consuetudo eleemosynam petendi in illo canonis Missæ tempore, in quo altum in ecclesia silentium et quies esse debent; sed acolyti vel quæstores petant offertorii tempore, ut in aliis optime ordinatis ecclesiis fieri solet.

juxta Decretalium doctrinam (tit. 19, p. 1.ª) de quibus in lectione sequenti.

Novissimæ vero Recopilationis leges contra quæstores eleemosynarios varia mandata tulerunt (1).

LECTIO LXXII.

DE DECIMIS.

—Decimæ stabilitæ sunt jure divino?

R. Af. Pro hæbreis, neg. pro christianis: attamen cum major debeat esse christiani charitas quam judæi, ideo christianus potiori jure reddere debet (2): dicendum ergo hoc præceptum in *essentia sua* et in radice juris divini esse; *in forma*, vero esse tantum juris ecclesiastici. Ideo inter ecclesiastica præcepta quintum in cathechismo locum tenet.

—Consonat huic Sancta Synodus?

R. Af. Concilium enim de illis decernens sic ait: «Non sunt ferendi, qui variis artibus decimas, ecclesiis obvenientes, sustrahere moliuntur; aut qui ab aliis solvendas temere occupant, et in rem suam vertunt; cum *decimarum solutio debita sit Deo* (Nb.): et qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadunt.» (Sess. XXV, cap. 12 de Ref. in gen.) Mt.

—Quando inductæ fuerunt decimæ prout præstationes obligatoriæ?

R. In Concilio Matisconensi II (de *Maçon*), anno 585 in Gallia. Sed cum hoc particulare esset, nec generalem disciplinam, nec minus pro Hispania, inducere potuit.

—Quando igitur inductæ fuerunt apud nos?

(1) Tit. 28 y 29, lib. 1.

(2) Saltem judæorum imitemur exordia ut pauperibus partem demus ex toto, et sacerdotibus et levitis honorem debitum deferamus (S. Hier. in cap. 4.° Malachi.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Ignotæ penitus fuerunt in antiquis nostris canonibus, nec etiam wisigothorum aut mixtarabum tempore solutas fuisse apparet. Forsitan sub voti aut oblationis nomine solverentur, sed in hoc casu sponte non ex obligatione dabantur (1).

Conjectari potest in pirenaicis regionibus inductas fuisse sæculo IX, quo tempore a Carolo Magno et succesoribus suis Capitularium jure jussæ fuerunt, magna enim et Cathaloniæ et Sobrarviensis regni cum illis affinitas fuit (2).

Celebre vero monumentum reperitur in Concilio Pompilonensi, anno 1023, in quo Rex Sanctius major et uxor sua apparent «juxta præcepta canonum et decreta Sanctorum Patrum dantes tertiam partem cunctarum frugum decimarum.» (3)

—Qua ratione Reges nostri decimas monasteriis vel privatis ecclesiis erogabant?

R. Partim ex corruptela ut inter alias gentes; partim ex Apostolico privilegio, nempe ex Bulla Urbani II, anno 1095, Regi Aragonum, qua concedit illius regni proceribus omnes ecclesias quas e maurorum servitute liberaret, dummodo divinus cultus in illis attenderetur. Sic Ildephonsus VI Castellæ, in dotatione Toletanæ ecclesiæ, «tertiam partem decimarum quæ in ejus diœcesi fuerint consecratæ,» illi Primatiali Ecclesiæ tribuit (4).

---

(1) In dotatione ecclesiæ Auriensis ab Ildephonso III, anno 886, donantur ecclesiæ *vota*, villæ, terra etc ; decimæ vero non nominantur. (Florez, *Esp. Sagr.*, t. 17 ap. 1.°)

(2) In donationibus et privilegiis ecclesiis Gerundensi et aliis a Carolo Magno et regibus Galliarum factis, nulla decimarum mentio: antiquior forsan notitia est quæ reperitur in consecratione ecclesiæ Sancti Andreæ de Colle. anno 995, in qua Gerundensis Episcopus ait: «Quapropter et ego Odo gratia Dei Episcopus concedo ad ipsa ecclesia supramscripta (sic) decimas et primitias et oblationes fidelium de ipsa villa, quæ nominant Colle.» (*Esp. Sagr.*, t. 44, fol. XI.) Donatio autem monasterio Alaonensi facta, in qua de decimis, anno 825, loquitur, tamquam spuria et proculdubio a Pellicer conficta rejicitur jam ab hoc anno 1866. (Discurso de recepcion del Sr. Oliver y Hurtado en la Real Academia de la Historia.)

(3) Hoc quoque Concilium tamquam valde suspectum aut interpollatum caute legendum est.

(4) Mariana, *Historia general de España*: edicion de Valencia, t. V, ap. 1.° p. 397.

—Quando ergo decimæ in Hispaniam generales evaserunt?

R. Ex jure communi et Decretalium, juxta Lateranenses canones ab Alexandro et Innocentio III latos, nam antea fixa et stabilis hac de re non invenitur disciplina, apparetque ipsas vel infeudatas fuisse, vel ab Episcopis, vel Regibus ad arbitrium donatas, et monasteriis et cathedralibus et toparchis, nonque totaliter sed tantum in tertia parte.

—Quid ergo tunc Partitarum legibus sancitum fuit?

R. Decimas et primitias ab omnibus, etiam a Regibus, præstandas esse (tit. 19 y 20, part. 1.ª) (1)

—Quid est *primitia* juxta Partitarum leges?

R. «Prima pars, seu prima res, de fructibus aut pecoribus Deo offerenda, quam Deus præcipit dari in lege veteri, et in nova postea a Sanctis Patribus est constituta. (Ley 1.ª, tit. 19, p. 1.ª)

—Cui debentur primitiæ et decimæ ex illis legibus?

R. «Primitia dari debet clericis ecclesiæ parochialis, ubi solvens ecclesiastica recipit sacramenta, et potest Episcopus (sicut et de decimis) ordinare qualiter distribuatur, et non solvens per excommunicationem compellitur ad solutionem.» (Ib. ley 5.ª)

—Quid ergo sunt decimæ juxta has leges?

R. «Decima est omnium bonorum mobilium licite quæsitorum decima Deo data: et ex duplex prædialis videlicet et personalis; prædialis de fructibus prædiorum et arborum: personalis de lucris personarum ratione servitii vel officii.» (Ib. ley 1.ª, tit. 20.)

—Licet has leges his de rebus citare?

R. Af. Sicut citantur Justiniani Novelæ, Caroli M. Capitularia, et alia piorum Principum mandata, quia nostræ, cum ad contemporaneam Lateranensem disciplinam refe-

---

(1) Tenudos son *todos los omes del mundo* de dar diezmo á Dios e mayormente los cristianos, porque ellos tienen la ley verdadera e son mas allegados á Dios que todas las otras gentes. E por ende *non se pueden escusar los Emperadores nin los Reyes*, nin ningun otro ome poderoso. de cualquier manera que sea que lo non den: ca *cuanto mas poderosos e mas honrados fueren tanto mas tenudos son de lo dar* (Ib. ley 2, tit. 20.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rantur, magnam et insignem pietatem redolent, quæ non tanta in posterioribus invenitur, nam deinceps Hisp. Reges, acceptis a Sancta Sede tertia redituum ecclesiasticorum parte, (*Tercias reales*) et novalibus ac excussatis, plus ex utilitate propria, quam ex Ecclesiæ devotione agere videbantur. Qua de causa jam has ut obsoletas et nullius hodiedum usus prætermittere licet (1).

—Quæ vero Trid. Syn. disciplina?

R. «Præcipit igitur Sancta Synodus omnibus, cujuscumque gradus et conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur, in posterum cathedrali, aut quibuscumque aliis ecclesiis, vel personis, quibus legitime debentur, integre persolvant.» (Sess. XXV, cap. supra citato.) Mt.

—«Qui vero eas substrahunt aut impediunt?»

R. «Excommunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absolvantur. Hortatur dehinc omnes et singulos pro christiana charitate, debitoque erga pastores suos munere, ut de bonis sibi a Deo collatis, Episcopis et parochis, qui tenuioribus præsunt ecclesiis, large subvenire ad Dei laudem, atque ad pastorum suorum, qui pro eis invigilant, dignitatem tuendam, non graventur.» (Ib.) Mt.

—Solvuntur hodiedum decimæ apud nos?

R. N. Equidem tempore revolutionis abolitæ fuerunt decimæ, anno 1840, legibus inconsulto Rom. Pont. latis, quæ quidem vim in conscientia pro catholicis habere non poterant, unde nec citantur. Postea vero, ex Concord. novissima, alia *illarum vice* (Nb.) ad cleri sustentationem subrogata forma est.

—Possunt ergo hodiedum dici abolitæ decimales præstationes in Hispania?

R. N. Sed tantum suspensæ pro illis regionibus ubi subrogata est alia sustentationis forma; ideoque in Cantabricis tribus provinciis solvuntur, et si deficeret hodierna sustentationis forma præstatio decimalis statim revivisceret, prouti obligatoria in conscientia cunctis catholicis.

---

(1) Tit. 6 y 7, libro 1.° de la Nov. Rec.

LECTIO LXXIII.

DE PRÆDIIS ALIISQUE ECCLESIÆ BONIS.

—Ecclesia potest prædia bonaque cujuslibet generis *jure proprio* acquirere?

R. Af. Et quidem jure divino naturali et possitivo, Probatur ex jure naturali. Omnis socictas licita et honesta habet jus ad sustentationem suam, sicuti jure naturali habent idem jus homines ex quibus hæ coalescunt. Nulla autem societas humana sine temporalibus existere potest: Ecclesiam autem esse societatem licitam et honestam in dubium revocari nequit.

Probatur ex jure divino. Si primordia Ecclesiæ spectanda sunt, sicut aliqui primordialistæ volunt, hæc primis et apostolicis temporibus bona habuit, et e contra christiani non habebant: «Quotquot possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant et ponebant ante pedes Apostolorum.» (*Actuum* 4.°, v. 34.) Ergo etc.

—Indiget vero Ecclesia omnino temporalibus?

R. Af. Aliquibus in genere, aliis vero in specie determinata: nam vinum, oleum, panis, aqua et alia ad sacramenta, necessaria omnino et absolute sunt: sacramenta vero etiam sunt absolute Ecclesiæ necessaria. Status autem et gubernia ad jus non ad injuriam statuta sunt: si ergo denegent Ecclesiæ jus ad temporalia, injuriam ipsi faciunt: jus autem status civilis ad omnia temporalia in absoluto tyrannidem sapit, et a catholicis sustineri non debet.

—Ecclesia Hispana ante Constantinum bona acquisivit?

R. Af. Et quidem movilia et immovilia. De movilibus patet ex his quæ supra de oblationibus ex Concilio Illiberitano dicta sunt. De immovilibus patet quoque ex eodem; Ecclesia enim habebat templa et cœmeteria, ut infra dice-

mus. Concilium vero apud Illiberim, annum versus 300, habitum fuit ante Constantini pacem.

—Quid Hispanienses canones de prædiorum acquisitione?

R. Lubet hac de re, citare canonem 4, Concilii Toletani II, qui quidem sic ait: «Si quis sane clericorum agellos vel vineolas *in terris ecclesiæ* (Nb.) sibi fecisse probatur sustentandæ vitæ causa, usque ad diem obitus sui possideat: verum post suum de hac luce discessum, juxta priorum canonum constitutiones, *jus suum Ecclesiæ Sanctæ restituat*, nec testamentario aut succesorio jure cuiquam hæredum, prohæredumve relinquat, nisi forsitan cui Episcopus pro servitiis ac præstatione Ecclesiæ largiri voluerit.» (1)

—Licebat ergo clericis et etiam Episcopis testamentifactio?

R. Af. Ut patet ex facto Nundinarii, Episcopi Barchinonensis, qui quidem Irineum presbyterum, «derelinquens ei quod potuit habere paupertas supremæ voluntatis arbitrio (2) in locum suum ut substitueretur optavit (3).

Patet etiam ex Concilio Tarraconensi I per idem tempus habito: «Sicubi defunctus fuerit Episcopus intestatus, post depositionem ejus a presbyteris et diaconibus de rebus ipsius breve fideliter conscribatur etc.» Ergo licebat illis testamentum condere.

Patet idem ex canone III Valentini Concilii eadem versus tempora celebratum. «Parentibus et propinquis decedentis Episcopi, si intestatus obierit, denuncietur ut sine Metropolitani vel comprovincialium sacerdotum conscientia nihil de rebus defuncti occupare pertentent.» Volebant enim ut prius distinguerentur quænam Ecclesiæ, quænam Episcopi et parentum essent, ut deinde subjungit (4).

---

(1) Latus fuit hic canon tempore Amalarici, Arriani Regis, anno Christi 527.

(2) Id est ex testamento; nam hoc definitur ultima seu *suprema* solemnisque voluntatis obtestatio de his quæ post mortem erga alicujus bona fieri debent.

(3) Epistola Hilarii Papæ ad Ascanium Tarraconensem.

(4) De succesione intestata clericorum vide legem 4, tit. XXI, Partida 1.ª .

—Quæ alia ad comparandos reditus habebat Hispana Ecclesia?

R. Servorum suorum opera, nam cum Hispani, etiam Arrianæ dominationes tempore, legibus Romanis uterentur, servos proprios Ecclesiæ habebant, ut patet ex canone II, Tolet. III de immunitate Ecclesiæ, jam supra laudato, qui his verbis incipit: «Quoniam cognovimus per multas civitates *ecclesiarum servos* et Episcoporum, vel omnium clericorum a ju dicibus vel auctoribus publicis diversis angariis fatigari etc.» (1)

—Poterat Episcopus hos servos indiscriminatim manumittere?

R. N. Sed tantum licebat illi duos alios servos proprios ecclesiæ donare, et facta permutatione, manumittere servum illum poterat (2)

—Quænam hodie facultas Hisp. Ecclesiæ ex noviss. Concordia competit?

R. «Ecclesia insuper jus habebit novas legitimo quolibet titulo acquirendi possessiones, ejusque proprietas in omnibus quæ nunc possidet, vel in posterum acquiret, inviolabilis solemniter erit. Proinde quoad antiquas novasque ecclesiasticas fundationes nulla vel suppressio vel unio fieri poterit absque interventu auctoritatis Apostolicæ Sedis, salvis facultatibus a Sacro Tridentino Concilio Episcopis tributis. (Art. 41.)

—Quid in posteriori et appendicia conventione?

R. «Agnoscitur liberum et plenum jus Ecclesiæ ad acquirendum, retinendum, usufruendum pleno proprietatis titulo sine limitatione restriccioneve ulla.» (Art. 3.º)

Horum vero reditus et aliorum acquirendorum in dotatione Ecclesiæ ulterius non computabuntur. (3)

---

(1) In postremis Toletani IV canonibus pluræ de libertis Ecclesiæ reperies, quæ citare hic supervacaneum foret

(2) Tolet. 1V, canon 68.

(3) Ley de 4 de Abril de 1860.

«Primeramente el gobierno de S. M. reconoce de nuevo formalmente el libre y pleno derecho de la Iglesia para adquirir, retener y usufructuar en propiedad y sin limitacion ni reserva toda especie de bienes y valores, quedando en consecuencia derogada por este

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO LXXIV.

DE RECTA BONORUM ECCLESIASTICORUM ADMINISTRATIONE ET DISPENSATIONE.

—Cui competit dominium bonorum ecclesiasticorum?

R. Variæ sunt hac de re sententiæ, nam: 1.° dicuntur esse Ecclesiæ universalis; 2.° Romani Pontificis; 3.° Cleri; 4.° Ecclesiarum particularium quibus donatæ fuerunt, vel a quibus sunt acquisita; 5.° pauperum.

Error qui tribuit dominium illorum bonorum Statui civili, administrationemque guberniis illius, inter opiniones quæ a doctoribus circunferuntur enumerari nequit.

—Quid ergo de his opinionibus?

R. Eas singillatim expendere absonum ab instituto nostro foret; cum hæc theoremata potius institutionum canonicarum propria sint. Probabilior videtur sententia mixta, quæ ecclesias particulares tamquam minores sub curatela considerans (nam de facto ecclesiæ habent privilegia minorum ad restitutionem in integrum et alia, cum sint personæ juridicæ morales) tribuit:

1.° Dominium eisdem ecclesiis cujus nomine geruntur.

2.° Administrationem clero illius ecclesiæ, sub Episcopi directione et inspectione, qui est administrator præcipuus et œconomus.

3.° Curatelam et dominium eminens Romano Pontifici.

4.° Inversionem fructuum et redituum in obsequium

---

convenio cualquiera disposicion que le sea contraria, y señaladamente, y en cuanto se le oponga, la ley de 1.° de Mayo de 1855.

Los bienes que en virtud de este derecho adquiera y posea en adelante la Iglesia no se computarán en la dotacion que le está asignada por el Concordato.

Art. 4.° En virtud del mismo derecho, el gobierno de S. M reconoce á la Iglesia *como propietaria absoluta* de todos y cada uno de los bienes que le fueron devueltos por el Concordato.

cultus divini, cleri illius ecclesiæ, pauperumque in genere, sed in specie et potiori jure eorum qui intra terminos parochiæ degunt.

Hac thesi salvantur plura incommoda, servatur omnibus debitus honos, justæ omnes opiniones in aliquo sensu acceptantur et explicatur interventio Romani Pontificis in allienationibus bonorum ecclesiasticorum; nam bona pupilli sine curatoris, et etiam judicis interventu, ab administratoribus allienari non possunt. Consonat etiam verbis noviss. Concord. infrà citandæ.

—Quomodo probatur dominium bonorum ecclesiasticorum esse ecclesiarum particularium et non Ecclesiæ Catholicæ vel universalis?

R. Quia in donationibus expectanda est mens donantis; in omnibus autem donationibus præfertur bona illa dari Deo, et ecclesiæ vel monasterio N. vel N., puta Sanctæ Mariæ apud Toletum, Salvatoris apud Cæsaraugustam, vel monasterio Sancti Emilliani etc., etc. (1) Cum ergo aceptatio facta fuerit juxta mentem donantis, dominium illius erit, cujus juxta donantis mentem esse debet, id est ecclesiæ particularis cui donatio facta fuit.

Idem dicendum in casibus in quibus acquisitio seu exemptio ab Ecclesiæ clero facta sit nomine Ecclesiæ ipsius.

—Quare hæc bona in Hispania dicuntur, etiam officialiter, *bona cleri* (*bienes del clero*)?

R. Ex ignorantia in aliquibus, ex mala fide in aliis. Bene quidem sciebant quam plures eorum qui bona Ecclesiæ publice sub hasta vendiderunt, clerum non habere nisi administrationem illorum: a sæculo vero XVIII loquela illa inducta est in odium cleri, et ut divitiæ illius exagitarentur.

Hodie vero quæ supersunt ecclesiastica prædia et immo-

---

(1) Cum plus quam mille donationes ecclesiis Hispanis factas inspexerim, numquam vidi aliquam in qua fiat donatio Ecclesiæ Catholicæ. Factas autem Rom. Pontifici vix inveni tres aut quatuor, inter quas eminent factæ in Concilio Jaccensi, anno 1060. «Ego vero Sanctius præfati Regis filius, divino incensus amore concedo Deo et *Beato Clavigero* (S. Petro) domum quam habeo in Jacca (*Jaca*) cum omnibus quæ illi pertinent.»

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vilia bona in publicis hypotecariis tabulis (*registro de la propiedad*) sub privatarum ecclesiarum nomine, cujus dominii sunt, inscribuntur, et ita jussum est.

—Quænam ergo ad rectam bonorum ecclesiasticorum administrationem expendenda sunt?

R. 1.° Præter generales regulas ad bonam quamlibet administrationem, vitamdamque incuriam, expilationes et etiam spoliationem seu alienationem, dantur etiam aliquæ prudentes regulæ, nempe: 1.° ut locationes non fiant *ad firmam*, seu ad longissimos annos; 2.° ut visitentur ab Episcopis; 3.° ut distribuantur juxta fundatorum seu donantium mentem; 4.° ut numquam pauperes obliviscantur, pauper enim inter catholicos ipsum Deum repræsentat, et ita Ecclesia ipsa exemplariter *quæ sunt Dei Deo reddit* (1).

—Quid de perniciosis locationibus Sancta Synodus?

R. «Magnam ecclesiis perniciem afferre solet, cum earum bona, repræsentata pecunia, in successorum præjudicium aliis locantur. Omnes igitur hæ locationes, si anticipatis solutionibus fient, nullatenus in præjudicium successorum validæ intelligantur: quocumque indulto aut privilegio non obstante: nec hujusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmentur.» (Sess. XXV, cap. 11 de Ref.)

—Quid amplius ad vitanda tunc temporis et ulteriora gravamina?

R. «Non liceat etiam, jurisdictiones ecclesiasticas, seu facultates nominandi aut deputandi vicarios in spiritualibus, locare, nec conductoribus per se aut alios eas exercere: aliterque concessiones, etiam a Sede Apostolica factæ, subrepticiæ censeantur. Locationes vero rerum ecclesiasticarum, etiam auctoritate Apostolica confirmatas, (Nb.) Sancta Synodus irritas decernit, quas a triginta annis citra, ad longum tempus, seu, ut in nonnullis partibus, ad viginti novem, seu bis viginti novem annos, vocant factas, Synodus Provincialis, vel deputandi ab ea, in damnum Ecclesiæ, et contra canonicas sanctiones contractas fuisse judicabunt.» (Ib.)

(1) De reditibus ecclesiæ eorumque administratione vide Franciscí Sarmiento Auditoris in Sacra Rota, opus *de Ecclesiæ redditibus*, in vol 1.° *Select. interpretationum*. Burgis ap. Juntas 1573. 2 *vol. in folio*.

—Debet Episcopus per semetipsum Ecclesiæ bona administrare?

R. N. 1.° Nam et Apostoli ipsi dixerunt non esse justum eos derelinquere verbum Dei et ministrare mensis; 2.° ut vitetur vel levis circa eos suspicio; 3.° quia visitare debent et computos approbare, unde, si administrarent per se ipsos sua quoque facta visitarent; qua de causa etiam nec proprios consaguineos administratores designare opportet quandoque.

—Debent designari laici ad bonorum ecclesiasticorum administrationem?

R. Antiquis canonibus hoc tam ex disciplina generali quam ex privata nostra vetitum erat: «Eos quos *œconomos* græci appellant, id est qui vice Episcoporum res ecclesiasticas tractant, sicut S. Syn. Calchedonensis (can. 26) instituit, omnes Episcopos *de proprio clero* ad regendas ecclesias habere oportet: qui autem deinceps contempserit obnoxius ejusdem magni Concilii erit.» (Tolet. IV, canon 48.) (1)

—Licebat Episcopis libere de rebus et Ecclesiæ bonis disponere?

R. N. Et patet ex canon 8, Tarracon. 1, ubi cum de annua visitatione ab Episcopo peragenda loquitur, subjungit. «Et si qua forte Basilica (2) reperta fuerit destituta, ordinatione ipsius reparetur. Quia tertia pars ex omnibus, per antiquam traditionem ut accipiatur ab Episcopo novimus statutum.» Ergo tantum dabatur illi tertia pars.

—Quænam erat hæc tripartita divisio?

R. Patet ex canone 7, Brachar. I. «Item placuit ut de rebus ecclesiasticis *tres æquæ fiant portiones*, id est Episcopi una, alia clericorum, tertia in recuperatione (id est repa-

(1) Non hic vox *Basilica* in nobiliori sensu usurpatur, sed tantum late pro ecclesia Paganas quoque basilicas, veluti trophea, catholica vindicavit ecclesia cultui suo, quæ in præcipuis Hispaniæ urbibus quoque erant.

(2) In Concilio Hispal. II acriter corripiuntur Episcopi, qui laicis ad bonorum Ecclesiæ administrationem utuntur. (Can. 91.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ratione) vel in luminariis ecclesiæ, de qua parte sive archipresbyter, sive archidiaconus illam administrans Episcopo faciat rationem. «Declaratur amplius hæc praxis seu disciplina ex alio ejusdem Concilii loco.» «Nullus Episcopus cum per diœceses ambulat præter honorem cathedræ suæ (1) duos solidos, aliquid aliud per ecclesias tollat: neque tertiam partem ex quacumque oblatione populi in ecclesiis parochialibus requirat, sed illa tertia pars pro luminariis ecclesiæ vel recuperatione servetur, ut *singulis annis* Episcopo inde ratio fiat. Nam si tertiam partem Episcopus tollat lumen et sacra abstulit ecclesiæ.» (2)

—Hæc tripartitionis disciplina generalis erat in Ecclesia?

R. N. Nam ex disciplina generali quatuor fiebant partes; nempe pro Episcopo, clero, fabrica ecclesiæ et pauperibus.

—Nihil vero ecclesia nostra ad pauperum solatium afferebat?

R. E contra plus dabat, nam et Episcopus, et clerus, et fabrica dabant quæ supererant, juxta illud-quod superest date eleemosynam. (Luc. II, v. 41.)

—Quid hodie de hac disciplina superest?

R. Fere nihil, nam desuetis fere oblationibus, introductisque beneficiis et præbendis; clerus et ecclesia reditibus e bonis propriis vivunt, vel e pecuniis taxatis, quæ ab ærario publico utrisque solvuntur, prouti in Hispania contingit.

—Quid denique de his noviss. Concordia?

R. «Postquam stipulata fuit devolutio bonorum Ecclesiæ, quæ hactenus vendita non fuerant, subjunxit.» Omnia memorata bona proprietatis jure ad Ecclesiam pertinere, ejusque nomine per clerum usufruenda et administranda fore declaratur.» (Art. 40.)

---

(1) Hoc subsidium visitationi tempore solutum dicebatur *cathedraticum*.

(2) Hic canon 2, Brachar. II, citatur etiam a Gratiano 10, q. 3 *Placuit ut nullus*. Consonat etiam huic canon 32, Tolet. IV, infra citandi.

LECTIO LXXV.

DE BONORUM ECCLESIASTICORUM ALLIENATIONE.

—Quid est *amortizatio*?

R. Hæc vox barbara e gallico fonte manat, a verbo *amortir*, quo significatur bona Ecclesiæ extra humanum commercium posita esse tamquam mortua, nam, juxta eos qui œconomi, periti dicuntur-motus est vita.

Attamen non omnia quæ extra commercium sunt mortua sunt, nec vita in motu consistit. Mortua potius dici debent ea bona quæ inutilia et improductiva sunt; bona autem Ecclesiæ et utilia, et productiva sunt plus quam alia ab aliquibus laicis habita.

Si autem reditus pariunt et producunt Ecclesiæ bona, quare dicuntur mortua?

—Quodnam est fundamentum inenallienationis bonorum ecclesiasticorum?

R. Deus ipse israelitis ita præcepit «Omne quod Domino consecratur sive homo fuerit, sive animal, sive ager *non vendetur nec redimi poterit*.» (Levit. 27, v. 28.)

Ergo si amortizatio est intrinsece mala, Deus præcepit israelitis rem intrinsece malam. Hæc lex quidem judicialis erat, sed debetur minor reverentia rebus veræ religionis, quam judaicis?

—Licitum erat Episcopo res ecclesiæ suæ alienare?

R. N. Martini Bracharensis Conciliorum summa, canonibus 14 et 15, id expresse vetabat, sed expressius Toletanum III his verbis: «Hæc Sancta Synodus nulli Episcoporum licentiam tribuit res Ecclesiæ alienare; quoniam et antiquioribus canonibus prohibetur. Si quis vero quod utilitatem non gravet Ecclesiæ pro suffragio mortuorum vel ecclesiis ad suam parochiam pertinentibus dederunt firmum maneat etc.» (Canon 3, ap. Gratian, 12 q. 2.)

—Poterat vero aliquid de Ecclesiæ bonis monasterio dare?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R.° «Si Episcopus *unam* (Nb.) de parochianis ecclesiis suis monasterium dicare voluerit, ut in ea monachorum regulariter congregatio vivat, *hoc de consensu Concilii sui* habeat licentiam faciendi, qui etiam si de rebus Ecclesiæ pro eorum substantia aliquid quod detrimentum Ecclesiæ non exhibet eidem loco donaverit, sit stabile. Rei enim bonæ statuendæ Sanctum Concilium dat assensum.» (Toletanus III, canon 4: apud Gratian. 21, q. 2.)

—Servi autem Ecclesiæ manumitti libere poterant ab Episcopis?

R, N. «Et patet ex canonibus 68 et 69, Tolet. IV, ubi restrictiones apponuntur hac de causa; quas jam, utpote nihil ad usum habentes, omittere licet.»

—Licebat vero alienare titulo præscriptionis?

R. N. «Sæpe fit nt proprietati obsistat longinguitas temporis. Quapropter providentes decernimus, ut quisquis clericorum, vel aliarum quarumlibet personarum, stipendium de rebus Ecclesiæ cujuscumque Episcopi percipit largitate, *sub precariæ nomine* debeat professionem scribere, ut nec per detentionem diurnam præjudicium afferat Ecclesiæ etc.» (Tolet. VI, canon 5, qui etiam apud Gratianum 12 q. 2.ª)

Reperitur quoque hic canon sub nomine Wambæ Regis in *foro judicum*, tit. 1.°, lib. 5.° (1).

—Quid de his nostræ leges?

R. Plures hac de re continentur in tit. V, lib. I. Noviss. Recopilat. a sæculo XIII, latæ et contentæ præsertim in Foro Regio (*Fuero Real*); non tamen in omnibus æqualis pietas, quia etiam ab illis temporis cæpta est alienatio seu ut dicunt *desamortizatio*.

—Quotuplici sensu hæc intelligi valet?

R. Duplici modo, alio activo, alio pasivo; nam primo ecclesiæ temporalia bona profanantur et in dominium privatum et hominum commercium veniunt, alio vero prohibetur donare Ecclesia prædia, vel huic in acquisitionibus restrictiones et gravamina apponuntur.

(1) In latino. lex 6.ª in hispanico (*romanceado*) lex 5.ª est, nam ommittitur præcedens *de ecclesiarum reparatione*.

—A quo tempore hæc passiva desamortizatio in Hispaniam inducta?

R. Aliquibus foris municipalibus vetabatur ecclesiis vel monasteriis acquirere prædia, vel quia jam videbantur satis dotata, vel aliis localibus causis. S. Ferdinandus in populationis carta pro Cordubensi civitate, anno 1269, vetuit donationes prædiorum fieri monasteriis, sed tantum cathedrali, quæ est lex 21, tit. V, libri I, Noviss. Recop.

—Quid de activa desamortizatione Recopil. leges?

R. Inter dictarum legum farraginem notandum est alias datas esse ad vitandam alienationem bonorum ecclesiasticorum ab Episcopis, alias vero a Regibus, alias denique a privatis et violentis hominibus.

—Quid de alienatione ab Episcopo facta?

R. Non liceat Episcopis, nec abbatibus, nec aliis prælatis, immobilia ecclesiarum bona alienare (1), nec inconsulto Rege alienandi facultatem obtinere, ratione Regii Patronatus, quod in notulis appositis ad legem secundam dicti tituli jubetur: hæc autem leges sæculi tantum XVIII sunt.

—Quid pro Regibus?

R. Rex non tantum prædia et reditus, sed nec mobilia Ecclesiæ bona tollere potest: si autem capiat gravi necessitate cogente restituere tenétur. Hæc autem lex (quæ factum potius quam jus continet) lata fuit a Joanne II, anno 1409, ad petitionem procuratorum regni, in curiis ap. Burgos celebratis, qui contra spoliationem ecclesiarum quærellas graves tulerunt (2)

—Quid contra privatos violatores?

R. Ducibus, comitibus et aliis toparchis, seu feudalibus

(1) Otrosi no pueda Obispo, Abad, ni otro Prelado cualquiera vender ni enagenar cosa alguna de las que ganare ó acrescentare por razon de su Iglesia. (Ley 2, tit. 5.°, lib. 1.°)

(2) La plata y bienes de las iglesias el Rey no los puede ni debe tomar, pero si acaesciere tiempo de guerra ó de gran menester, que el Rey pueda tomar la plata, con tanto que despues la restituya enteramente sin alguna disminucion á las iglesias (ley 8.ª). Hæc lex caute explicanda: præterea de facto quod ablatum fuit non restitutum est umquam, ut ex Historia apparet.

(3) Leyes 3, 4, 5 y 6.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dominis, prohibetur Ecclesiæ bona violare, reditus capere, vel violentas locationes facere. Mobilia autem, vel emere, vel impignorare vetatur cuilibet sive christiano, sive alterius cujuscumque religionis (3).

—Quas pœnas fert S. Synodus disciplina contra bonorum Ecclesiæ raptores??

R. «Si quem clericorum, vel laicorum, quacumque is dignitate, etiam imperiali, aut regali præfulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus ecclesiæ, seu cujusvis sæcularis vel regularis beneficii, montium pietatis, aliorumque piorum locorum jurisdictiones, bona, census, ac jura, etiam feudalia, et emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascumque obventiones, quæ in ministrorum et pauperum necessitates converti debent, per se, vel per alios vi vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laicorum, seu quacumque arte, aut quocumque quæsito colore, in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur; is anathemati tamdiu subjaceat, quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, et reditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione suppositæ personæ, pervenerint, ecclesiæ, ejusque administratori, sive beneficiato, integre restituerit, ac deinde a Romano Pontifice absolutionem obtinuerit.» (Sess. XXII, cap. 11.) Mt.

—«Quod si ejusdem Ecclesiæ patronus fuerit?»

R. «Etiam jure patronatus, ultra prædictas pœnas, eo ipso privatus existat.» (Ib.) Mt.

—«Clericus vero, qui nefandæ fraudis et usurpationis hujusmodi fabricator seu consentiens fuerit?»

R. «Eisdem pœnis subjaceat; necnon quibuscumque beneficiis privatus sit, et ad quæcumque alia beneficia inhabilis efficiatur. et a suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactionem et absolutionem, sui ordinarii arbitrio suspendatur.» (Ib.) Mt.

—Attamen Tridentina lex data fuit tantum pro illius temporis violatoribus et præsertim protestantibus.

R. N. Hoc enim dicitur, sed non probatur. Nam 1.° S. Synodus non distinguit; et *ubi lex non distinguit nec nos distinguere debemus*, ut habet tritum in scholis axioma.

2.° Si tunc habebat potestatem condemnandi Reges et Imperatores præsentes et præteritos, ergo eodem jure poterat condemnare futuros, et potiori jure catholicos quam protestantes, qui Ecclesiæ aperti hortes erant.

—Quid hac de re Noviss. Concordia super spoliatione bonorum Ecclesiæ Hispanæ?

R. Supposito in art. 41 acquirendi jure, sequitur dicens: «His præhabitis attenta utilitate quæ in causam religionis ex hac conventione dimanatura erit, Summus Pontifex, instante Majestate Sua, *ad publicam tranquillitatem tuendam* (Nb.) decernit ac declarat, illos qui bona ecclesiastica in præteritis catholici regni vicibus juxta latas tunc civiles ordinationes emerunt (1) eorumque possessionem adepti sunt, atque alios ab emptoribus ipsis causam habentes, nullam ullo tempore molestiam habituros, neque a se, neque a Romanis Pontificibus succesoribus suis immo vero eorumdem bonorum proprietatem; reditus et emolumenta tuta et pacifica fore penes ipsos atque ab iis causam habentes.» (Art. 42.)

—Quid vero in posteriori et appenditia conventione anni 1860?

R. Vide supra lect. de prædiis ecclesiasiicis, et etiam legem ipsam in appendicibus require.

---

(1) Reditus autem bonorum ecclesiasticorum, anno 1835, prout in Comitiis publicis, anno præterito (1865) descripti sunt, ex computis semiofficialibus hi erant.

«En 1835 el total de las rentas del clero secular era de 401 millones de reales; de estos se pagaban al Erario 148 millones, con los 257 restantes se sostenian: ocho arzobispados, 50 obispados, 648 dignidades, 1,778 canónigos, 916 racioneros, 200 medios racioneros, 20,000 curas párrocos, 4,997 tenientes curas, 17,411 beneficiados, 18,943 sacristanes y dependientes, el culto de 62 iglesias catedrales, el de 112 colegiatas con sus abades y cabildos, el de 20,000 parroquias; se daban pensiones á seis universidades: se sustentaba á 101 hospicios y 2,116 hospitales, y se repartian algunas dotes á huérfanas desgraciadas. Téngase muy presente que en esta época no se señalaba nada en los presupuestos del Estado para enseñanza y beneficencia.»

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO LXXVI.

DE BENEFICIIS IN GENERE.

—Quid est beneficium?

R. Portio redituum ex ecclesiasticis bonis data clerico ratione officii et servitii spiritualis, quæ in determinata et fixa ecclesia præstat, canonice taxata et instituta.

—Definitur rectius beneficium per officium?

R. Nam aliud est officium, aliud est beneficium; ideo dicitur «beneficium datur propter officium»; ergo hæc inter se differunt. Unde Divus Hieronimus dicebat: «At nunc cernimus plurimos hanc rem *beneficium* facere (id est quæstum sive lucrum) ut non quærant eos in Ecclesia columnas erigere.» (Hieron. ad Tit.: et etiam ap. Gratian. Causa VIII, q. 1.)

—Ergo antiqua est hæc vox in Ecclesia?

R. Af. Sed in sensu definitionis usitari cœpit sæculum versus XII.

In Hispania ignota fuit usque ad sæculum XIII, et apparet ex ipso Partitarum contextu (1), ubi hæc vox valde ambigue sonat, et vertitur pro *præbenda*.

—Quotuplicia sunt beneficia?

R. 1.° Majora et minora; 2.° curata et sine cura sive simplicia; 3.° compatibilia et incompatibilia; 4.° residentialia et non residentialia; 5.° liberæ collationis et patronatus; 6.° reservata et non reservata; 7.° sæcularia et regularia.

---

(1) Part. 1 ª, tit. 16 de los beneficios de Santa Eglesia. Latine tit. XVI *De præbendis*. «Beneficio tanto quiere decir como *bien fecho*, e estos son en Santa Eglesia de muchas maneras, ca en las eglesias cathedrales e conventuales han calongías ó raciones; e estos beneficios débenlos dar los Obispos... que en cada eglesia fuese guardada la costumbre que usaron de luengo tiempo para darlos, e esso mesmo tobo por bien que guardasen en dar las dignidades e los personages, e otrosi en dar las eglesias parroquiales.»

Sed hæc non ad disciplinæ studium sed ad juris canonici elementa seu institutiones pertinent.

—Quodnam est objectum institutionis beneficiorum?

R. Patet ex primis verbis, cap. 3, sess. XXI, in quibus sic ait: «Cum beneficia ad divinum cultum atque ecclesiastica munia obeunda sint constituta etc. (Vide supra lect. XXXV, fol. 162.)

—Quibus ergo beneficia juxta S. Synodum conferri debent?

R. «Habilibus dumtaxat personis;» prouti supra dictum est cum de parochitanis ecclesiis (Lect. XLV, fol. 206) ex cap. 3, sess. VII.

—Quænam ætas ad acquirenda beneficia requiritur?

R. Aetas quatuordecim annorum, prouti patet etiam ex his quæ supra dicta sunt (Lect. LXIX, fol. 343 ex cap. 6, sessione XXIII, cum de privilegio fori.)

—Possunt provideri beneficia hæreditario more?

R. Aperte docet S. Syn. hanc praxim esse contrariam juri canonico «cum in beneficiis ecclesiasticis ea quæ hæreditariæ suceessionis imaginem referunt sacris constitutionibus sint odiosa.» (V. Supra lect. XXIV, fol. 112 ex cap. 7, Sess. XXV de Ref. in genere.)

—Possunt filii ilegitimi habere beneficium in eadem ecclesia ubi patres sui?

R. N. «Ut paternæ incontinentiæ memoria locis Deo consecratis, quos maxime puritas sanctitasque decet, longissime arceatur: non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, in ecclesiis, ubi eorum patres beneficium aliquod ecclesiasticum habent aut habuerunt, quodcumque, etiam dissimile, beneficium obtinere, nec in dictis ecclesiis quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinucrunt, habere. Quod si in præsenti pater et filius in eadem ecclesia beneficia obtinere reperiantur; cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra ecclesiam intra trium mensium spatium: alias ipso jure eo privatus existat, et super iis quæcumque dispensatio surreptitia censeatur.» (Sess. XXV, cap. 15.)

—»Quid si reciprocæ resignationes, posthac a parentibus clericis in favorem filiorum fient, ut alter alterius beneficium consequatur?»

R. «In fraudem hujus decreti et canonicarum sanctionum factæ omnino censeantur: nec collationes secutæ, vigore hujusmodi resignationum, seu aliarum quarumcumque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipsis clericorum filiis suffragentur.» (Ib.)

—Possunt adimi aliqua onera beneficiis provisionis tempore?

R. Neg. Et patet ex his quæ dicta sunt supra Lect. XXXIII fol. 157 ex cap. 5, Sess. XXV ubi ait si «certa illis onera sunt in juncta in beneficiorum collatione seu in quæcumque alia dispositione eis non derogetur.»

—Possunt e contra gravari novis oneribus?

R. N. Et prohibitum est jure communi, qua de causa S. Syn. nihil hac de re præscripsit.

—Beneficia curata possunt converti in simplicia?

R. N. «Statuit Sancta Synodus, ut ecclesiastica beneficia sæcularia, quocumque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæva eorum institutione, aut aliter quomodocumque retinent, illa deinceps in simplex beneficium, etiam assignata vicario perpetuo congrua portione, non convertantur; non obstantibus quibuscumque gratiis quæ suum plenarium effectum non sunt consecutæ.» (Sessio XXV, cap. 16.)

—«Quid in iis vero in quibus contra earum institutionem seu fundationem cura animarum in vicarium perpetuum translata est, etiamsi in hoc statu ab immemorabili tempore reperiantur?»

R. «Si congrua portio fructuum vicario, quocumque nomine is appelletur, non fuerit assignata; ea quamprimum et ad minus intra annum a fine præsentis Concilii arbitrio ordinarii, juxta formam decreti sub fel. rec. Paulo III, assignetur. Quod si id commode fieri non possit, aut intra dictum terminum factum non erit; cum primum per cessum vel decessum vicarii, seu rectoris, aut quomodolibet alterum eorum vacaverit, beneficium curam animarum

recipiat, ac vicariæ nomen cesset, et in antiquum statum restituatur.» (Ib.)

—Possunt fieri uniones beneficiorum?

R. Sancta Synodus postquam disposuit examen instituere de unionibus a quadraginta antea annis facta, sequitur dicens: «Et quæ deinceps ad cujusvis instantiam fient, nisi eas ex legitimis, aut alias rationabilibus causis, coram loci ordinario vocatis, quorum interest, verificandis, factas fuisse constiterit, per surreptionem obtentæ præsumantur; ac propterea, nisi aliter a Sede Apostolica declaratum fuerit; viribus omnino careant.» (Sess. VII, cap. 6.)

—Beneficia unius diœcesis possunt beneficiis alterius uniri?

R. N. «Et, quia jure optimo distinctæ fuerunt diœceses et parochiæ, ac unicuique gregi proprii attributi pastores, et inferiorum ecclesiarum rectores, qui suarum quisque ovium curam habeant, ut ordo ecclesiasticus non confundatur, aut una et eadem ecclesia duarum quodammodo diœcesum fiat, non sine gravi eorum incommodo, qui illi subditi fuerint; beneficia unius diœcesis, etiamsi parochiales ecclesiæ, vicariæ perpetuæ, aut simplicia beneficia, seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint, etiam ratione augendi cultum divinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de causa, alterius diœcesis beneficio, aut monasterio, seu collegio, vel loco etiam pio perpetuo, non uniantur: decretum hujus Sanctæ Synodi super hujusmodi unionibus in hoc declarando.» (Ses. XIV, cap. 9 de Ref.)

—Quid de mandatis et expectativis?

R. «Decernit santa Synodus, mandata de providendo, et gratias quæ expectativæ dicuntur, nemini amplius, etiam Collegiis, Universitatibus, Senatibus, et aliis singularibus personis, etiam sub nomine indulti aut ad certam summan, vel alio quovis colore concedi; nec hactenus concessis cuiquam uti licere. Sed nec reservationes mentales, nec aliæ quaecumque gratiæ ac vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias, vel Monasteria alicui, etiam ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, concedantur; et hactenus concessa, abrogata esse censeantur.» (Sess. XXIV, cap. 19.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO LXXVII.

DE VETITA PLURALITATE BENEFICIORUM.

—Quid primo statuit Concilium contra retentores plurium beneficiorum?

R. In prima Concilii congregatione, nempe Sess. VII, cap. 4, ita decrevit: «Quicumque de cætero plura curata, aut alias incompatibilia beneficia ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine et titulo, contra formam sacrorum canonum, et præsertim Constitutionis Innocentii III, quæ incipit: *De multa*, recipere ac simul retinere præsumpserit; beneficiis ipsis, juxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso jure, etiam præsentis canonis vigore, privatus existat.» (Sess. VII, cap. 4.)

—Quid in citata Innocentiana Constit. sancitum?

R. «De multa providentia fuit in Lateranensi Concilio prohibitum, ut nullus diversas dignitates ecclesiasticas, vel plures ecclesias parochiales reciperet, contra sacrorum canonum instituta: alioquin recipiens, sic acceptam mitteret, et largiendi potestate conferens privaretur. Quia vero propter præsumptiones et quorumdam cupiditates, nullus hactenus, aut rarus, de prædicto statuto fructus provenit, nos evidentius et expressius ocurrere cupientes, præsenti decreto statuimus, ut quicumque receperit aliquod beneficium, curam habens animarum anexam, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso jure privatus; et si forte illud retinere contenderit, etiam alio spolietur.» (Decretalium III, tit. 5.°, dc præb. et dignitatibus, cap. 28.)

—Quid vero in eodem erga patronos?

R. «Is quoque, ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius libere conferat, cui merito viderit conferendum: et si ultra sex menses conferre distulerit, non solum ad alios, secundum Lateranensis Concilii statutum, ejus collatio devolvatur, verum etiam tantum de suis

cogatur proventibus in utilitatem ecclesiæ, cujus est illud beneficium, assignare, quantum a tempore vacationis ipsius constiterit esse perceptum. Hoc idem in personatibus esse decernimus observandum, addentes, ut in eadem ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat, etiam si curam non habeant animarum. Circa sublimes tamen et litteratas personas, quæ majoribus beneficiis sunt honorandæ, cum ratio postulaverit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari.» (Ib.)

—Quid amplius Concilium hac de re in eadem sessione sancivit?

R. «Ut ordinarii locorum quoscumque plura curata, aut alias incompatibilia beneficia ecclesiastica obtinentes, dispensationes suas exhibere districte compellant; et alias procedant juxta Constitutionem Gregorii X, in generali Lugdunensi Concilio editam, quæ incipit: Ordinarii, quam eadem Sancta Synodus innovandam censet, et innovat.» (Sess. VII, cap. 5.)

—Quid ulterius pro casibus tunc occurrentibus addidit?

R. «Quod ipsi ordinarii etiam per idoneorum vicariorum deputationem, et congruæ portionis fructuum assignationem omnino provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur, et beneficia ipsa debitis obsequiis minime defraudentur: appellationibus, privilegiis, et exemptionibus quibuscumque, etiam cum judicum specialium deputatione, et illorum inhibitionibus in præmisis nemini suffragantibus.» (Ib.)

—Confirmavit hanc disciplinam Sancta Synodus in sessionibus sequentibus?

R. Af. Et ideo in sess. XXIV, cap. 17, hanc luculentissimam protulit sententiam; «Cum ecclesiasticus ordo pervertatur, quando unus plurium officia occupat clericorum; sancte sacris canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus ecclesiis conscribi.» (Sess. XXIV, cap, 17.) Mt.

—Quid autem ut talem tolleret abusum definivit?

R. «Verum quoniam multi improbæ cupiditatis affectu se ipsos, non Deum, decipientes, ea, quæ bene constituta sunt, variis artibus eludere, et plura simul beneficia obtinere non erubescunt; Sancta Synodus debitam regendis

ecclesiis disciplinam restituere cupiens, præsenti decreto, quod in quibuscumque personis, quocumque titulo, etiamsi Cardinalatus honore fulgeant, mandat observari; statuit, ut in posterum unum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur.» (Ib.) Mt.

—Quid faciendum si hoc beneficium valde tenue sit?

R. «Hoc quidem, si ad vitam ejus, cui confertur, honeste sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens; dummodo utrumque personalem residentiam nen requirat, eidem conferri.» (Ib.) Mt.

—Hoc decretum pro cathedralibus tantum vigebat?

R. N. «Hæcque non modo ad cathedrales ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia, tam sæcularia quam regularia quæcumque, etiam commendata, pertineant, cujuscumque tituli, ac qualitatis existant.» (Ib.) Mt.

—Quid in eodem decreto de parochialibus ecclesiis sancitur?

R. «Illi vero, qui in præsenti plures parochiales ecclesias, aut unam cathedralem, et aliam parochialem obtinent; cogantur omnino, quibuscumque dispensationibus ac unionibus ad vitam non obstantibus, una tantum parochiali, vel sola cathedrali retenta, alias parochiales infra spatium sex mensium dimittere.» (Ib.)

Ergo tolerantiam, quam in sess. VII supra citata pro casibus tunc ocurrentibus decreverat, penitus abrogavit pro tunc et pro sequentibus temporibus (1).

—Quam pœnam contra transgresores adhibet Sancta Synodus?

R. «Alioquin tam parochiales, quam beneficia omnia, quæ obtinent, ipso jure vacare censeantur: ac tamquam vacantia libere aliis idoneis conferantur; nec ipsi antea illa obtinentes, tuta conscientia, fructus post dictum tempus rctineant.» (Ib.)

—Quid si resignantes hac de causa incongrui essent?

(1) Qualis quantus foret abusus patet ex eo quod ex hæc decreto Sanctus Carolus Borromeus, Pontificis nepos, et Mediolan. Episcopus, integerrimæ vitæ Prælatus, plus quam quinquaginta beneficia, quæ ipsi cumulata erant, libenter renuntiaverit.

R. «Optat autem Sancta Synodus, ut resignantium necessitatibus commoda aliqua ratione, prout Summo Pontifici videbitur, provideatur.» (Ib.)

—Quid hac de re habet noviss. Concordia?

R. Vide supra in lectione *De residentia*, XVIII fol. 337, exceptionemque in favorem sex Regiorum capellanorum. Lect. LIII, fol. 248.

—Quæ resignationes prohibentur a Sancta Synodo?

R. Vide supra in lectione LVII. *De clericis ordinandis* fol. 331 (cap. 2.°, sess. XXI.)

—Quænam sunt causæ ad renuntiandum beneficium?

R. Concilium nihil hac de re præscripsit: sed integrum negotium juxta praxim Decretalium reliquit. Causæ tamen in sequentibus versibus comprehenduntur.

Debilis, ignarus, male conscius, irregularis.
Quem male plebs odit, dans scandala cedere possunt.

LECTIO LXXVIII.

DE JURE PATRONATUS EJUSQUE ORIGINE AC SPECIEBUS.

—Quid est patronatus, seu jus patronatus?

R. Facultas quæ alicui catholicæ personæ competit ad quædam munia ecclesiastica obeunda, aliaque honorifica vel utilia accipienda, præsertimque ad præsentandam personam dignam, qui beneficium vel officium vacans obtineat.

—Quotuplex est patronatus jus?

R. 1.° Ecclesiasticum, laicale et mixtum.
2.° Personale et reale (1).
3.° Hæreditarium (ad libitum testatoris) et familiare.
4.° Regium seu generale, et privatum seu particulare.

(1) Distinguere oportet in Hispanico idiomate patronatum realem, *patronato real*, a Regio patronatu, *Real patronato*, non enim idem sonant, nec sunt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

5.° Activum et passivum (1).

Patronatus vero non est ecclesiasticus, quia exerceatur a clerico, sed quia exercetur ab aliquo in dignitate vel officio ecclesiastico constituto. Laicale e contra competit clerico sive laico, non ratione ecclesiæ, sed ratione patrimonii. Mixtum autem est cum et ratione ecclesiæ et patrimonii patronatus exercetur. Sic quandoque parochus et præfectus municipalis vel ipsum municipium habent jus patronatus activi ad præsentandum in capellania virum idoneum alicujus familiæ, quæ quidem habet exclussive jus patronatus passivi ad obtinendam talem capellaniam.

Hæc, quamvis institutionum canonicarum sint, prælibare lubet, quia nec apud omnes, nec clare semper inveniuntur.

—Quænam est ergo juris patronatus historica apud Hispaniam origo?

R. Primum vestigium invenitur in Concilio Bracharensi II, Can 6, ex quo apparet aliquos e patronatu turpem quæstum voluisse facere. «Placuit ut si quis basilicam non pro devotione fidei, sed pro quæstus cupiditate ædificat, *ut quidquid ibidem de oblatione populi colligitur, medium cum clericis dividat, eo quod basilicam in terra sua condiderit*, nullus Episcoporum tam abominabili voto consentiat, nec talem basilicam audeat consecrare.»

Hic quidem canon a Gratiano citatus (de consecr. dist, 1.ª *Si quis*) in vulgus evasit.

—Quid de jure patronatus in Wisigothica ecclesia?

R. 1.° Basilicarum conditores jus habere ad reclamandum contra spoliationes ecclesiarum ab ipsis fundatarum.

2.° Hoc jus ad succesores transire.

3.° Hos vero nullum jus ad ecclesiæ bona administranda habere.

4.° Casu necessitatis ipsos ad ecclesiæ auxilia prælationem habere, et etiam eorum successores.

Hæc autem juris patronatus sunt et bases et regulæ.

—Ubinam hæ definitiones disciplinæ Hispanæ?

(1) Patronatus passivum jus non potest vere dici patronatus, sed ex usu et curiali loquela ita vocatur, est enim ut aliquis in beneficium præsentetur.

R. In Concilio Toletano IV canone vero 33, (1), his verbis. «Multi etiam fidelium in amore Christi et martyrum basilicas construunt, oblationes conscribunt. Sacerdotes hæc auferunt et in usus suos convertunt... Pro cua re constitutum est a præsenti Concilio, Episcopos ita diœceses suas regere ut nihil jure præsumant auferre, sed, juxta priorum auctoritatem Conciliorum, tam de oblationibus, quam de tributis ac frugibus, *tertiam consequantur*. Quod si amplius quippiam ab eis præsumptum extiterit per Concilium restauretur, *appellantibus aut ipsis conditoribus, aut certe propinquis eorum* (Nb.) *si jam illi a sæculo deccesserunt*. Noverint autem conditores basilicarum in rebus quas eisdem ecclesiis conferunt nullam potestatem habere (2).

—Quid vero de auxiliis patrono ab ecclesia præstandis?

R. «Præbendum est sacerdotibus vitæ solatium indigentibus et maxime his quibus restituenda vicissitudo est. Quicumque ergo (3) fidelium de facultatibus suis ecclesiæ aliquid devotione propria contulerunt, *si forte ipsi aut filii eorum redacti fuerunt ad inopiam ab eadem ecclesia sufragium vitæ* pro temporis usu percipiant.» (Ib. Canon 38.)

—Quænam est ergo vera et rationalis patronatus origo?

R. *Gratitudo*, hac enim, cum virtus sit, carere Ecclesia non poterat; ideoque favores et privilegia rependebat in eos a quibus favorem et benefacta receperat. Gratitudo enim per sæpe manus ligat, et hac ratione explicantur fundamenta quæ Ecclesia habet ut ferat quædam et non levia incommoda, quæ quidem patronatus habet: hæc igitur, ad philosophiam juris canonici et etiam juris publici ecclesiastici præ oculis haberi debet.

—Probatur vero hæc ratio ex canonibus ipsis?

R. Af. Et præsertím ex his qua sequuntur in dicto Toletano, seu mavis Isidoriano Canone. «Si enim clericis vel monachis, seu peregrinis aut quamlibet neccessitatem sustinentibus, pro solo religionis intuitu *in usum* (4) res eccle-

(1) Habetur hic canon apud Ivonem p. 3 c. 255. «*Avaritia radix cunctorum* malorum.» V. supra, Lec. LXXIV, fol. 366.
(2) Gratianus c. 10, q. 1.ª *Noverint*.
(3) Gratianus c. 16, q. 7. *Quicumque fideles*.
(4) In usum non in usufructum, si de inmobilibus agatur, nam de rebus fungibilibus non est sermo.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

siasticæ largiuntur, *quanto magis* his consulendum est *quibus retributione justa debentur*.»

—Quænam ergo patrono debentur?

R. Patent ex his vulgaribus versiculis.

Patrono debetur honos, onus, emolumentum.

Præsentet, præsit, defendat; colatur egenus.

Hæc ex jure communi et juxta Decretalia, nam Tridentinum de his, tamquam præstatutis nihil habet.

—Quomodo vero acquiritur jus patronatus?

R. Patet etiam ex hoc carmine.

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus (1).

—Consonat his Trid. Synodus?

R. Af. «Nemo, etiam cujusvis dignitatis ecclesiasticæ vel sæcularis, quacumque ratione, nisi ecclesiam, beneficium, aut capellam de novo fundaverit et construxerit; seu jam erectam, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis propriis et patrimonialibus bonis competenter dotaverit; jus patronatus impetrare aut obtinere possit, aut debeat. In casu autem fundationis aut dotationis, hujusmodi institutio Episcopo, et non alteri inferiori reservetur.» (Sessio XIV, cap. 12 de Ref.)

—Ergo hodiedum patronatus non acquiritur ex mera datione fundi aut constructione?

R. Non acquiritur patronatus in sensu stricto, sed tantum in sensu lato. Nam patronatum stricte sumptum tantum habet qui facultate gaudet ad præsentandum idoneam personam, in beneficium a se vel a majoribus institutum. Si autem fundum donet vel ædes construat, dantur ei honores vel emolumenta ratione gratitudinis, et proporcionaliter, juxta favorem quem Ecclesia accepit. Sic ex gr. illi qui dedit aream permittitur sepulchrum in area aperire: qui ædes propriis sumptibus facit ponit stemmata gentilitia, et habet sedem honorificam, locumque præferentem in processionibus, et sic in aliis.

(1) Quamvis voces *ædificator* et *fundator* æquivoce quandoque summuntur, attamen distinguendæ sunt, nam ædificator ædes facit propriis sumptibus vel manibus, *fundator* fundum seu aream ut donat ut ædes fiant.

—Consonat his etiam antiqua nostra disciplina?

R. Af. Nam ex antiquis canonibus non licebat ecclesiam construere sine dote. Unde Brach. II Synodus ait: «Hoc autem unusquisque Episcoporum meminerit, ut non prius dedicet ecclesiam *nisi antea dotem basilicæ*, et obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum accipiat; nam non levis temeritas est, *si sine luminariis vel sine sustentatione eorum qui ibidem servituri sunt* (Nb.) tamquam domus privata ita consecretur ecclesia.» (Can. 5.) Unde patet etiam ex antiqua disciplina nostra, fundationi et constructioni dotis etiam assignationem neccessario injunctam fuisse.

—Quot sunt modi acquirendi jus patronatus?

R. Alii dicuntur originarii, qui ut plurimum in facto consistunt et sunt supra citati; dotatio, ædificatio, redotatio, reædificatio, fundatio et privilegium. Alii dicuntur derivativi, et fundantur in jure, nempe præscriptio, successio, atque contractus, quos Hostiensis in versiculis comprehendit a Decretalium glosographis citari solitis.

Jura patronatus transire facit novus hæres.

Res permutata, donatio, venditioque.

Hæc vero omnia amplius patebunt ex dicendis in lectione sequenti juxta Trid. Syn. disciplinam.

LECTIO LXXIX.

DE MODO PROBANDI JUS PATRONATUS.

—Jus patronatus fundatur in æquitate naturali?

R. Af. Nam et gratitudo ex æquitate benefactoribus debetur. prouti supra dictum est, et S. Syn. illius violationem tamquam rem æquitati contrariam exhibet, his verbis: «Sicuti legitima patronatuum jura tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare, *æquum non est*, sic etiam, ut hoc colore beneficia ecclesiastica *in servitutem*, quod a multis impudenter fit, redigantur, non est permittendum.» (Sess. XXV, cap. 9 de Ref. in gen.) Mt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Patronatus ergo est servitus?

R. Af. Et patet ex verbis Concilii, assimilaturque hæc servitus aliis realibus quæ sunt, in prædiis aliunde liberis, secundum jus constitutis ad aliquid præstandum vel ommittendum.

—Debet ergo probari jus patronatus?

R. Af. «Ut igitur debita in omnibus ratio observetur decernit Sancta Synodus, ut titulus juris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, et aliis jure requisitis ostendatur; sive etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliasve secundum juris dispositionem.» (Ib.) Mt.

—Exiguntur majores probationes pro personis præpotentibus?

R. Af. «In iis vero personis, seu communitatibus, vel universitatibus, in quibus id jus plerumque ex usurpatione potius quæsitum præsumi soleat, plenior et exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur: nec immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur, quam si, præter reliqua ad eam necessaria, præsentationes, etiam continuatæ, non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur.» (Ib.).

—Quid vero de cæteris?

R. «Reliqui patronatus omnes in beneficiis, tam sæcularibus quam regularibus, seu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscumque aliis beneficiis in cathedrali vel collegiata ecclesia, seu facultates et privilegia concessa tam in vim patronatus, quam alio quocumque jure nominandi, eligendi, præsentandi ad ea, cum vacant, exceptis patronatibus super cathedralibus ecclesiis competentibus, et exceptis aliis, quæ ad Imperatorem et Reges, seu regna possidentes, aliosque sublimes ac supremos Principes, jura imperii in dominiis suis habentes, pertinent; et quæ in favorem studiorum generalium concessa sunt, in totum prorsus abrogata et irrita, cum quasi possessione inde secuta, intelligantur. Beneficiaque hujusmodi tamquam libera, a

suis collatoribus conferantur; ac provisiones hujusmodi plenum effectum consequantur.» (Ib.)

—Patronus potest quemlibet etiam indignum præsentare?

R. N. «Ad hæc liceat Episcopo, præsentatos a patronis, si idonei non fuerint, repellere. Quod si ad inferiores institutio pertineat, ab Episcopo tamen juxta alias statuta ab hac Sancta Synodo, examinentur: alioquin institutio ab inferioribus facta, irrita sit et inanis.» (Ib.) Mt.

—Datur jus patrono ad immiscendam gestionem suam in bonorum dotalium administratione eo quod patronatus jus probatum et legitimum est?

R. N. «Patroni autem beneficiorum, cujuscumque ordinis et dignitatis, etiam si communitates, universitates, collegia quæcumque clericorum vel laicorum existant, in perceptione fructuum proventuum, obventionum, quorumcumque beneficiorum, etiam si vere de jure patronatus ipsorum ex fundatione et dotatione essent, nullatenus, nullave causa, vel occasione se ingerant; sed illos libere rectori, seu beneficiato, non obstante etiam quacumque consuetudine, distribuendos dimittant.» (Ib.) Mt.

—Potest vendi jus patronatus?

R. N. «Nec dictum jus patronatus, venditionis, aut alio quocumque titulo, in alios contra canonicas sanctiones transferre præsumant: si secus fecerint, excommunicationis et interdicti pœnis subjiciantur, et dicto jure patronatus ipso jure privati existant.» (Ib.) Mt.

Et hoc rationi consonat, nam ecclesia gratitudinem non debet emptori; et alias venditor juste privatur jure quod despicere videtur ipso facto quo illud tamquam quid venale traducere vult.

—Ergo Concilium reprobavit derivativos acquirendi modos?

R. N. Nam jus patronatus transmittitur ex testamento in succesores, et hic est derivativus acquirendi modus.

Transmittitur etiam patronatus realis si vendatur prædium affectum sustentationi beneficii: v. gr. Dominus cujusdam domus apud oppidum N. solvere tenetur quotannis 4,000 argentorum beneficiato in parochia Sancti N. Si le-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gitimus patronus vendit domum, ipso facto amittit jus patronatus, et hoc transit in venditorem, nisi aliud in pacto venditionis statuatur.

Hoc autem simoniacum non est, jus enim patronatus haud venditur, sed res cui patronatus inhæret, sequiturque illi tamquam res accesoria.

—Quomodo succeditur jure hæreditario?

R. In stirpes non in capita: itaque si duo fratres compatroni moriantur, et alius unum filium relinquat, alter vero duos, ambo hi unum tantum votum habebunt.

—Licet facere patronata beneficia illa quæ antea erant libera, ea uniendo beneficiis patronatis?

R. «N. «Insuper accessiones, per viam unionis factæ de beneficiis liberis, ad ecclesias juris patronatui, etiam laicorum, subjectas, tam ad parochiales, quam ad alia quæcumque beneficia, etiam simplicia, seu dignitates, vel hospitalia, ita ut prædicta beneficia libera ejusdem naturæ cum iis, quibuscum uniuntur, efficiantur, atque sub jure patronatus constituantur. Hæ si nondum plenarium sortitæ sunt effectum, vel deinceps ad cujusvis instantiam fient, quacumque auctoritate, etiam Apostolica, concessæ fuerint, simul cum unionibus ipsis per subreptionem obtentæ intelligantur; non obstante quacumque in iis verborum forma, seu derogatione, quæ habeatur pro expressa: nec executioni amplius demandentur; sed beneficia ipsa unita, cum vacaverint, libere, ut antea, conferantur.» (Ib.)

—Data fuit a S. Syn. aliqua exceptio?

R. Af. Verum transitoria et tantum pro temporibus illis: «Quæ vero a quadraginta annis citra factæ, effectum et plenam incorporationem sunt consecutæ; hæ nihilominus ab ordinariis, tamquam a Sede Apostolica delegatis, revideantur et examinentur: ac quæ per subreptionem vel obreptionem obtentæ fuerint, simul cum unionibus irritæ declarentur; ac beneficia ipsa separentur, et aliis conferantur.» (Ibid.)

—Quid vero de patronatibus inductis titulo redotationis et reædificationis?

R. «Similiter quoque patronatus quicumque in ecclesiis, quibuscumque aliis beneficiis, etiam dignitatibus antea liberis, acquisiti a quadraginta annis citra, et in futurum acquirendi, seu ex augmento dotis, seu ex nova constructione, vel alia simili causa, etiam auctoritate Sedis Apostolicæ, ab iisdem ordinariis, uti delegatis, ut supra, qui nullius in his facultatibus aut privilegiis impediantur, diligenter cognoscantur; et quos non repererint ob maxime evidentem ecclessiæ, vel beneficii, seu dignitatis necessitatem legitime constitutos esse, in totum revocent.» (Ibid.)

—Quid ergo si hi patronatus in ecclesiæ præjudicium inducti sint?

R. «Beneficia hujusmodi *sine damno illa possidentium, et restituto patronis eo quod ab eis idcirco datum est* (Nb.) in pristinum libertatis statum reducant: non obstantibus privilegiis, constitutionibus et consuetudinibus, etiam immemorabilibus.» (Ib.)

—Quid ex nuperis decretis hac de re in Hispania?

R. Attentis circunstantiis non solvantur reditus competentes parochis vel eorum vicariis qui a patrono vel ecclesiastico, vel laicali præsentati sint, nisi præcedat Regia approbatio: nam aliqui patroni, qui jam jure suo exciderant, nitebantur in beneficia præsentare (1).

Posteriori vero Regio decreto (2) collatis consiliis lato datur nova forma procedendi in ecclesiasticis curiis, ut sciatur qui vere laicales patronatus habeant cum jure præsentandi, quam ad resolvendas has quæstiones præ oculis habere opportet, cum valde prolixa sit.

---

(1) Real órden de 24 de Octubre de 1861.

(2) Real decreto de 23 de Octubre de 1864 derogando la Real órden anterior. Art 1.° «En los expedientes incoados hasta el dia y que en adelante se incoaren en los tribunales eclesiásticos para la provision de curatos ó beneficios con cura de almas *de patronato laical* se hará constar en el modo y forma que se dirá, y por quien corresponda, si el patrono era partícipe en diezmos y primicias, con obligacion de contribuir en todo ó en parte para la congrua del párroco y de otros encargados del ministerio parroquial, ó para otras atenciones de la parroquia. De la misma manera se hará constar tambien si el todo ó parte de los bienes que fueron de la Iglesia se ha adjudicado al patrono etc.»

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO LXXX.

DE REGIO PATRONATUS AP. HISP. JURE.

—Regium patronatus jus fundamentum habet in jure Tridentino?

R. Af. Et patet ex his quæ dicta sunt in lectione supra posita de modo probandi, fol. 384, juxta caput 9, sess. XXV, ubi excipit Regium patronatum his verbis: «exceptis patronatibus super cathedralibus ecclesiis competentibus, et exceptis aliis quæ ad Imperatorem et Reges seu regna possidentes, aliosque sublimes ac supremos principes jura imperii in dominiis suis habentes, pertinent.» Ergo Regium patronatus jus ex S. Syn. speciales condiciones habet.

—Regium patronatus jus pertinet ad ea Regalia jura, quæ Hispanico sermone dicuntur *regalias*?

R. N. Si sumatur in sensu stricto; nam jus patronatus exercetur etiam a privatis hominibus, non est ergo jus majestaticum vel Regis peculiare.

Af. vero si sumatur in sensu lato, prout privilegium, favor vel concesio dicitur *regalia*, et hoc sensu computatur inter Regias prærogativas, seu *regalias de la Corona*.

—Quænam est origo historica Regii patronatus?

R. Certum ac perspicuum est ante Reccaredi tempora, et Toletanum III Concilium, nullum extitisse, nec extare potuisse Regis favorem, nec proinde patronatum. De assistentia illius in Toletano illo, aliorumque Regum in sequentibus, constat, nulla vero in illis dispositio in favorem Regum et honorem usque ad Emeritense provinciale Concilium, anni 666.

—Quid ergo ibi in Regis honorem?

R. «Quantum cum Dei juvamine ratio competit ut rectitudinis regula ponatur in ecclesiastico ordine, tantum necesarium est ea excogitare et ordinare quæ clem. D. nostro Regi Receswintho, fideliumque suorum *genti aut patriæ* (Nb.) *debeant prosperitatem afferre*. Ob hoc ergo ins-

tituit Sanctum Concilium ut quandocumque eum causa ingredi fuerit contra suos hostes, unusquisque nostrum in ecclesia sua hunc teneat ordinem, ita ut omnibus diebus, per bonam dispositionem, sacrificium O. Deo pro ejus, suorumque fidelium atque exercitus sui salute offeratur» (1).

—Consonat hic Canon juri Divino?

R. Af. Paulus enim, 1 ad Tim. 2, ait: «Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, *pro Regibus et omnibus qui in sublimitate sunt*, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate.»

Ergo nihil novum hic fiebat ab ecclesia, quod et pro gentilibus et infidelibus Imperatoribus etiam non fecisset.

—Quænam est ergo prima dispositio quæ patronatus saporem habere videatur?

R. Celebris Canon 11 Tolet. XII, supra citatus, in quo et Regi et Toletano Antistiti datur jus eligendi Hispaniæ Episcopos. (V. Lect. VIII, fol. 37.)

Notandum vero, jam antea, a Toletano nempe IX Concilio, plenum patronatus jus cognitum fuisse pro ecclesiarum fundatoribus, ut in superiori lectione dictum est.

—Occupatio bellica est titulus legitimus ad jus patronatus acquirendum?

R. N. per se, Af. per accidens. Si enim catholicus princeps terram ab infidelibus dominatam ab ipsorum jugo eruere consequatur, verum Dei cultum statuens, fana idolis vel nefario cultui deditas in ecclesias vertens, et Deo dicans, patronatum acquiret, illi enim debent libertatem, ædes, opes, et proinde gratitudinem. Sic ex gr. cum Sanctus Ferdinandus muslimicum fanum (*vulgo mezquita*) apud Cordubam in Cathedralem conversit, idem fecit ac si a fundamentis ædificasset, nam poterat eam in aulam regiam convertere: patronatum ergo acquisivit non tantum ex occupatione bellica, sed etiam sed ex fundatione, posteaque ex dotatione, et sic de cœteris.

Sed si e contra princeps catholicus catholicum vincat,

(1) Ideo in solemnibus Missis, si ex rubrica liceat, pro Rege, principe et exercitu suo Ecclesia rogat.

et terras ejus occupet, nullum ex hac bellica occupatione jus patronatus acquiret; quin potius ecclesiæ liberæ evadent, nullam enim illi, nec genti victrici, gratitudinem Ecclesia debet, sed victis. Idem dicendum in casu sublevationis, nisi Apostolica Sedes, ex benignitate vel aliis justis causis, patronatum illum generalem et Regium, ex Apostolico privilegio, conservare vellit (1).

—Quænam ergo origo patronatus Regii apud Hispanas ecclesias?

R. Sub distinctione 1.° pro regnis Castellæ et Aragoniæ.

2.° In Castella pro patronatu generali et particulari.

3.° Pro Indiarum orientalium et occidentalium terris.

—Quænam jus patronatus in Aragonia et Navarra origo?

R. Urbanus II, Petro 1.° Aragonum Regi (2) et illius Regni proceribus concesit, anno 1085, «ut ecclesias villarum, tam earum quas in sarracenorum terris capere potueritis quam earum quas in regno vestro ædificare feceritis vel per capellas vestras vel per quæ volueritis monasteria, sedibus dumtaxat episcopalibus exceptis, distribuere liceat vobis.»

Unde regius patronatus ibi et in Aragone, Balearibus, Cathalonia, Navarra et Valentia indubius erat, et etiam in Granatensis provinciæ ecclesiis a Catholicis Regibus fundatis, Ferdinandus enim Catholicus, ut pote Aragonensis Rex, plus quam una vice patronatum generalem in illis ex Urbani II Bulla probavit.

—Quid vero pro Castellanæ ditionis ecclesiis?

R. Quamvis Castellæ Reges aliquando gestierint pro

---

(1) Ex hac perspicua ratione patet ridiculum esse conatum in republicis apud Americam constitutis exigendi patronatus jura, qualiter ab Hispaniæ Regibus exerceri solebat. Quam enim affinitatem habent illi hodierni Præsides cum Hispanis Regibus, vel quam gratitudinem debet Ecclesia eis, qui ut plurimum fuerunt et sunt illius inimici?

(2) Quamvis criticus Masdeu, solita sua exageratione, hujus Bullæ authenticitatem negaverit, attamen hodiedum in dubium revocari nequit, non enim tantum extabat apud percelebre Pinnatense cœnobium, sed etiam in archivio generali Aragonum ap. Barchinonem, in ecclesia Gerundensi et aliis.

obtinendo simili privilegio, illi quo Aragonenses gaudebant, attamen non constat illis fuisse concessum. Ideo, cum non possent probare patronatum generalem, tenebantur singillatim comperire quas ecclesias vel fundassent vel dotassent, vel alio quovis titulo patronatas haberent, quod quidem valde difficile et pluribus obnoxium litibus erat.

—Partitarum autem leges Regium patronatum tamquam universalem vindicabant?

R. Af. Ut patet ex his quæ supra dicta sunt lectione XIV, fol. 64. Attamen ibi Reges Castellæ non in privilegio pontificio, sed in occupatione vel dotatione, vel ædificatione jus suum vindicabant, nec patronatum vocabant, sed tantum *majoritatem et honorem* (*mayoria è honra*). De majoritate autem et honore non disceptatur.

Constat etiam plures Castellanas ecclesias non Regiis sumptibus, sed privatorum opibus et opere esse fundatas.

—Quid pro Indiarum ecclesiis?

R. In illis regionibus nostri Reges Urbani II Bulla uti non poterant, nam Alexandri VI Bulla *Inter cætera*, Castellæ et Legionis Regibus, non vero Aragonum, detectæ nuper insulæ dabantur, anno 1493; nam sumptus expeditionis non Ferdinandus sed Elisabetha solverat. Ideoque jus patronatus Indiarum fundatur in alia Bulla, quæ incipit *Eximiæ devotionis sinceritas*, ab eodem Alexandro VI, anno 1501 lata, in qua conceditur ut decimas capiant post attentas cultus necessitates, patronatum vero generalem non donavit, nec acquisitus ille fuit usque ad tempora Julii II, ex Bulla *Universalis Ecclesiæ*, anno 1501.

—Quænam sunt verba citatæ Bullæ?

R. «Quod nullus in prædictis et aliis acquirendis insulis et locis maris hujusmodi ecclesias magnas et locis præfati Reges importantes, alias quam Ferdinandi Regis et Joannæ Reginæ, *ac Regis Castellæ et Legionis* (Nb.) pro tempore existentis expresso consensu construi, ædificari et erigi facere possit; ac jus patronatus et præsentandi personas idoneas ad Ayguacen, et Maguen, et Bajunen prædictas et alias quascumque metropolitanas ac cathedrales ecclesias, et monasteria ac dignitatibus in eisdem... ac quæ-

cumque alia beneficia ecclesiastica et pia loca in dictis insulis et locis pro tempore vacantia... auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus etc.»

—Reges Hispaniæ habent Apostolicam delegationem et *Vicariatum*, ut dicunt, in Occidentalium Indiarum ecclesiis?

B. Ita assertum est a quampluribus jurisperitis, et fere ut axiomaticum habetur ab scriptoribus juris Indici, sed tamen nullus probat, nec concessionem adeo exhorbitantem ostendit, nec ostendet, cum verba tantum emphatica allegari soleant. In privilegiorum autem materia non sequitur regula *favores sunt ampliandi*, sed hæc alia (28 in 6.um) *quæ a jure communi exhorbitant nequaquam ad consequentiam sunt trahenda* (1).

—Quænam ergo vera Regii patronatus universalis certa indubitata et prout nunc existit origo?

R. Ex concordia præterito sæculo Benedictum XIV inter et Ferdinandum VI inita, in qua controversia finita fuit juxta litigata, confirmataque quoad alia quæ, ut pote Bullis et privilegiis firmata, litibus non implicabantur, ut supra dictum est (2).

—Quænam ergo et canonica, et postrema Regis patronatus Hispanici sanctio?

R. Habetur in noviss. Concordia his solemnibus verbis: «Summus Pontifex et catholica Majestas declarant Regales Hispaniarum prærogativas sartas tectas manere ad formam conventionum, quæ inter utramque potestatem celebratæ anterius sunt (Nb.) Atque ideo enunciatæ conventiones et speciatim ea quæ inter Benedictum XIV et Regem Catholicum Ferdinandum VI, anno 1753 inita est, confirmatæ declarantur ac plene in suo robore persistent, quod ad ea omnia quæ per præsentem immutata aut modificata minime fuerint « (Art. 44.)

—Subsunt ergo ex Concord. novissima Regalia jura?

R. Af. 1.° Dummodo sint *legitima et certa*.

---

(1) Sic sacra congregatio Concilii in resolut. nuperrima 27 Februarii, 1864. V. *Latinas ephemerides*: «Acta ex his decertpta, quæ apud Sanctam Sedem geruntur. Romæ vol. 1, fol. 84.

(2) Lectione XIV, fol. 65.

2.° Dummodo in legitimis et certis non sint abusus, excesus nec Ecclesiæ præjudicium.

Et patet ex verbis in præcedenti responsione allatis.

—Quid vero de harum observantia?

R. «Atque idcirco utraque contra hentium pars spondet se successoresque suos omnia et singula, de quibus utrimque conventum est *sancte servaturos*.» (Art. 44.)

—«Si qua vero in posterum supervenerit difficultas?»

R. «Sanctitas sua et Regia Majestas invicem conferent ad rem amice componendam.» (Ib.)

—Quid ergo si pactum hoc concordatum a Regia (quod absit) Maj. fuerit violatum, ipsa etiam invita? (1)

R. Politicis nostris legibus Rex immunis et *irresponsabilis* est, uti dici solet. Attamen hæ leges illum non eximunt ante Deum et ante Ecclesiam, cujus et *filius* et *subditus*. Si ergo filius ex civilibus legibus et ob ingratitudinem prægnantem amittit etiam legitimam patrimonii portionem, ita et Status et Rex concordias violantes amittent privilegia ac patronatus jura, nam *frangenti fidem, fides frangatur eidem*.

—Quid si rupta fuerit cultus unitas, quæ in primis hujus Concordiæ articulis fundatur?

R. Cum hæc sit basis et fundamentum Concordiæ sublata unitate cætera corruant necesse est; nam sublata causa tollitur effectus, et sublato fundamento domus corruit, ideoque amittet Regia corona jura regalia, saltem quæ sunt ex privilegio Pontificio vel ex pacto convento.

—Quænam sunt ergo horum jurium fontes?

R. Quatuor.

1.° Jus naturale in his quæ ad publicum ordinem et tranquillitatem pertinet; ideoque has etiam infideles et patronatus incapaces habent.

2.° Quæ sunt ex legitima præscriptione et jure consue-

---

(1) Debita hoc cum reverentia dicatur, nam nec christiana charitas nec legum nostrarum tenor aliud patiuntur.

Casus noluntatis ponitur, nam, pro nota Regum nostrorum pietate, satis certum est illos non nisi *moraliter coactos* Concordiæ pactum rupturos.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tudinario, veluti assistentia Conciliis generalibus per se, vel per idoneos legatos.

3.° Quæ sunt ex privilegio Apostolico, veluti Magisterium ordinum militarium administrationis titulo.

4.° Quæ sunt ex conventione, veluti provisio primarum post Pontificalem Sedium, quod ex noviss. Concordia Hispani Reges obtinent.

—Hæc vero privilegia onera habent?

R. Af. Et patebit ex lectione sequenti.

—Quid de honoribus Regi in ecclesiis debitis?

R. Legibus recopilatis vetatur cruces exire ab ecclesia ad adventum Regis (1). Quæ vero de Regio patronatu continentur in tit. 17, libri primi, fere omnia vel obsoleta sunt, vel alias abrogata. Lege tamen 1.ª statuitur Regium patronatus jus, ex lege lata in Comitiis generalibus, anni 1328, vulgo *el Ordenamiento de Alcalá* (2).

—Quænam circa Regium patronatus jus recentiores dispositiones?

R. Regio Decreto lato die 2 Maii anni 1851, creatum fuit Consilium ecclesiasticorum negotiorum dictum *Consejo de la Cámara Eclesiástica*, ad exercitium Regii patronatus universaiis.

Anno 1854 ex Regio Decreto, lato die 17 Oct., creata fuit Camera Regii patronatus. Hæc vero alio Decreto, lato die 21 Novembris 1857, extincta fuit, et in Consilium dictum Regale ejus functiones transierunt.

Consilium quoque Regium cum his functionibus periit; hodieque aliud Consilium dictum *Status* (*Consejo de Estado*) has functiones habet.

—Quid amplius?

R. Mense Februario anni 1852, et cum de adimplenda novissima Concordia ageretur, lata fuit Regia schedula, qua probatur quantum tunc temporis parvi penderetur tam

(1) «Que los clerigos no salgan con las cruces de las iglesias, como en otro tiempo solian hacer, á rescibir á Nos, ni al Principe, ni Infantes, mas que Nos vamos á reverenciar á la Cruz dentro en la Iglesia, como es razon... pero que la procesion de los clérigos salga de la puerta adelante.» (D. Juan I, en 1387.)

(2) V. Lect. 16, fol. 70, notula 1.

decantatum ac requisitum Regii patronatus universalis jus, sustituendo huic patronatus vitalicios in parochiis, ut hi novi patroni solverent stipendia in illis, et ærarium harum solutione levaretur, hoc tamen (Nb.) ¡*sine præjudicio Regii patronatus*! (1)

LECTIO LXXXI.

DE JURIS PATRONATUS EXERCITIO.

—Quænam in juris patronatus exercitio consideranda veniunt?

R. Duo præsertim, nempe onera et jura, sive honorifica sive utilia sint.

—Quænam sunt patroni onera?

R. 1.° Ecclesiam tueri contra ejus inimicos vel spoliatores.

2.° Redotare et reædificare eam, si illius reditus deficiant.

3.° Præsentare idoneas personas intra tempus debitum quodquidem, quamvis inter jura computetur, si attendatur gravitas materiæ et conscientiæ onus potius inter onera, quam inter jura computabitur, et ita sentiunt patroni qui bene sentiunt.

—Quænam sunt jura honorifica?

R. 1.° Præsentatio, si hoc difficile munus honori vertendum sit juxta præcedentem responsionem.

2.° Jus processionis, ut in ea locum præcipuum occupet.

(1) «Para elevar al más alto grado posible de decoro, pompa y devocion el culto y sus templos, *sin afectar los recursos del Erario*... que manifieste Vd. si se cree posible, hacedero y de buenos resultados el ensayar en ese distrito la concesion de *patronatos vitalicios con todos los derechos honoríficos eclesiásticos y civiles*... Tal concesion deberá entenderse salvo é ileso el alto y supremo Patronato Real (es decir *el Real patronato*) que gozan los Reyes de España, y con el concurso de ambas potestades.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3.° Jus thuris, pacis, aquæ benedictæ et panis benedicti, inter officia solemnia, ipsi speciali ritu conferenda.

4.° Jus sedis præminentis, ut commodiori et digniori in loco sacris intersit.

5.° Jus sepulturæ, uti ecclesiasticæ et civiles hac de re leges ferant.

6.° Jus ponendi stemmata gentilitia supra muros vel ecclesiæ valvas, aut capellarum cancellos, ut tamquam scuto illius gentis protegi hæc omnia videantur, prouti ab antiquis equitibus fiebat; qui ideo defensores, guardiani et advocati quandoque dicebantur.

7.° Jus precum, ut nomen benefactoris in dipticis ecclesiæ legatur. Hoc autem utilitatis (et quidem utilissimæ) potius quam honoris esse, agnoscet qui vere catholicus sit: secus vanitas erit.

—Quænam sunt utilitates?

R. 1.° Censum vel reditus capere, si ita in fundatione statutum sit. Hæc autem leves præstationes esse solent, uti quandoque in censibus emphiteuticis contingit.

2.° Alimenta ab ecclesia accipere, vel aliquas saltem cum præferentia eleemosynas, si ecclesia dives, ipse autem patronus, vel ejus sucessores, in egestatem devenerint.

—Jus vel onus tuendi ecclesiam in antiqua Hisp. disciplina notum erat?

R. Af, et quidem luculentissimis canonibus, latis præsertim in Tolet. IX, sub Receswintho Rege, anno 655.

Nam 1.° prohibent Episcopos de bonis patronatis disponere, aut alteri ecclesiæ donare patronis invitis.

2.° Ut idem jus tribuatur familiæ patroni.

3.° Ut proponant Episcopo ecclesiarum rectores.

4.° Ut si ipsi non exhibeant Episcopus instituat.

—Quid igitur de conservatione bonorum?

R. «Nullus sacerdotum vel ministrorum ex rebus Ecclesiæ, quæ in quibusdam locis a fidelibus largiuntur, aliquid conferat, vel juri suo aut cathedræ propriæ unitati connectat. Devotio enim uniuscujusque, sicut gratanter votum contulit Deo, ita definivit quod plenitudo votorum conservaretur in loco.» (Can. 1.°)

—Quod vero jus datur propinquis?

R. «Verum ut rei hujus potior soliditas habeatur condignis filiis vel nepotibus, honestioribusque propinquis ejus qui construxit vel dotavit ecclesiam, licitum sit hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si sacerdotem seu ministrum aliquem aliquid ex collatis rebus præviderint defraudare, aut commonitionis honestæ conventione compescant, aut Episcopo vel judici corrigenda denuntient.» (Ib.) (1).

—«Quod si talia Episcopus agere tentet?»

R. «Metropolitano ejus hæc insinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat Regis hæc auditibus intimare non differant.» (Ib.)

—Quid vero de præsentationis jure?

R. «Ut quamdiu earumdem fundatores ecclesiarum in hac vita superstites extiterint pro eisdem locis curam permittantur habere sollicitam, et sollicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in eisdem basilicis iidem ipsi offerant Episcopis ordinandos. (Can. 2.)»

—«Quod si tales forsan non inveniantur ab eis?»

R. «Tunc quos Episcopus loci probaberit Deo placitos sacris cultibus instituat, *cum eorum conniventia* servituros.» (Ib.)

—«Quod si spretis eisdem fundatoribus rectores ibidem præsumpserit Episcopus ordinare?»

R. «Et ordinationem suam irritam noverit esse, et ad verecundiam sui alios in eorum loco quos iidem fundatores condignos elegerint, ordinari.» (Ib.)

—Quid de jure ad auxilia ecclesiæ in egestatis casu?

R. Vide Supra Toletani IV notabilem canonem, qui ex Gratiani collectione etiam in vulgus abiit.

—Quot temporis spatium ad præsentandum datur?

R. Ex Lateranensi III et ejus interpretationibus (2), patrono laico datur quatuor mensium spatium, ecclesiastico vero sex. Attamen laicus alios simul vel succesive præsentare eo tempore potest, clericus vero non nisi unum, nam præsentatio ecclesiastici vim habet electionis, secus vero

---

(1) *Evulgata* est hæc Canonis pars a Gratiano; causa 16, q. 7. *Filiis vel nepotibus.*

(2) Lat. III, can. 17, et Alex. III, cap. 22 de Jure patronatus,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

laicalis. Hæc autem omnia Trid. Syn. intacta reliquit.

—Quid ergo de his præsentationibus S. Synodus?

R. 1.° Dedit Episcopis facultatem repellendi indignos.

2.° Ut illis tantum fiat præsentatio.

3.° Ut omnes præsentati examini subjiciantur.

—Ergo licet Episcopo indignos præsentatos repellere?

R. Af. «Ad hæc liceat Episcopo præsentatos a patronis si idonei non fuerint, repellere.» (Sess. XXV, cap. 9. V. supra lect. præcedenti, fol. 385, et quæ inibi sequuntur.)

—Præsentatio autem fieri debet semper Episcopo?

R. Af. «Non liceat præterea patrono, cujusvis privilegii prætextu, aliquem ad beneficia sui juris patronatus, nisi Episcopo loci ordinario, ad quem provisio, seu institutio ipsius beneficii, cessante privilegio, jure pertineret, quoquo modo præsentare; alias præsentatio ac institutio, forsan secuta, nullæ sint et esse intelligantur.» (Sess. XIV, cap. 13.)

—Potest autem fieri præsentatio Prælato exempto?

R. Af. Nam ipse in suo territorio ordinarius est, exemptio enim est ad extra.

—Præsentati ab aliquo patrono ecclesiastico nobilissimo, vel a Sanctæ Sedis Nuntio, eximuntur ab examinatione ordinarii?

R. N. «Præsentati, seu electi, vel nominati a quibusvis ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ Nuntiis, ad quævis ecclesiastica beneficia non instituantur, nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cujusvis privilegii seu consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius a locorum ordinariis examinati et idonei reperti.» (Sess. VII, cap. 13.)

—«Si vero juris patronatus ecclesiastici erit, ac institutio ad Episcopum, et non ad alium pertineat?»

R. «Is, quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus judicabit Episcopo præsentare teneatur, ut ab eo instituatur.» (Sess. XXIV, cap. 18.)

—«Cum vero institutio ab alio, quam ab Episcopo, erit facienda?»

R. «Tunc Episcopus solus ex dignis eligat digniorem,

quem patronus ei præsentet, ad quem institutio spectat.» (Ib.)

—«Quod si juris patronatus laicorum fuerit?»

R. «Debeat qui a patrono præsentatus erit, ab eisdem deputatis, ut supra, examinari, et non, nisi idoneus repertus fuerit, admitti.» (Ib.)

—Quid ulterius Sancta Synodus?

R. Vide supra lect. XLV «*de parochialis ecclesiæ vacantis provisione,*» fol. 204 et sequenti.

—Noviss. Concordia huic Trid. disciplinæ consonat?

R. Af. «Parochiis ecclesiastici patronatus providebitur nominante patrono inter tres quos, enuntiata superius forma, (1) Episcopi proposuerint. Iis vero quæ patronatus laicales sunt, nominante item patrono inter eos *qui in publico propriæ Diœcesis concursu adprobatos se fuisse doceant* (2) præfixo ad hoc non valentibus quatuor mensium spatio, ut adprobationem prædicto modo assecutos esse demonstrent, ac salvo semper ordinarii jure præsentatum a patrono examinandi, siquidem ita conveniens censuerit.» (Art. 26.)

—Quænam sunt posteriores resolutiones?

R. Quæ lata est Regia schedula, die 21 Junii 1852, collatis consiliis, circa præsentationes a laicalibus patronis factas, ubi patronatus mixti ex art. 3.° æquiparantur laicalibus, ex favorabiliori conditione (3).

---

(1) Id est «in publico in dicto concursu.» V. supra citatam lectionem XLV, fol. 206

(2) Ad declarationem hujus parragraphi data est collatis consiliis regia schedula, die 28 Maii 1864, qua dicitur: «Que no estando aprobado préviamente en concurso abierto en una de las dos diócesis indicadas (*la del domicilio ó la del beneficio que ha de residir*) se celebrará un concurso especial, para que el presentado acredite su suficiencia dentro de los cuatro meses que prefija el Concordato, en la diócesis en que el curato esté constituido.» (Art. 2.°)

(3) Notandæ sunt quoque sequentes:

1.° Quod præsentatio ad beneficia curata quæ universitatibus incumbat non fiat a rectoribus sed a claustro generali doctorum.» (Real órden de 25 de Nov. de 1858.)

2.° Ut attentis circunstantiis non solvantur reditus competentes parochis vel eorum vicariis aut coadjutoribus, qui a patrono vel ecclesiastico, vel laicali præsentati sunt, nisi præcedat Regia approbatio, nam præsentare solebant aliqui qui quidem jure suo exciderant. (Real órden de 24 de Octubre de 1861.)

3.° In patronatus jura activa quæ quibusdam regularibus com-

LECTIO LXXXII.

DE HODIERNA CLERI CULTUSQUE APUD HISPANIAM SUSTENTATIONIS FORMA.

—Quænam est hodierna cultus clerique sustentandorum apud Hisp. forma?

R. Eadem quæ in Belgio, Gallia, Germania aliisque apud Europam gentibus hodiedum viget, quæ quidem ex Noviss. Concordia inducta est.

—Quid de hac sustentationis forma dicendum?

R. Parum grata Ecclesiæ est, pluribusque obnoxia incommodis, qua de causa eam Sancta Sedes pro temporum angustiis et ad vitanda majora mala permittere et tolerare tenetur. Secus qui angustiis hisce locum dederunt vel dabunt, rationem reddiderunt vel reddent Illi quem non fallent, quique judicantes judicabit.

—Quænam sunt hæc incommoda?

R. Quod Ecclesiæ ministri cultusque divinus pendeant a temporalium guberniorum voluntate, inter quæ aliquando inveniuntur aliqui et indiferentistæ et ecclesiæ adversi, ut tristis experientia docuit. Sic ex gr., in Gallia hodie pendet sustentatio a ministro ærarii, qui est quidam israelita.

2.° Quod Ecclesia careat debita independentia in rerum suarum administratione.

3.° Quod Ecclesiæ ministri parvipendantur, et habeantur ab ignoranti vulgo tamquam civiles mercenarii, vel ut dicunt *funcionarios públicos*, *empleados*.

---

munitatibus extinctis, vel eorum prælatis competebant, succedant ordinarii, si patronatus vel pia opera habent injuncta, spiritualia onera, si vero civilia sint repræsententur a civilis provinciæ gubernatoribus (*gobernadores civiles*). (Real órden de 15 de Octubre de 1862.)

4.° Ad reclamationem Pompilonensis Episcopi jubetur Consistorio ordinis Sancti Joannis pro Aragonensi lingua, in præsentationibus ab illo factis servare regulam art 26 Concordiæ noviss., quæ loquitur de patronis ecclesiasticis, cum et Consistorium ipsum (*Asamblea*) patronus ecclesiasticus sit.» (Real órden de 4 de Junio de 1865.)

5.° Quæ supra citata est, lata die 28 Maii 1864.

4.° Quod graves difficultates oriantur quandoque cum Prælatus aliquem suspensionis beneficii pœna mulctare debet, propter administrationis publicæ tricas.

5.° Quia Ecclesia tenetur sequi sortem et vicissitudines ærarii publici, quod in Hispania fere semper ægestate laborat; unde parum, tardius et cum labore solvitur.

6.° Quia gubernia parum pia, vel Ecclesiæ infensa, possunt uno calami tractu illam ad inopiam reducere, juxta Neronis desiderium, qui uno ictu voluisset humanum genus decapitare.

His alia, et non minus gravia, superaddi possent: dicta vero sufficiant.

—Hæc solutio quæ ab Statu civili Ecclesiæ fit est pura liberalitas, vel donatio titulo gratioso largita?

R. N. Sed ex contractu oneroso, bilaterali, et titulo compensationis; eadem ratione qua creditoribus publicis solvit gubernium quod ipsis debetur, quia bonis suis spoliati fuerunt, vel ut dicitur *expropriati* titulo publicæ utilitatis, sicuti constructor viæ publicæ solvit una vice pecuniam, vel singulis annis pensionem, illi cui agrum suum ad viæ constructionem ademit.

—Quomodo demonstratur existentia hujus contratus bilateralis, onerosi et titulo compensationis et indemnizationis debiti?

R. Ex ipsa Noviss. Concord. in qua hæc forma inducta est, ibi enim taxatæ sunt quantitates solvendæ, ante quam Summus Pontifex subsanaret allienationes bonorum ecclesiasticorum, eo modo et forma quo supra dicti sunt in lectione LXXV, fol. 371, ubi art. 42 citatus (1).

—Quid ergo in illis præcedentibus articulis?

R. Taxantur 1.° Reditus et quantitates Prælatis solvendi; 2.° clero cathedrali; 3.° parochis; 4.° cultui ecclesiarum; 5.° seminariis et Sanctimonialium cœnobiis.

---

(1) Cum facta fuit expropriatio, anno 1841, vigebat art. 10, Constit. politicæ, qui sic ajebat: «Ningun español será despojado de su propiedad sin prévia indemnizacion.»

Lex ad expropriationem, utilitatis publicæ titulo faciendam, formalitatesque in hoc casu observandas, die 17 Julii 1837 lata fuit.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Reditus annuus cuique Archiepiscoporum in dotem adsignatus erit ut sequitur.

Toletano centum sexaginta millia argentorum, vulgo *reales de vellon*.

Hispalensi et Valentino centum quinquaginta millium (art. 31). Cætera vero in appendicibus require, ubi Concord. hispanico idiomate, nam omnes quantitates hic singillatim describere absonum foret.

—Quid vero in eodem articulo notandum de Indiarum Patriarcha?

R. «Titulari Indiarum Patriarchæ, quando Archiepiscopatum aut Episcopatum proprium non habeat (1), centum quinquaginta millium, deducta ex hac quavis alia quantitate quam ecclesiasticæ pensionis vel altero quocumque titulo a publico ærario percipiat.» (Ib.)

—Quid de Cardinalibus Hispanis?

R. «Antistites qui Cardinalatus honore aucti sunt viginti millia argentorum supra adsignatam sibi dotem obtinebunt.» (Ib.)

—Quid de Auxiliaribus?

R. «Episcopis Auxiliaribus Septensi et Nivarieusi itemque Priori ordinum militarium annuus quadraginta millia argentorum reditus atribuetur.» (Ib.)

De cæteris Auxiliaribus providebunt Episcopi qui eorum auxiliis indiguerint.

—Hi reditus minuendi sunt ob expeditionem Bullarum?

R. N. «Hujusmodi reditus nullam prorsus deductionem patientur, neque ob sumptus Bullarum, quos gubernium in se recipiet, neque ob alios qui in Hisp. pro iis occurrerint.» (Ib.)

—Quid amplius Prælatis conceditur?

R. «Gaudebunt insuper Archiepiscopi et Episcopi suis palatiis, pomariis, hortis aut ædibus quæ in qualibet diœ-

(1) Prima et unica vice qua patriarchalis dignitas post hujus Concord. ratificationem et promulgationem facta est, electus Patriarcha diœcesim propriam dimmisit, nam alias residere non potuisset contra ipsius Concord. mentem. Tantum hic casus esse poterit si patriarchalis dignitas cum Toletano Primatu, vel Matritensi Episcopatu cumuletur.

cesis parte ipsorum usui ac solatio destinatæ et minime alienatæ fuerint.» (Ib.) (1)

—Episcoporum decedentium bona spoliorum titulo capiuntur?

R. N. «Vigenti derogatur legislationi, quæ spolia Archiepiscoporum et Episcoporum respicit: his proinde fas erit libere, prout sua cuique conscientia suggeret de illis disponere, quæ mortis tempore reliquerit; legitimis hæredibus ab intestato successuris, eodem conscientiæ onere gravatis. Utroque tamen in casu excipiuntur ornamenta et vestes pontificales, quæ Mitræ propria censebuntur, et ad successores in illam transibunt.» (Ib.)

—Quid de sustentatione cleri cathedralis et collegialis?

R. «Primæ post Pontificalem Sedi in Toletana ecclesia, annuus viginti quatuor millium argentorum reditus adsignatur: cæteris in aliis Metropolitanis 20,000; in suffraganeis 18,000: in collegiatis 15,000.» (Art. 32.)

Cætera in append. hispano idiomate require.

—Quid de parochorum dotatione?

R. Eam vide in lect. XLVIII, fol. 221, et etiam in append. hisp. idiomate art. vero 33, pariterque de seminariis lect. LXV, fol. 323 et art. 35. De Sanctimonialium vero sustentatione sequenti lectione dicendum.

—Quid etiam ad cultus sustentationem?

R. «Ad sumptus divini cultus explendos ecclesiæ metropolitanæ intra 90 et 140,000, suffraganeæ intra 70 et 90,000, ac collegiatæ intra 20 ac 30,000 argentorum annuatim habebunt. Pro his vero qui administrationis et sacræ visitationis causa extraordinaria requiruntur, singulis Metropolitanis intra 20 et 30,000, et suffraganeis intra 16 et 20,000 argentorum annua vice conferentur.»

—Quid amplius?

R. Quæ in superioribus articulis statuta est cultui ac clero redituum assignatio, ita quidem intelligetur, ut cum per circunstantias liceat, augeri possit. Nihilominus si

(1) «Serán eximidos de la permutacion y quedarán en propiedad de la Iglesia en cada diócesis todos los bienes enumerados en los artículos 31 y 33 del Concordato de 1851 etc.» (Art. 6.° de la ley de 1860. Véase el resto en el ap.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quibusdam in casibus, ob peculiares causas aliqua ex adsignationibus articulo trigessimo quarto præstitutis impar dignoscatur Regium gubernium, ut conveniens fuerit, rei providebit.» (Art. 36.)

—Reditus quibus assignatæ cultui et clero doti satisfiat, quales erant?

R. 1.° «Proventus bonorum stabilium quæ per legem, die 3 Aprilis 1845 latam clero ipsi restituta sunt (1).

2.° Proventus Cruciatæ.

3.° Proventus bonorum pridem spectantium ad commendas et magisteria quatuor ordinum militarium, vacantes et vacaturos.

4.° Impositio super urbana, rustica et pecuaria proprietate ea rata quæ ad prædictæ dotis complementum necessaria sit, ratione habita proventuum de quibus in 1.°, 2.° et 3.° parragrapho mentio fit, aliorumque redituum, qui deinceps, prævio Sanctæ Sedis assensu in id ipsum assignentur.» (Art. 38.)

—Hæc Concordiæ noviss. pars, et quæ ad ejus executionem superaddita, hodiedum vigent?

R. N. Sed aliquantum immutatæ sunt in posteriori appenditia conventione anni 1860, quam in appendicibus require, pariterque aliquantulum variata quæ de vacantibus beneficiorum proventibus dicta fuerunt.

—Quid ergo in praxi?

R. «Ut cognoscatur certe quantitas dictæ impositionis Episcopus cum capitulo præscribet computum (*presupuesto*) ad diœcesis suæ dotem solvendam, juxta præscriptam in Concordato formam. Ut vero hæc descriptio in quolibet casu fixa perseveret, juxta maximam vel minimam præscriptas summas Episcopi poterunt, cum gubernio concorditer agentes, medium terminum exhibere, ubi et ecclesiarum necessitates et aliæ circunstantiæ id exigere videantur.» (Art. 16 del Convenio de 1860.)

(1) Vide in appendicibus, art. 4.um et 7.um legis latæ anno 1860. in quo agitur de permutatione et alienatione horum bonorum, prouti supra dictum est.

LECTIO LXXXIII.

DE PROPRIETATE ET BONIS REGULARIUM UTRIUSQUE SEXUS, EORUMQUE SUSTENTATIONE.

—Licet regularibus habere proprietatem?

R. N. «Nemini igitur regularium, tam virorum, quam mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cujuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita tamquam propria, aut etiam nomine conventus possidere vel tenere, sed statim ea superiori tradantur conventuique incorporentur.» (Sess. XXV de Ref. reg., cap. 2.)

—Licet «deinceps superioribus bona stabilia alicui regulari concedere?»

R. N. «Nec etiam ad usumfructum vel usum, administrationem aut commendam. Administratio autem bonorum, monasteriorum seu conventuum ad solos officiales eorumdem, ad nutum superiorum amovibiles, pertineat.» (Ib.)

—Quid vero de movilibus?

R. «Mobilium vero usum ita superiores permittant, ut eorum supellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat; nihilque superflui in ea sit; nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur.» (Ib.)

—«Quod si quis aliter quidquam tenere deprehensus aut convictus fuerit?»

R. «Is biennio activa et passiva voce privatus sit; atque etiam juxta suæ regulæ et ordinis constitutiones puniatur.» (Ib.)

—Quid vero si spoliata fuerint?

R. «Quod si aliqua loca ex prædictis, quibus auctoritate apostolica similia bona possidere permissum erat, eis spoliata sint, eadem omnia illis restituenda esse decernit.» (Ibid.)

—Ad æquam autem regularium sustentationem quid de eorum numero taxatur?

R. «In prædictis autem monasteriis et domibus tam vi-

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD DE LEÓN
UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rorum quam mulierum bona immobilia possidentibus vel non possidentibus is tantum numerus constituatur ac in posterum conservetur, qui vel ex reditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commode possint sustentari.» (Ib.)

—Possunt erigi monasteria sine consensu Episcopi?

R. N. «Nec de cætero similia loca erigantur sine Episcopi, in cujus diœcesi erigenda sunt, licentia *prius obtenta* (Nb.)»

—Sufficit tamen licentia ordinarii ad fundationem?

R. N. Si agatur de conventu cujus regulares vota solemnia emmissuri sunt, sed necessaria est approbatio Pontificia, juxta doctrinam Ben. XIV (1). Non vero si congregatio solemnia vota non habeat, ad hanc enim sufficit ordinarii licentia.

—Debent ante fundationem conventus audiri prælati regulares cæterorum?

R. Af. Ex Constitutione Clementis VIII: «Declaramus locorum ordinarios non posse licentiam ad novos conventus erigendos impertiri *nisi, vocatis* et *auditis* aliorum conventuum prioribus seu procuratoribus, *et aliis interesse habentibus* (Nb.), et causa servatis servandis cognita, constiterit in eisdem civitatibus et locis novos ejusmodi erigendos conventus sine aliorum detrimento commode sustentari.» Quod secus factum fuerit irritat (2).

—Debet expectari consensus parochi intra cujus parochiæ limites conventus ædificandus est?

R. Disputant canonistæ; nam aliqui fundati in verbis illis «*et aliis interesse habentibus*,» sustinent parochum non tantum esse audiendum sed etiam spectandum ejus consensum: verumtamen hodie probabilior videtur contraria sententia (3) nempe non esse necessarium audire parochum,

(1) De Syn. diœces., l. 9, cap. 1, n.° 9, et antea declaratum ita fuerat a Rota Romana in causa Cæsaraugustana, super fundatione cujusdam conventus, anno 1657.

(2) Clementis VIII Constit. *Quoniam*, die 23 Juiii, anni 1603 lata.

(3) V. Bouix, parte 2.ª, de Jure Regul., cap. 4, qui negativam tenet validissimis rationibus.

nec multo minus spectare consensum ejus, attamen si reclamaverit pro tuendis parochialibus juribus eum ordinarius audire tenetur.

Dicendum ergo pro praxi melius esse audire parochum, quamvis hoc non sit absolute necessarium.

—Quid de cœnobiis *Apostolici Ministerii* Bulla?

R. Sanctitatis suæ Nuntio ap. Hisp. commendavit «ut curet et vigilantiam adhibeat ne contra præscriptum memorati Concilii Trid. in monasteria, conventus et domos tam virorum quam mulierum, sive bona immobilia possideant, sive non possideant, major numerus recipiatur, quam qui vel ex proventibus propriis ipsorum monasteriorum conventuum aut domorum, vel ex consuetis eleemosynis aliisve quibuscumque obventionibus, *in commune tamen conferendis*, commode possit sustentari.» (Art. 14.)

—Cui competit hodiedum hæc inspectio?

R. Ex noviss. Concord. competit ordinariis sive virorum, sive fœminarum sint. Quod ad conventus virorum. V. supra in lectione LIX, fol. 279, art. 30 Concord.

«Quoad reliqua Sanctimonialium instituta *ordinarii* præsules ad omnes suarum diœcesium circunstantias respicientes, illas religiosas mulierum domus proponent in quibus novitiarum admissionem ac professionem expedire censeant pariterque instructionis et charitatis exercitia, quæ iisdem convenire dijudicent.» (Ib).

—Facta fuit hæc cœnobiorum discretio?

R. Af. Ut patet ex Regia schedula in qua illo ipso anno novitiis ad professionem emmittendam licentia concessa fuit (1), taxataque cuique cœnobio officia vel charitatis, vel docendi, quin etiam et Sanctimonialium in unoquoque numerus (2).

(1) Real órden de 14 de Diciembre de 1851.

(2) Ex censu anni 1769 apparuit esse tunc temporis in Hispania 1029 fœminarum conventus, et in illis 27,665 moniales.

Ex descriptione vero ad executionem Concord. approbata, sunt hodiedum 854 cœnobia, in quibus possunt esse 21,637 professæ.

Postea vero et terciariarum, et aliarum ad misericordiæ opera exercenda congregationum crevit numerus, crescitque magno cum pauperum solatio; ita ut antiquum numerum excedat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quomodo sustentantur hodiedum sanctimonialium cœnobia?

R. Propriis reditibus, qui ut plurimum exigui sunt, manuum labore, uti licet, et novarum professarum dotibus, nam in noviss. Concord. sic dicitur ad calcem eorum quæ de sanctimonialibus suprascripta sunt, «Nemini ad religiosam professionem aditus patebit nisi prius ejus sustentationi debita forma provisum sit.» (1)

Clarius autem in versione hispanica de fœminis tantum fari apparet (2).

—Quid vero de sustentatione virorum regularium?

R. «Regium gubernium sustentationi domorum et religiosarum familiarum, de quibus in articulo vigesimo nono mentio fit, aptiori, quæ par erit, ratione prospiciet.» (Art. 35.)

—Quid in Conventione accessoria ad noviss. Concordiam?

R. Bona quoque cœnobiorum sanctimonialium venundantur, data illis quantitate æquivalenti titulorum, ut e publico ærario reditus habeant (3).

—Si vero hi reditus non sufficiant?

R. Hoc in casu publicum ærarium, juxta ea qua in noviss. Concord. tractantur, ad vitæ sustentationem taxatam quantitatem fert; templa quoque restaurare et etiam ædificare tenetur, pariterque duarum sanctimonialium qui voce vel organo in unoquoque cœnobio canant, capellani

(1) Ex Regio decreto, lato die 26 Martii, 1852, conceditur ab Statu cuique monasterio summa ducentorum aureorum (200 *ducados anuales*) pro sustentandis duobus religiosis, quæ voce vel organo canant. Hæ vero sine dote admittuntur.

(2) No se procederá á la profesion de *ninguna religiosa* etc. V. en el apéndicc.

(3) Ley de 4 de Abril de 1860.

«Los Obispos, en conformidad de lo dispuesto en el artículo 35 del Concordato, distribuirán entre los conventos de monjas existentes en sus respectivas diócesis las inscripciones intransferibles correspondientes, ya a los bienes de su propiedad, que ahora se cedan al Estado, ya á los de la misma procedencia que se hubieren vendido, en virtud de dicho Concordato ó de la ley de 1.° de Mayo de 1856. La renta de estas inscripciones se imputará á dichos conventos como parte de su dotacion.» (Art. 12.)

quoque ac sacristæ cultusque sustentationi in monialium cœnobiis manum porrigere (1).

—Cui competit capellanos et sacristas pro cœnobiis Sanctimonialium designare?

R. Episcopis aliisque Prælatis, nam hoc jus, ab illis reclamatum, denique tandem a gubernio commissum ipsis, et insimul reditus ad sustentationem nominatorum ex ærario taxati sunt (2).

Capellani tamen qui nominentur debent esse religiosi ejusdem ordinis, eorumque qui a cœnobiis profligati fuerunt, (vel ut vulgariter dicuntur *exclaustrati*), si ipsorum copia sit.

LECTIO LXXXIV.

DE CAPELLANIIS ET OFFICIIS ECCLESIASTICIS.

—Quid est Capellania?

R. Titulus ecclesiasticus jus conferens ad percipiendam quamdam portionem redituum, certaque religiosa onera levanda, vel officia adimplenda, ex fundatoris voluntate (3).

—Quotuplices sunt capellaniæ?

R. Ecclesiasticæ et laicales.

2.° Collativæ et electivæ-collativæ.

3.° Familiares et liberæ collationis: familiares vero iterum sunt.

4.° Patronatus passivi et patronatus activi et passivi.

5.° Ad locum fixum et cum officio proprio, seu residenciale et sine loco nec officio.

6.° Denique sunt aliquæ rationem majoratus (*amayoraz-*

(1) Vide in append. art. 13, dictæ legis.

(2) «Que en lo sucesivo se verifiquen por los reverendos Prelados los referidos nombramientos de capellanes y sacristanes de los conventos de religiosos, debiendo procurar que dichos cargos sean desempeñados por exclaustrados con pension del Estado etc.» (Real órden de 6 de Junio de 1858.

(3) Capellaniæ, ita dictæ quod ut plurimum significant obligationem celebrandi Missæ sacrificium, vel certa ministeria præstandi statis diebus in certa capella sive altari, argum. Can. 30 de conces. dist. 1.ª (Ita Berardi cap. de benef. impropriis ad calcem vol. II).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gadas) habentes, quæ ideo prouti illi vocantur, saltuariæ, descendentales, primo genituræ, secundo genituræ, etc.

—Quando Capellania dicitur ecclesiastica?

R. Hæc nomine tantum a beneficiis simplicibus differt, qua de causa in praxi his annumerari debet. Dicitur ergo Capellania ecclesiastica—titulus quidam ecclesiasticus qui ex canonica fundatione ab ordinario confertur clerico ad religiosa quædam opera exercenda juxta fundatoris, sive ecclesiastici sive sæcularis voluntatem.

—Quid ergo requiritur essentialiter ut aliqua Capellania sit ecclesiastica?

R. Habes in definitioue. 1.° Ut fundationis tabullæ ab Episcopo vel ordinario approbatæ sint. Superfluum foret dicere vel *ab Apostolica Sede*, nam si potest approbare Episcopus multo magis poterit Rom. Pontifex.

2.° Ut collatio detur ab ordinario scriptis litteris, quo casu clarum est non posse dari laico, nec multo minus fœminæ vel puero, sed tantum clerico saltem prima tonsura initiato. Et probatur ex resolutione lata hoc ipso anno 1866, die 19 Januarii (1). Si secus fiat erit Capellania laicalis vel forsan pium opus (*Patronato de legos*).

—Capellania ecclesiastica potest esse juris patronatus laicalis?

R. Af. Unde laicitas non ex patronatu sed ex fundatione requirenda est, si duo allatæ conditiones deficiant. «Non idcirco quod aliqua Capellania juri patronatus laicorum obnoxia sit dici potest laicalis; nam etiam beneficia sunt, quæ eidem laicorum juri subsunt, et nihilo secius non deficiente decreto erectionis canonicæ et bullarum institutionis expeditione, non desinunt esse vera beneficia» (1).

—Quæ Capellania dicitur collativa?

(1) Hæc doctrina tam clara, quam solida disciplinæ praxis, apprime et nuper explicata est in latinis ephemeridibus, quæ Romæ prodeunt. *Acta ex his decerpta* etc. Vide vol. primum huic anno 1866 respondentem, fol. 618 et 634 app. 23 de differentia inter capellanias ecclesiasticas et laicales.

(2) Ibidem fol. 619. Et nota bene opus citatum privata auctoritate condi, attamen cum ex resolutionibus Congregationum, et Romæ, sub inspectione clarissimorum virorum edatur, non parvam illi deberi reverentiam.

R. Illa quæ vere ecclesiastica est, ut pote ordinarii collationem spectans ante possesionem, seu corporalem institutionem. Quod si Patroni sive sæcularis sive ecclesiastici præsentationem spectare debeat potius dicitur electiva-collativa, secus mere collativa.

—Quænam sunt circa capellanias regulæ?

R. In casu dubii ecclesiasticæ censentur.

2.° Meliores sunt ecclesiasticæ quam laicales: illæ beneficiis, hæc anniversariis ut plurimum assimilantur.

3.° Meliora etiam quæ residentiam et officium habent in parochorum auxilium et cultum.

4.° Cæterum laicales civilibus legibus, juxta Berardi doctrinam, aliquando reguntur.

—Quid ergo de Capellaniis familiaribus?

R. Hæc, quæ apud nostrates frequentiores erant, sive ecclesiasticæ sive laicales forent, conferri debebant cuidam personæ familiæ fundatoris, juxta illius mentem et designationem. Si patronus nominator erat etiam e familia fundatoris, dicebatur Capellania cum patronatu activo et passivo: si vero electio vel presentatio fiebat ab ordinario, vel aliquo collegio aut dignitate, dicebatur Capellania patronatus passivi.

—Quid vero de Capellaniis ad locum et officium fixum?

R. Hæc, quæ nobiliores et Ecclesiæ utiliores sunt, aliquando etiam beneficiis assimilantur: si ecclesiasticæ collationis sint, parochiis adjiciuntur ut in illis instar coadjutorum sint, et si hospitalibus vel oratoriis publicis annectantur cum dictis conditionibus, quasdam functiones spirituales exercent sub parochi tamen delegatione et inspectione» (1).

(1) Cum hæc lectio typis donatur prodit in lucem Regium Decretum ad parochiarum in Hispania novam descriptionem conficiendam, collatis cum Nuntio Apostolico consiliis, latum die 15 Februarii anni 1867.

«Las capellanías residenciales, cualquiera que sea su patronato, que tengan inherente la obligacion de asistir al confesionario, prestar otros servicios en la parroquia y auxiliar en su caso al párroco, se considerarán beneficios coadjutoriales.» (Art. 9.)

Idem de beneficiis simplicibus et residencialibus quamvis patrotatus particularis sint, nec obligationem habeant auxiliandi parochum. (Art. 10.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

His anumerantur Capellaniæ Regiæ, militum et monialium, de quibus supra dictum est. De capellanis vero hospitalium, hospitiorum et cœmeteriorum dicemus modo.

—Capellaniæ laicales possunt fundari etiam in loco et cum officio?

R. Af. Et quidem cum canonica erectione, ita ut Missam dicat in altari determinato, hora fixa, et cum obligatione audiendi confessiones, aliaque religionis munia obeundi. Nam si Episcopus fundationis tabullas approbaverit, litteræ vero collationis ab eo non dentur, sed sufficiat electio patroni, ut inducatur in corporalem institutionem seu possessionem, Capellania laicalis erit (*patronato de legos*).

—Quid de capellaniis quæ etiam a fœminis vel pueris haberi possunt?

R. Hæ capellaniæ laicales, saltem in Hispania, plus majoratus palliati quam veræ capellaniæ erant.

Equidem a tempore Regum Catholicorum, et Legum apud Taurinas curias editarum, in majoratus (*mayorazgos*) agi cœptum est, plures enim et ignobiles fundati erant, et quidem ad ridiculam vanitatem et ignaviam, ita ut ex illis magna et stultorum et parasitorum caterva surgeret. Tunc autem quam plures vanitate ducti cæperunt sub nomine capellaniarum laicalium fundare majoratus palliatos, ut familiarum suarum vanitati consulerent, cum exigua Ecclesiæ utilitate, magnaque reipublicæ pernicie, qua de causa civiles leges in illos desævire cæperint, non semper consultis æquitatis et Ecclesiæ juribus; donec ad nuperas leges ventum, quibus triticum cum zizaniis pari modo eradicata sunt.

—Quænam est in Hispania origo historica vocis Capellania?

R. Vix usque ad sæculum XII nec capellæ vox invenitur, multo minus capellaniæ. Forte primum monumentum in Bulla Urbani II, modo citata.

—Quid de illis S. Synodus?

R. Nec nomen quidem earum in illius actis reperitur: loquitur autem de beneficiis simplicibus, sub cujus nomine capellanias ecclesiasticas, et præsertim collativas, comprehendi, easquæ vix a beneficiis distingui jam dictum est.

—Quænam ergo de his simplicibus beneficiis?

R. 1.° Ut ex aliqua parte redituum aliquorum simplicium beneficiorum minorum ordinum functiones exercentibus stipendia assignentur (Sess. XXIII, cap. 17). Lect. LXVI, fol. 327.

2.° Ut ecclesiasticum beneficium habenti quod ad vitæ sustentationem insufficiens sit liceat nihilominus aliud sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat eidem conferre. (Sess. XXIV, cap. 17). V. Lect. LXXVII, fol. 377.

3.° Ut beneficia curata in simplicia non convertantur. (Sess. XXV, cap. 16). V. supra. Lect. LXXVI, fol. 374.

—Quid de illis *Apostolici Ministerii* Bulla?

R. Fori privilegio privat eos qui prima tonsura initiati attamen nec beneficium habent, nec habitum clericalem gestant, nec ecclesiæ adscribuntur. «Ubi vero reperiantur clerici capellanias, vel beneficia cujuscumque etiam tenuis reditus obtinentes, cujus improba vita aliis offensionem præbens destruat potius quam ædificet, vel concubinarii aut fœneratores, vel ebrietati ludisve alcarum dediti vel satores rixarum, vel negotiatores, vel arma gestantes, vel incertis sedibus vagantes, vel clericalem habitum tonsuramque non deferentes, vel ecclesiastica immunitate in fraudem tributorum et vestigalium a laicis non exemptis solvendorum temere abutentes, vel qui demun similia aut majora crimina patrantes numero magis quam merito ad Ecclesiam pertinere visi fuerint (1) Episcopi *præmissi tamen necessariis monitionibus servatisque aliis de jure servandis* contra ipsos ad pœnas a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, et a sacris Conciliis impositas et etiam ad privationem beneficiorum capellaniarum et ecclesiastico-

(1) Ex his gravissimis verbis, quæ teterrimo calamo scripsit forsan Card. Belluga, hujus Bullæ supplicator, inferre licet quem in despectum jam tunc temporis in Hispania venissent capellani, præsertim laicales, quorum ignorantia et ignavia omnibus notæ erant. Unde non dolenda foret eorum profligatio si facta fuisset a quibus et quomodo fieri debebat. Idem etiam pius Rex Carolus II anno 1677.

«Por cuanto la mayor causa de la relajacion del estado eclesiástico secular y crecido número de ecclesiásticos nace de la multitud de capellanías, que hay en estos reinos etc.» Ley 1.ª, tit. 16, lib. 1.° de la Novís. Recop.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rum officiorum in omnibus illis casibus, in quibus prædicta privatio a sacris canonibus imposita est, humanis quibuscumque rationibus posthabitis procedant, memores seipsos neglectæ subditorum emendationis condignas, Deo vindice pœnas persoluturos. (Art. 6.)

—Quid vero eadem Bulla de capellaniis tenuis reditus?

R. Et quoniam in prædictis Hispaniarum regnis reperiri intelleximus beneficia et capellanias, etiam de jure patronatus vel ecclesiastici, vel laicorum, nullo tamen certo proventu instructas, vel adeo tenui, ut nec ad dimidiam, nec ad tertiam partem congruæ pro clericis ad sacros ordines promovendis necessariæ ascendat; malis haud quidem levibus inde erumpentibus occurrere cupientes, statuimus et mandamus, *quod Episcopi ad beneficiorum et capellaniarum, quæ nullum certum reditum habent, suppressionem statim deveniant.*» (Art. 8.)

—«Quid de aliis vero beneficiis et capellaniis quarum certus annuus fructus ad memoratam saltem tertiam congruæ partem non ascendit?»

R. «Decernimus nulli in posterum conferendam esse primam tonsuram ratione juris assequendi aliquod ex dictis beneficiis et capellaniis.» (Ib.)

—«Utque patronatuum jura quantum fieri possit salva remaneant?»

R. «Liceat patronis tam ecclesiasticis quam laicis ad dicta beneficia et capellanias nominare, *non tamen veluti ad beneficia ecclesiastica requirentia in nominandis primam tonsuram sed tamquam ad legata pia*; et nominati, tametsi primam tonsuram non habentes, ea retinere possint uti pia legata, cum onere adimplendi omnia onera a fundatoribus injuncta.» (Ib.)

—Quid autem posteriores leges?

R. Aliæ latæ fuerunt contra inconvenientes capellaniarum fundationes: aliæ vero ad reductionem fundatarum. Primæ continentur ín tit. 12, libri 1, Noviss. Recop.: secundæ vero in tit. 14. Illæ a Philippo II et V, hæc vero a Carolo III et IV latæ sunt.

—Quid circa immoderatum capellaniarum numerum?

R. Philippus II, ad supplicationem curiarum anni 1593,

vetuit Episcopis cogere ordinandos ut e patrimoniis suis capellanias fundarent. Philippus V, ex Concord. anni 1737, vetuit pariter hasce immoderatas fundationes; quin etiam anno sequenti (1741) prohibuit hæc beneficia fundari temporaliter, cum ex sacris canonibus et Concordia anni 1737 non nisi perpetua et beneficia et Capellaniæ esse deberent (1).

—Quid vero circa suppressionem vel reductionem capellaniarum Carolinæ leges?

R. Carolus III, relicto Patris pio itinere, per se ipsum, irato marte, inconsultaque Sancta Sede contra capellanias indiscriminatim et malesuasus agere cœpit. Inde latæ plures leges, ab anno 1769 ad 1785 (2), in quibus, veluti Ecclesiæ Hisp. Pontifex, non tantum capellanias supprimere jussit, sed etiam modum suppressionis faciendæ præscripsit, quæ quidem, ordinationes, quamvis forsan bonæ forent, tamen ex incompetentia legislatoris, vel ex aliis causis, vix aliquod remedium pepererunt.

—Carolus IV eadem via perrexit?

R. Af. Nam anno 1796 vetuit capellanias sine Regio ac prævio assensu fundari, et ad earum erectionem decreta ad majoratuum fundationes adhiberi; nam, prout dictum est, capellaniæ majoratuum modo persæpe erigebantur (3). Quoad suppresionem vero vetuit etiam beneficia simplicia aliis curatis sine Regis quoque uniri licentia (4).

—Quænam sunt notabiliores ac recentiores leges post. Noviss. Recopilationem latæ?

R. Lege data die 11 Octobris 1820, patronatus, vinculationes, aliaque hujusmodi funditus eversi sunt, prohibitaque restauratio eorum vel nova fundatio (5).

Hæc lex eversa fuit anno 1824, restituta vero die 6 Julii 1835 quoad vinculationes, die vero 19 Augusti 1841, gras-

---

(1) Tit. 12, libro 1.° de la Novíss. Recop. leyes 1.ª, 3.ª y 5.ª
(2) Vide tit. 16, lib. 1.°
(3) Ley 6.ª, tít. 12, libro 1.° El Real decreto sobre mayorazgos era el de 1789, ley 12, tít. 17, lib. 10 de la Novís. Recop.
(4) Ley 9, tít. 16, lib. 1.°
(5) «Quedan suprimidos todos los mayorazgos, fideicomisos, patronatos y cualesquiera otras vinculaciones de bienes raíces etc.» (Art. 1.° de la ley de 1820.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sante per Hispaniam dira revolutione, alia contra capellanias etiam collativas lata est, quam Ecclesia nec probavit nec probare potest (1) quamvis de facto obedire coacta fuerit.

—Quid ergo dicendum his qui ex dicta lege bona capellaniarum tenent?

R. 1.° Eos ex conscientia debere absolutionem petere et ordinariorum judicio sistere, qui scient quid faciendum sit, nam si capellaniæ tenuis reditus sint, ex Bulla *Apostolici ministerii* supra in hac ipsa Lec. citata (art. 8.°) tamquam pia legata poterunt etiam fœminis ab Ordinario conferri.

2.° Onera fundationis levare, nam hoc et civilibus posterioribus legibus jubetur (2).

—Durus est hic sermo?

R. Durius est condemnari in Divino juditio.

—Quis hodiernus quæstionis status?

R. Ex Regio Decreto lato anni 1852, Capellaniæ collativæ patronatus tam activi quam passivi, et nondum alienatæ, Ecclesiæ restitutæ sunt: anno vero 1855, iterum revolutione grassante, lex spoliatoria 1841 noviter instaurata fuit. Sedatis tumultibus gubernium tandem fœdus hac de re cum Sancta Sede inere voluit, iter arripiens rectum, a quo toto sæculo, et per Carolinas leges, deviarat. Unde, revocato decreto anni 1855, in litibus super Capellanias supersedere jussum est (3), donec cum Sancta Sede conventio

(1) «Los bienes de las capellanías colativas á cuyo goce están llamadas ciertas y determinadas familias, se adjudicarán como de libre disposicion á los individuos de ellas etc.» (Art. 1.° de la ley de 1841.)

(2) La adjudicacion de los bienes se entenderá con la obligacion de cumplir, pero sin mancomunidad, las cargas civiles y eclesiásticas á que estaban afectos » (Ib. art. 11 y último).

(3) Art. 1.° «Se suspenden los efectos del Real Decreto de 5 de Febrero de 1855 por el que se restableció la ley de 19 de Agosto de 1841, sobre Capellanías colativas de patronato familiar activo y pasivo y demas fundaciones piadosas de igual clase.»

Art. 2.° «Quedan en suspenso los juicios y reclamaciones que penden ante los tribunales civiles y eclesiásticos, así respecto de la division ó secularizacion de los bienes comprendidos en dichas fundaciones y Capellanías, como sobre el derecho á suceder en ellas; y hasta nueva providencia no se admitirán en lo sucesivo demandas de esta clase.» (Real Decreto de 23 de Noviembre de 1856).

fiat, quæ adhuc a decem annis sub judice est, ex inconstantia rerum nostrarum publicarum.

—Quid de Capellaniarum oneribus Noviss. Concordia?

R. «Regium gubernium quoad suarum partium est, salvo cæteroquin jure Diœcesanorum Præsulum proprio, necessariis adhibitis providentiis efficiet, ut illi quos inter bona ad Capellanias piasque fundationes spectantia distributa fuerint, caveant de mediis ad onera adimplenda ipsis bonis ad nexa.» (Art. 39.)

LECTIO LXXXV.

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS EARUMQUE REPARATIONE.

—Quid de ecclesiarum decore Illiberitanum Concilium?

R. «Placuit picturas in ecclesiis esse non debere, nequod colitur et adoratur in parietibus depingatur.» (Canon 36.)

—Ergo Illiberitani patres iconoclastæ erant, vel saltem traditio antiqua imagenes vetabat; ut protestantes asserunt?

R. N. Sed cum canones illi darentur persecutionis tempore, prohibebatur pingere *in parietibus*, nam imagines illæ ammoveri non poterant: non ergo prohibentur imagines mobiles, seu in tabulis seu sculptiles. Romæ autem in catacumbis videntur picturæ sæculi II; sed ea loca a gentilium invasione caute servabant christiani (1).

—Quid verius ex illo percelebri canone infertur?

R. Jam ante pacem Constantini ecclesias publicas in Hispania fuisse.

—Quid vero in posterioribus canonibus?

(1) Duo sarcophaga quæ in sacra ac veneranda *Sanctarum Massarum*, seu innumerabilium martyrum crypta, (vulgo *Santa Engracia*) apud Cæsaraugustam servantur, sæculi IV sunt; et Illiberitano parum posteriora. In primo eorum B. Mariæ V. Assumptio in cœlum exhibetur, Deo illam manu capiente, ut adamussim declarat D. A. F. G. antiquitatum nostrarum peritissimus, in libro de his et aliis apud Hispaniam Christianis monumentis.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Ut ecclesia non dicetur cultui, quin ad illum sustentandum habeat. «Placuit ut quoties ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias Episcopi invitantur non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirant (1); sed si ipsi quidem aliquid ex voto suo obtulerint, non respuatur. Si vero aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc autem unusquisque Episcoporum meminerit *ut non prius dedicet ecclesiam, nisi antea dotem basilicæ et obsequium ipsius per donationem chartulæ* confirmatum accipiat; nam non levis temeritas est, *sine luminariis vel sine sustentatione eorum qui ibidem servituri sunt*, tamquam domus privata ita consecretur ecclesia.» (Canon 5.) Vide etiam de hoc canone supra citato, Lec. LXXVIII, fol. 383.

—Quid de hoc notabili canone?

R. 1.° Vocem basilicæ ibi usurpari in sensu lato pro ecclesia qualibet consecrata, et etiam ampla et decorata, prouti solebant esse etiam in Hispania basilicæ prophanæ quæ et congregandæ curiæ, et forensibus controversiis, et negotiatorum contractibus aptæ ut plurimum erant.

2.° Consecrationem tunc temporis necessariam in Hispania haberi, prouti et in aliis ecclesiis; nam benedictio tunc etiam, anno videlicet 572, non sufficiens videbatur.

3.° Hunc canonem a Gratiano citatum in vulgus evasisse (2) et frecuenter apud Juris Canonici scriptores inveniri.

—Quænam ergo sunt ecclesiarum species?

R. Primo majores et minores: majores sunt cathedrales et collegiales insignes (3), et etiam quæ basilicarum honoribus donantur (4).

2.° Consecratæ et benedictæ: illæ solemniori ritu et non nisi ab Episcopo fit, crucibusque rubris duodecim signatis in parietibus, una vero in janua.

---

(1) Id est, ut consecratio fiat gratis et sine exactionibus,
(2) Causa 1.ª q. 2.ª
(3) Vide supra cum de Çapitulis, lect. XXIX fol. 136.
(4) Non omnes cathedrales sunt basilicæ, nec talis honor tantum cathedralibus datur, quin etiam Matriti hic honor concessus est Ecclesiæ Deiparæ Virginis dictæ *de Atocha*. Basilicæ utuntur pro distinctione campanula portatili et balduchino in processionibus. De basilicis vero vide lect. LXXIV. Alias distinctiones etiam in Lec. LXIII, fol. 193.

3.° Publicæ et privatæ, in quibus tantum aliquibus personis ingressus conceditur.

4.° Sæculares et regulares.

5.° Liberæ et patronatæ.

6.° Inter patronatas aliæ sunt in Hispania patronatus Regii universalis, aliæ vero privati patronatus, seu familiaris sive alterius generis, quin etiam quandoque municipia ecclesias patronatas habent.

Harum vero definitiones et etiam antiquam formam describere nostri instituti non est.

—Quænam ergo ad disciplinam in hac re utilitiora sunt?

R. 1.° Localis immunitas.

2.° Profanatio et reconciliatio.

3.° Reparatio.

—Quid est ergo immunitas localis?

R. Hæc fertur ad inviolabilitatem: hæc autem non tantum in asylo consistit, ut vulgus credit, sed etiam in eo quod profanis usibus illæ non destinentur.

—Quinam sunt hi profani usus?

R. 1.° Sæcularia judicia et potius criminalia ibi habere.

2.° Conciones civiles et etiam collegia electoralia ad civiles curias indicere.

3.° Profana colloquia et confabulationes, quæ omnia jure communi prohibita sunt. (Cap. 2.° et 9 de immunit. in VI.)

—Quid de his S. Synodus?

R. «Ab ecclesiis vero musicas eas, ubi sive organo, sive cantu lascivum aut impurum aliquid miscetur, item *sæculares omnes actiones* (Nb.) (1) vana atque adeo profana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores arceant, ut domus Dei vere domus orationis esse videatur ac dici possit.» (Sess. XXII, decretum de observandis et evitandis in sacrificio Missæ.)

—Viget ergo hodiedum inmunitas localis Ecclesiæ?

R. Af. Et incunctanter quamvis hæc non semper in

---

(1) Nota bene in illis verbis *sæculares omnes actiones* comprehendi etiam ibi collegium electorale cogere, ut ex abusu et coactione inductum fuit aliquando revolutionis nostræ tempore.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

debita veneratione et executione fuerit. Quod vero ad asylum attinet hodiedum vix servatur, ut dicetur infra cum de pœnis et delictis (1).

—Quotuplici modo potest fieri profanatio?

R. Vel ex necessitate vel ex delicto.

Primo casu si ecclesia vetustate laboret et reparari nequeat, potest alienari, et in usus profanos non sordidos converti, erecta tamen cruce prouti supra lect. XLVIII, fol. 220, dictum est.

Profanatur etiam cum formam ammittit.

—Quomodo vero profanatur ex delicto?

R. 1.° Ob effussionem sanguinis.

2.° Ob actum sensualitatis.

3.° Ob inhumationem cadaveris alicujus extra Ecclesiæ communionem mortui.

4.° Ob indebitam destinationem ad usus sordidos.

Hæc autem juris communis sunt, et de illis nihil S. Synodus.

—Quid antiqui canones nostri de ecclesiarum reparatione?

R. V. Supra lect. LXXVIII, fol. 381, cum de patronorum juribus. Canonem 33, Tolet. IV.

Quid de ecclesiarum reparatione S. Synodi? — V. pag. 583

—Quid de ecclesiarum reparatione noviss. Concordia?

R. Regium gubernium «pari modo quæ sumptibus ad reparanda templa aliaque ædificia cultui addicta necessaria fuerint suppeditabit.» (Art. 36).

—Quænam hodiedum viget norma ex posterioribus legibus?

R. Ex Regio Decreto lato die 4 Octob. anni 1861, data est latissima instructio ad expeditionem causarum in quibus sumptus reparationis templorum prævie expendendi sunt, quam hic inserere pro ipsius latitudine non licet.

In illo non tantum agitur de reparatione cathedralium, collegialium et parochialium ecclesiarum, sed etiam de aulis episcopalibus, seminariis et domibus ac ecclesiis tam virorum quam sanctimonialium.

—Quænam autem præcipuæ dispositiones?

---

1) Servatur tantum hodiedum in statibus Pontificiis.

R. Sumptus reparationis dividuntur in ordinarios et extraordinarios. Ordinarii sunt illi quibus annuatim attendi potest reparationi cathedralium et parochialium et seminariorum ex art. 34 et 35 Concord. deductis.

Extraordinariis vero, præter hæc, attenditur etiam religiosis domibus, atque necessitatibus illis, quæ cum ordinariis mediis et etiam fidelium eleemosynis fieri nequeunt, qua de causa publicis sumptibus ex ærario facienda sunt.

—Quid erga Episcopales aulas?

R. Harum reparatio fieri potest, si ordinaria sit, ex reditibus vacantium, juxta art. 37 Concord. noviss. qui quidem sic ait. «Rata pars redituum cuilibet mensæ Episcopali, pro tempore vacationis debita, deductis tunc emolumentis quæ respondeant œconomo, per capitulum ipso actu electionis Vicarii generalis deputando *tum sumptibus ad urgentem Episcopalis palatii restaurationem* requisitis inter Seminarium Conciliare et futurum Prælatum æqualiter dividetur.» (Art. 37).

—Quænam sunt præcipuæ dispositiones dicti Decreti?

R. In unaquaque Diœcesi creatur cœtus (*comision*) ut ædificationibus vel reparationibus faciendis præsit. «Hæc, sub Prælati præsidentia, constabit Decano cathedralis Ecclesiæ et alio canonico a capitulo designato, fiscali territorialis cancellariæ (*Audiencia*) vel promotori fiscali tribunalis, syndico municipali et delegato cœtus *commissionis* ad monumentorum custodiam præfectæ.» (Art. 4.°).

In locis ubi ecclesiæ construendæ vel restaurandæ sint cœtus subalterni designabuntur, in quibus locus datur parocho; pro religiosis domibus vero illius superiori vel capellano.

Si sumptus 4,000 argentorum (4,000 rs.) summam non excedant, vel ædificii architectura eximii meriti sit, Episcopus brevem descriptionem illorum faciet, audito inferiori arquitecto (*alarife*, *maestro de obras*) et cœtu prædicto, eamque Ministro Gratiæ et Justiciæ pro resolutione mittet.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO LXXXVI.

DE SACROSANCTÆ MISSÆ SACRIFICIO.

—Ecclesia Hispana sacrosanctum Missæ sacrificium a primævis propagatæ religionis temporibus habuit?

R. Af. Ita ut Hispanicus peculiaris ritus, qui huc usque in aliquibus ecclesiis nostris, ex Apostolica dispensatione, observatur (1), Apostolicus indubitanter sit, ex eoque non parvi momenti argumentum contra hæreticos et impios depromere licet, cum ille contineat in essentia quidquid latina Missa continet, et perperam ab acatholicis negatur.

—Quare dicitur mixtiarabicus sive *mozarabe*?

R. Quia quamvis a primo Ecclesiæ sæculo in Hispaniam inductus fuerit ab Apostolis Jacobo et Paulo, qui in illam adventarunt, ut fert pia et probata nostra traditio, vel ab Apostolicis septem viris

Missos Hesperiæ quos ab Apostolis
adsignat fidei prisca relatio,

attamen ab Isidoro, clarissimo nostro Patre, correctus fuit et additus, unde *gothicus* dicebatur; cumque observatus fuerit usque ad finem sæculi XI annis videlicet in Aragonia usque ad annum 1071 in Castella et Toleto 1078 (2) mixtarabicus dictus est.

—Dolenda est illius relegatio ab ecclesiis nostris?

R. Doleri debet calumnia qua ab exteris detractoribus insectatus fuit, cum illum ritum purum et catholicum Sancta Sedes sæculo IX declaraverit. Non vero doleri debet ejus relegatio sæculo XI, facta enim fuit in obse-

(1) Ex Apostolico privilegio servatur hic ritus in aliquibus ecclesiis parochialibus apud Toletum, et in magnifico sacello, quod in Primatiali ipsa ecclesia Card. Ximenius Cisneros erexit. Servatur quoque in Capella Talabricensi, seu de *Talavera*, in claustro Cathedralis Salmantinæ.

(2) In antiquis memoriis monasterii Caradignensis (*Cardeña*) legebatur. «Anno millesimo septuagesimo octavo, intravit lex Romana in Hispania.»

quium *uniformitatis*; unitas enim *in forma* plurimum confert ad *unitatem in essentia*. Hæc autem uniformitas tunc temporis neccessaria erat. Quin etiam laudari debent nostri piissimi Tridenti temporis Episcopi, qui Breviarii et Missalis Romani libros a Sancto Pio evulgatos, *statim* et incunctancter acceperunt, quamvis haberent pro suis Diœcesibus recenter editos libros, quos magna cura et elegantia, pariterque magnis sumptibus, typis ediderant; quod catholicum et humilitatis exemplum non secuti fuerunt viciniores Episcopi, in exteris gentibus, qui etiam hodiedum utilissimam hanc uniformitatem acceptare recusant.

—Quid ergo de ecclesiasticis officiis antiqui nostri canones?

R. Constat ex Canone 5, Toletani 1, supra citati (Lect. LXVIII, fol. 335), officium in ecclesiis nostris fuise *quotidianum*.

—Aliæ officii partes etiam quotidianæ sunt?

R. Af. Ait enim Tarraconense Concilium: «Ut omnis clerus die sabbato ad vesperam sit paratus quo facilius die dominico solemnitas cum omnium præsentia celebretur; ita tamen *ut omnibus diebus vesperas et matutina celebrent*, (Nb.) quia desistente clero, quod est pessimum, comperimus in basilicis nec luminaria *ministrari*. (Can. 7.)

Item Gerundense (anno 517), «ita nobis placuit *ut omnibus diebus post matutinas et vespertinas* oratio Dominica a sacerdote proferatur.» (Canon 9.)

—Quid de Missæ celebratione hoc Gerundense Concilium?

R. «Ut quomodo in Metropolitana ecclesia fuerit, ita, in Dei nomine in omni Tarraconensi provincia, tam ipsius Missæ ordo quam psallendi vel ministrandi consuetudo servetur.» (Can. 1.°) (1)

—Hic mos in nostris ecclesiis ab Apostolica Sede probatus erat?

R. Saltem in Gallæciana provincia expresse constat: de cæteris plus quam probabile est. «Item placuit ut eodem ordine Missæ celebrentur, quem Profuturas quondam hujus

(1) Citatur ap. Grat. de Consecr. D. 2.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

metropolit. eccles. Episcopus *ab ipsa Apostolicæ Sedis auctoritate suscepit scriptum.*» (Canon 4, Bracar. I.)

—Quid vero S. Synodus?

R. Plura de Sacrosancto Missæ sacrificio tradidit, quæ quidem plus Theologiæ quam juris canonici sunt. Quæ ad disciplinam ecclesiasticam attinent præcipue versantur:

1.° De ratione canonica ceremoniarum illius.
2.° De sacrosancta frequentique communione.
3.° De celebratione in lingua vulgari.
4.° Ne sacerdotes vagi celebrare possint.
5.° De celebratione in oratoriis privatis.
6.° De superstitionibus vitandis.

—Quas ergo rationes philosophico-canonicas adhibuit S. Synodus?

R. Fundantur in ipsa humana phisiologia, «cumque natura hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli; propterea pia Mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quædam summissa voce, alia vero elatiore, in Missa pronuntiarentur, instituit. Cerimonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa, ex Apostolica disciplina et traditione, quo et majestas tanti sacrificii commendaretur, et mentes fidelium per hæc visibilia religionis et pietatis signa ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, centemplationem excitarentur.» (Sess. XXII, cap. 5.)

Unde canone VII definivit: «Si quis dixerit, cerimonias, vestes, et externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica utitur, irritabula impietatis esse magis, quam officia pietatis, anathema sit.»

—Quid de frequenti communione?

R. «Optaret quidem sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quoad eos sanctissimi hujus sacrificii fructus uberior proveniret: nec tamen, si id non semper fiat, propterea Missas illas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas et illicitas damnat, sed probat, atque adeo commendat.» (Ib. cap. 6.)

Ideoque canone VIII definivit: «Siquis dixerit Missas in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas; anathema sit.»

—Quare «illæ quoque Missæ vere communes censeri debent?»

R. Af. «Partim, quod in eis populus spiritualiter communicet, partim vero quod a publico Ecclesiæ ministro, non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Christi pertinent, celebrentur.» (Ib.)

—Oportet Missam vulgari lingua celebrari prouti protestantes, jansenistæ aliique novatores jactitant?

R. N. «Etsi Missa magnam contineat populi fidelis eruditionem; non tamen expedire visum est Patribus, ut vulgari passim lingua celebraretur. Quamobrem, retento ubique cujusque Ecclesiæ antiquo, et a Sancta Romana Ecclesia, omnium ecclesiarum matre et magistra, probato ritu, ne oves Christi esuriant, neve parvuli panem petant, et non sit qui frangat eis; mandat S. Synodus pastoribus, et singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem, vel per se, vel per alios, ex iis quæ in Missa leguntur, aliquid exponant; atque inter cætera sanctissimi hujus sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus præsertim Dominicis, et festis.» (Ib., cap. 7.)

—Potest vero hæc declaratio fieri in lingua vernacula?

R. Af. Et patet ex verbis, Sess. XXIV, cap. 7, ubi jubet parochis ut «inter Missarum solemnia, aut divinorum celebrationem sacra eloquia et salutis monita *eadem vernacula lingua*... erudire studeant,» prouti supra lect. XLVI, fol. 214 dictum est.

—Potest latinus græco ritu, vel græcus ritu latino uti?

R. N. Et expresse prohibitum est in Constitutione S. Pii V, quæ incipit verbo *Providentia*, lata anno 1556. Latinus vero audiens Missam a græco orthodoxo dictam ritu suo satisfacit præcepto, similiterque græcus latinam audiens (1).

(1) Romanus Pontifex, cum Pontificaliter celebrat, duplici Diacono et Subdiacono asssistitur, græco et latino, qui unusquisque et Epistolam et Evangelium suo idiomate canit, ut agnoscatur eum et orientalis et occidentalis Ecclesiæ caput esse.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid ergo de celebratione in lingua vernacula definivit?

R. «Si quis dixerit, Ecclesiæ Romanæ ritum, quo submissa voce pars canonis et verba Consecrationis proferuntur, damnandum esse; aut lingua tantum vulgari Missam celebrari debere; aut aquam non miscendam esse vino in Calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem; anathema sit.»

—Licet Missas celebrare in honorem Sanctorum?

R. Af. «Si quis dixerit, imposturam esse Missas celebrare in honorem Sanctorum, et pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit; anathema sit.»

—Canon Missæ continet errores?

R. «Si quis dixerit canonem Missæ errores continere, ideoque abrogandum esse; anathema sit.»

—Quis abusus in celebratione Missæ prohibentur?

R. «Decernit Sancta Synodus, ut ordinarii locorum Episcopi ea omnia prohibere, atque e medio tollere sedulo curent, ac teneantur, quæ vel avaritia, idolorum servitus, vel irreverentia, quæ ab impietate vix sejuncta esse potest, vel superstitio, veræ pietatis falsa imitatrix, induxit.» (Ib.)

—Quid de oblationibus?

R. V. supra lect. LXXXI, fol. 353.

—Quid de clericis vagantibus ac sine residentia stabili?

R. «Deinde, ut irreverentia vitetur, singuli in suis diœcesibus interdicant, ne cui vago et ignoto sacerdoti Missas celebrare liceat. Neminem præterea, qui publice et notorie criminosus sit, aut sancto altari ministrare¦, aut sacris interesse permittant.» (Ib.)

—Contra superstitiones aliquid decernit?

R. «Postremo ne superstitioni locus aliquis detur edicto et pœnis propositis caveant, ne sacerdotes aliis quam debitis horis celebrent, neve ritus alios aut alias cæremonias et preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas quæ ab Ecclessia probatæ ac frequenti et laudabili usu receptæ sunt.» (1)

(1) Quo casu consuetudines sint proscribendæ ut pote contrariæ Cæremoniali Romano, quando vero servari possint in Hispania

—Quid de oratoriis privatis?

R. Ea in sequenti lectione require?

—Quid de musicalibus strepitu et abusibus?

R. V. Supra Lect. LXXXV, fol. 419, quæ continuatim in eodem capite sequuntur.

—Datur exemptio contra ordinarium has aliasque irreverentias corripienti?

R. N. «Hæc igitur omnia, quæ summatim enumerata sunt, omnibus locorum ordinariis ita proponuntur, ut non solum ea ipsa, sed quæcumque alia huc pertinere visa fuerint; ipsi pro data sibi a sacrosancta Synodo potestate, ac etiam, ut delegati Sedis Apostolicæ, prohibeant, mandent, corrigant, statuant; atque ad ea inviolate servanda censuris ecclesiasticis, aliisque pœnis, quæ illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant: non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque.» (Ib.)

—Possunt celebrari duæ Missæ ab uno Sacerdote eadem die ex necessitate?

R. Ad hujus difficultatis resolutionem præ oculis habendum est Rescriptum Benedicti XIV Episcopo Oscensi datum, die 16 Martii, anni 1746, ubi resolvit «non esse iterandum die festo sacrificium si parocho alias Sacerdos operam suam navare possit, etiamsi catechismus eodem die fideique mysteria populo explanari debeant» (2).

ex Apostolico indulto, vide ap. Jacobum Pignatelli, t. 4, consult. 93, nam Sacra Rituum Congreg., ad instantiam *omnium ecclesiarum Hispaniæ*, definivit die 11 Junii, anni 1605, nec ipsum librum Cæremonialem Episcoporum *immemorabiles et laudabiles* (Nb.) *Ecclesiæ Hisp. consuetudines tollere.*

(2) Probat autem doctrinam de facultate largienda ab Episcopo præcipue ex Concilio Limano a Sancto Thoribio habito, anno 1592, quem magnis laudibus extollit. Loquitur etiam de praxi celebrandi tres Missas in die commemorationis omnium fidelium defunctorum ex prasi ecclesiarum Aragoniensis regni.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO LXXXVII.

DE PRIVATIS ORATORIIS.

—Oratoria privata licita sunt?

R. Af. Dummodo ex necessitate vel vera devotione sint, et sine præjudicio publici cultus.

—Quæ illarum origo in nostra disciplina?

R. Bulla *Urbani* II (supra citata cum de Regio patronatu, Lect. LXXX, fol. 390) loquitur de capellis a Rege struendis: ad instar autem Regum proceres et toparchæ in aulis et castellis suis capellas privatas et oratoria pro sua et familiæ suæ commoditate vel devotione fundabant.

—Quid de privatis oratoriis antiqui nostri canones?

R. Toletana I sit ait: «Nulla professa vel vidua absente Episcopo vel Presbytero, in domo sua antiphonas cum confessore vel servo suo faciat: lucernarium vero nisi in ecclesia non legatur, aut si legitur in villa, præsente Episcopo, vel Presbytero, vel Diacono legatur.» (Can. 9.)

—Quid vero de oratoriis privatis S. Trid. Synodus?

R. «Neve patiantur privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, et ad divinum tantum cultum dedicata oratoria, ab eisdem ordinariis designanda et visitanda, sanctum hoc sacrificium a sæcularibus, aut regularibus quibuscumque peragi: ac nisi prius, qui intersint, decenter composito corporis habitu, declaraverint se mente etiam, ac devoto cordis affectu, non solum corpore, adesse.» (Ib.)

—Debent Missæ in oratoriis privatis interesse principales familiæ personæ?

R. Af. Nam Benedictus XIV per Card. Præfectum (1)

(1) Citatur a Gattico, de *oratoriis domesticis*, cap. 21, et constat ex latinis ephemeridibus, *Acta ex iis excerpta* etc. vol. 1, fol. 83, ubi citatur etiam resolutio lata a Sacra Congreg. Concilii die 27 Februarii 1864. «ut per verba *in tua ac familiæ tuæ presentia* intelligatur privilegium *indireete* dumtaxat extensum ad familiam.»

declarari fecit «non posse vigore similis indulti celebrari Missam in privatis oratoriis, quando eidem Missæ actu non intersit *aliquis ex his quibus principaliter indultum concessum est*, adeo ut sine præsentia alicujus ex dictis personis minime liceat dictum sacrificium peragi.»

—Quid de famulis qui diebus festis Missam audiunt in domesticis oratoriis?

R. Horum concessiones hanc clausulam ferre solent. «Volumus autem quod familiares servitio tuo tempore dicto, actu non necessarii, ibidem Missæ hujusmodi interessent *ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de præcepto* minime liberi censeantur.» Unde caute procedere debent in hoc domini, nisi alias extraordinarium indultum habeant.

—Datur in hoc regula favores sunt ampliandi?

R. N. Sed e contra alia juris regula (28 in VI). «*Quæ a jure communi exhorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda*» (1).

—Quid de privatis oratoriis *Apostolici Ministerii* Bulla supra per allusionem citata? (Lect. LXII, fol. 300).

R. Cum circa Missarum celebrationem in privatis oratoriis, necnon circa usum altaris gestatorii a recol. mem. Clemente XI prædecessore etiam nostro opportunum decretum promulgatum fuerit, die 15 Decembris anni 1703, Episcopi dent operam ut omnia ibidem statuta etiam in regnis Hispaniarum serventur, idemque decretum in suis respective Diœcesibus, ut facilius omnibus innotescat, publicari faciant, addita etiam prohibitione ne in privatis regularium cœllis sive cubiculis erigatur altare pro re sacra ibidem facienda, et contra quoscumque contravenientes censuris etiam ecclesiasticis procedant, adhibita quoad regulares auctoritate Sedis Apostolicæ, in memorato Decreto ipsis delegata, remotaque quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili.» (Art. 22).

—Quid continet citatum Decretum Clementis XI?

R. «In oratoriis privatis quæ per Sanctam Sedem concessa fuerint non licere regularibus cujusvis ordinis... etiam

(1) Vide citatas ephemerides, vol. 1.° fol. 85.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Sancti Joannis Hierosol. aut aliis quibuscumque sacerdotibus, etiamsi essent Episcopi, in iis celebrare in diebus Paschatis, Pentecostes, Nativitatis Christi Domini, aliisque anni festis solemnioribus, ac diebus in indulto exceptis: in reliquis vero diebus prædictis regularibus et sacerdotibus quibuscumque, *etiam* Episcopis (Nb.) in præfatis oratoriis celebrare non licere, ubi etiam unica Missa, quæ in indulto conceditur, celebrata fuerit .. atque illa etiam in casibus præmissis celebrari nequeat post meridiem.»

—Quid de oratoriis Episcoporum in privatis domibus?

R. «Declaramus tamen, quod cum in prædicto Decreto statuatur, non licere Episcopis extra domum propriæ habitationis in domibus laicis erigere altare, ibique sacrosanctum Missæ sacrificium celebrare, sive celebrari facere, hujusmodi prohibitio intelligenda non sit de domibus etiam laicis, in quibus ipsi Episcopi forte occassione visitationis vel itineris hospitio excipiantur... his enim casibus licita iis erit erectio altaris ad effectum prædictæ celebrationis, non secus ac in domo propriæ ordinariæ habitationis.» (Ib.)

—Cui competit examen Brevium Apostolicorum quibus oratorii privati indultum conceditur?

R. Ex legibus tam canonicis quam civilibus ordinario hæc facultas competit, nam etiam ex parte civilis potestatis Regio Placito hæc indulta non sunt obnoxia (1).

—Quænam facultates Commissario generali Cruciatæ competunt?

R. Etiam tempore interdicti in illis privatas Missas celebrari permittere sub certis conditionibus quæ in Bulla ipsa designantur.

—Quinam habent jus oratorii privati ex dignitate sua?

R. Episcopi, uti supra dictum est, et etiam equites magnæ Crucis a Carolo III nuncupata, ex speciali Apostolico indulto et juxta probatas a S. Sede constitutiones.

(1) Los Breves de dispensas matrimoniales, los de edad, extratempora, *oratorio* y otros de semejante naturaleza quedan exceptuados de la presentacion general en el Consejo, pero se han de presentar precisamente á los Ordinarios Diocesanos, etc. Pragmática de 1768, que es la ley 9, tít. 3.º, lib 2.º de la Novis. Recop.

—Quæ facultates competunt Toletano Antisti prouti Commissario Gen. Bullæ Cruciatæ?

R. Vide supra In Lect. LVII, fol. 271.

LECTIO LXXXVIII.

DE CULTU RELIQUIARUM AC SACRARUM IMAGINUM.

—Reliquiarum cultus antiquus fuit in Hispania?

R. Af. Nam de martyrum cultu jam loquitur Illiberitana Synodus, posteaque et aliæ.

—Quid ergo Canones Illiberitani?

R. Si quis idola fregerit et ibidem fuerit occisus, quia in Evangelio non est scriptum, nec invenitur ab Apostolis unquam factum, placuit eum in numerum non recipi martyrum.» (Can LX). His autem verbis intelligitur non deberi illis cultus qui martyribus dabatur, quamvis apud Deum martyres essent, non enim debebant sine necessitate et speciali Sp. Sancti inspiratione, mortem quærere et persecutionem inaniter contra cæteros christianos provocare.

—Quid amplius?

R. Præter alios canones, qui quidem citari possent, (1) notare opportet Canonem in Martini Brachar. summa quo cultus extra ecclesiam et sub divo prohibetur «Non oportet clericos ignaros et præsumptuosos super monumenta in campo ministeria portare, aut distribuere sacramenta, sed aut in ecclesia aut in Basilica ubi *martyrum reliquiæ sunt depositæ* ibi pro defunctis oblationem offerre.»

—Quid vero Trid. Synodus?

R. «Mandat Sancta Synodus omnibus Episcopis, et cæteris docendi munus curamque sustinentibus, ut juxta Catholicæ et Apostolicæ Ecclesiæ usum, a primævis Christianæ Religionis temporibus receptum, sanctorumque Patrum consensionem, et sacrorum Conciliorum decreta, in primis de sanctorum intercessione, invocatione, reliquiarum honore et legitimo imaginum usu, fideles diligenter

(1) Vide supra lect. LXXI, fol. 353, cum de oblationibus.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

instruant, docentes eos, Sanctos una cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre, bonum atque utile esse suppliciter eos invocare; et ob beneficia impetranda a Deo per Filium ejus Jesum Christum, Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor et salvator est, ad eorum orationes, opem auxiliumque confugere: illos vero qui negant, Sanctos, æterna felicitate in cœlo fruentes, invocandos esse; aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare; vel eorum, ut pro nobis etiam singulis orent, invocationem esse idolatriam; vel pugnare cum verbo Dei, adversarique honori unius mediatoris Dei et hominum Jesu Christi; vel stultum esse, in cœlo regnantibus voce vel mente supplicare; impie sentire.» (Sess. XXV, cap. initiali).

—Quid vero speciatim de martyrum reliquiis?

R. Sanctorum quoque martyrum, et aliorum cum Christo viventium sancta corpora, quæ viva membra fuerunt Christi, et templum Spiritus Sancti, ab ipso ad æternam vitam suscitanda et glorificanda a fidelibus veneranda esse, per quæ multa beneficia a Deo hominibus præstantur: ita ut affirmantes, sanctorum reliquiis venerationem atque honorem non deberi, vel eas aliaque sacra monumenta a fidelibus inutiliter honorari atque eorum opis impetrandæ causa Sanctorum memorias frustra frequentari; omnino damnandos esse, prout jam pridem eos damnavit, et nunc etiam damnat Ecclesia.» (Ib.)

—Quid autem de sacrarum imaginum catholico cultu?

R. «Imagines porro Christi, Deiparæ Virginis, et aliorum Sanctorum, in templis præsertim habendas et retinendas, eisque debitum honorem et venerationem impertiendam; non quod credatur inesse aliqua in iis divinitas, vel virtus, propter quam sint colendæ; vel quod ab eis sit aliquid petendum; vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, velut olim fiebat a gentibus, quæ in idolis spem suam collocabant; sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræsentant: ita ut per imagines, quas osculamus, et coram quibus caput aperimus et procumbimus, Christum adoremus: et Sanctos, quorum illæ similitudinem gerunt, veneremur: id quod Conciliorum, præsertim vero secundæ Nicænæ Synodi decretis contra imaginum oppugnatores est sancitum.

Illud vero diligenter doceant Episcopi, per historias mysteriorum nostræ redemptionis, picturis vel aliis similitudinibus expressas, erudiri et confirmari populum in articulis fidei commemorandis, et assidue recolendis; tum vero ex omnibus sacris imaginibus magnum fructum percipi: non solum quia admonetur populus beneficiorum et munerum, quæ a Christo sibi collata sunt, sed etiam quia Dei per Sanctos miracula et salutaria exempla oculis fidelium subjiciuntur, ut pro iis Deo gratias agant, ad Sanctorumque imitationem vitam moresque suos componant; excitenturque ad adorandum ac diligendum Deum, et ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit, aut senserit; anathema sit.» (Ib.)

—Abusus, turpes quæstus et superstitiones in his tolerat Ecclesia?

R. «In has autem sanctas et salutares observationes si qui abusus irrepserint, eos prorsus aboleri sancta Synodus vehementer cupit; ita ut nullæ falsi dogmatis imagines, et rudibus periculosi erroris occasionem præbentes, statuantur. Quod si aliquando historias et narrationes Sacræ Scripturæ, cum id indoctæ plebi expediet, exprimi et figurari contigerit; doceatur populus, non propterea divinitatem figurari, quasi corporis oculis conspici, vel coloribus aut figuris exprimi possit. Omnis porro superstitio in Sanctorum invocatione, reliquiarum veneratione, et imaginum sacro usu tollatur, omnis turpis quæstus eliminetur.» (Ib.)

—Licet imagines lascivas in ecclesiis ponere si meritum artificiale habeant?

R. «Omnis denique lascivia vitetur, ita ut procaci venustate imagines non pingantur nec ornentur.» (Ib.)

—Licet vero festa celebrare cum epulis et saltationibus, prouti fit persæpe in aliquibus regionibus?

R. N. «Et Sanctorum celebratione, ac reliquiarum visitatione homines ad comessationes atque ebrietates non abutantur, quasi festi dies in honorem Sanctorum per luxum ac lasciviam agantur. Postremo tanta circa hæc diligentia et cura ab Episcopis adhibeatur, ut nihil inordina-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tum, aut præpostere et tumultuarie accommodatum, nihil profanum, nihilque inhonestum appareat, cum domum Dei deceat sanctitudo.» (Ib.)

—Quid Episcopis incumbit ad irreverentias vitandas?

R. «Hæc ut fidelius observentur, statuit Sancta Synodus, nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit.» (Ib.)

—Licet evulgare nova miracula inconsulto Episcopo?

R. N. Et in hoc peccant contra S. Syn. mandata qui, indiscreta pietate, (si inobedientia pietatis nomine vocari debet) in ephemeridibus temere ea inserunt, ait enim S. Synodus: «nuila admittenda esse nova miracula, nec novas reliquias recipiendas: nisi eodem recognoscente et approbante Episcopo; qui, simul atque de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, et aliis piis viris, ea faciat, quæ veritati et pietati consentanea judicaverint.» (Ib). Unde nec Episcopus in his raptim et sine consilio agere debet.

—Quod si aliquis dubius aut difficilis abusus sit extirpandus, vel omnino aliqua de iis rebus gravior quæstio incidat?

R. «Episcopus, antequam controversiam dirimat, Metropolitani et Comprovincialium Episcoporum in concilio provinciali sententiam expectet; ita tamen, ut nihil, inconsulto Sanctissimo Romano Pontifice, novum aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernatur.» (Ib.)

—Quid de sacrarum imaginum cultu nostræ civiles leges?

R. Recopilatis legibus vetatur (1) crucis signum vel imagines Dei, Deiparæ, Sanctorumque in locis depingi ubi pedibus teratur, vel irrisioni aut profanis usibus deserviant.

—Quid de civili cultu erga Sacram Eucharistiam?

R. Omnes et etiam Reges et Principes tenentur Sanctissimum comitari cum ægrotantibus per modum viatici

---

(1) Ley 5, tít. 1.º. lib. 1.º de la Novis. Recop.

fertur, et Rex ipse genu flectet quamvis publico via luto contaminata sit (1).

2.º Tribunalia et Consilia idem facient; ipsique Magistratus, e rheda descendentes, pedetentim comitabuntur: Sacerdos vero Dominum portans Præsidis redha vehetur (2).

3.º Signa militaria transeunte Sanctissimo humi sternentur, milites arma inclinabunt (3).

LECTIO LXXXIX.

DE HOSPITALIBUS.

—Quid hospitalis nomine in Tridentino intelligitur?

R. Non solum domus ad infirmorum curationem, sed etiam ad horphanorum assistentiam et educationem, senium et vetullorum solatium, aliaque seu nossocomia seu xenodochia, quæ christiana charitas fundavit et sustinet.

—Quotuplicia sunt hospitalia?

R. Ratione eorum qui solatium accipiunt dicuntur *orphanotrophia*, quæ horphanorum collectioni (*hospicios*), *nosocomomia* ægrotantium receptoriæ domus (*hospitales*) *ptocotrophia* mendicorum receptacula (*asilos de mendicidad*), *gerontocomia* (senum asyla), *Brephotrophiæ* domus ad infantes alendos (*cunas*, *inclusas*), *pæditrophiæ* ad educandos pueros (*salas maternales*, *asilos de párvulos*).

2.º Ratione fundationis et dotationis possunt esse libera et patronata: patronatus autem potest esse Regius, seu familiaris et privatus. Ecclesiasticus, vel sæcularis, vel alias juxta ea qua de patronatu dicta sunt. Inde etiam ordinariæ jurisdictionis et exempta dicebantur.

3.º Ratione bonorum dotalium, ecclesiasticum vel sæculare.

---

(1) Ley 2.ª, tít. 1.º, lib. 1.º de la Novis. Recop.
(2) Ib.
(3) Real órden de 17 de Setiembre de 1828 confirmada en 16 de Junio de 1864.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

4.° Ratione dominii publicum et privatum.

5.° Sæcularia autem ex hodiernis Hispaniæ legibus, et publica administratione dicuntur nationalia seu generalia, provincialia et municipalia.

—Qua ratione hospitalia juris ecclesiastici censebantur?

R. Quia christiana charitas ea invenit cum antea incognita essent. 2.° Quia fere omnia, etiam Concilii Tridentini tempore, ecclesiasticis bonis et reditibus dotata erant et ditata. 3.° Quia in his sedula animarum cura adhibenda erat. 4.° Quia miserabiles personæ, cum vix defensores haberent, ab Ecclesia protegendi erant, et earum causæ ecclesiasticæ jurisdictioni subdebantur.

—Debent Episcopi juxta Trid. Syn. hospitalibus invigilare?

R. «Curent ordinarii, ut hospitalia quæcumque a suis administratoribus, quocumque illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis, fideliter, et diligenter gubernentur, forma servata Constitutionis Concilii Viennensis, quæ incipit: *Quia contingit*, quam quidem Constitutionem eadem Sancta Synodus innovandam duxit, et innovat, cum derogationibus in ea contentis.» (Sess. VII, cap. 15.)

—Quid in ha Viennensi Constit. renovata?

R. Extat inter Clement., lib. 3, de religiosis domibus, cap. 2, et sic ait: «Quia contingit interdum quod xenodochiorum, leprosariarum, eleemosynariarum seu hospitalium rectores, locorum ipsorum cura postposita, bona, res, et jura ipsorum interdum ab occupatorum et usurpatorum manibus excutere negligant, quin imo ea collabi et deperdi domos et ædificia ruinis... deformari permittunt... sancimus ut ad quos id de jure vel statuto in ipsorum fundatione locorum apposito aut ex consuetudine præscripta legitime, vel privilegio Sedis Apostolicæ, pertinet, loca ipsa studeant in prædictis omnibus salubriter reformari.» Deinde negligentibus exemptiones privilegiaque tollit.

—Episcopi tenentur visitare hospitalia et alia pia loca?

R. Af. «Episcopi, etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegati, in casibus a jure concessis, omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos, sint executores, et habeant jus visitandi hospitalia, collegia

quæcumque, ac confraternitates laicorum, etiam quas scholas, sive quocumque alio nomine vocant. (Sess. XXII, cap. 8.)

—Excipiuntur ab hac regula aliqua hospitalia et collegia pia?

R. Af. Subdit enim: «Non tamen quæ sub Regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia.» (Ib.)

—Datur exceptio erga laica et exempta hospitalia?

R. Neg. «Eleemosynas Montis Pietatis, sive charitatis, et pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiamsi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis privilegio sint munita; ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo, juxta sacrorum canonum statuta, cognoscant, et exequantur: non obstantibus. quacumque consuetudine, etiam immemorabili, privilegio, aut statuto.» (Ib.)

—Episcopus potest exigere rationem administratoribus piorum locorum?

R. Af. «Administratores, tam ecclesiastici, quam laici, fabricæ cujusvis ecclesiæ, etiam cathedralis, hospitalis, confraternitatis, eleemosynæ, Montis Pietatis, et quorumcumque piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis ordinario: consuetudinibus, et privilegiis quibuscumque in contrarium sublatis; nisi secus forte in institutione, et ordinatione talis ecclesiæ, seu fabricæ expresse cautum esset.» (Sess. XXII, cap. 9.)

—Quid si ex consuetudine aut privilegio, aut ex Constitione aliqua loci aliis ad hoc deputatis ratio reddenda esset?»

R. «Tunc cum iis adhibeatur etiam ordinarius et aliter factæ liberationes dictis administratoribus minime suffragentur.

—Quid amplius Tridentina Synodus de hospitalium administratoribus?

R. «Admonet Sancta Synodus quoscumque ecclesiastica beneficia, sæcularia, seu regularia, obtinentes ut hospitalitatis officium, a Sanctis Patribus frequenter commendatum, quantum per eorum proventus licebit, prompte,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

benigneque exercere assuescant, memores, eos, qui hospitalitatem amant, Christum in hospitibus recipere. Illis vero qui hospitalia vulgo nuncupata, seu alia pia loca, ad peregrinorum, infirmorum, senum, pauperumve usum præcipue instituta, in commendam, administrationem, aut quemcumque titulum, aut etiam ecclesiis suis unita, obtinent; vel si ecclesiæ parochiales, hospitalibus forte unitæ, aut in hospitalia erectæ, earumque patronis in administrationem concessæ sint; præcipit omnino, ut impositum illis onus, officiumve administrent, atque hospitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis actu exerceant, juxta Constitutionem Concilii Viennensis, alias in hac eadem Synodo sub fel. rec. Paulo III innovatam, quæ incipit: *Quia contingit.*» (Sess. XXV de Ref. in gen., cap. 8.)

—«Quod si hospitalia hæc certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum personarum genus suscipiendum fuerint instituta; nec in loco ubi sunt dicta hospitalia, similes personæ, aut perpaucæ reperiantur?»

R. «Mandat adhuc, ut fructus illorum in alium pium usum, qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco, et tempore utilior, convertantur, prout ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum usu peritiores sint, per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit.» (Ib.)

—Datur aliqua exceptio?

R. Neg. «Nisi aliter forte etiam in hunc eventum in eorum fundatione, aut institutione fuerit expressum: quo casu, quod ordinatum fuit observari curet Episcopus, aut, si id non possit ipse, prout supra utiliter provideat.» (Ib.)

—Quibus remediis potest ordinarius contra negligentes uti?

R. «Si prædicti omnes, et singuli cujuscumque ordinis, et religionis, et dignitatis, etiamsi laici fuerint, qui administrationem hospitalium habent, non tamen regularibus subjecti, ubi viget regularis observantia, ab ordinario moniti, hospitalitatis munus, adhibitis omnibus, ad quæ tenentur necessariis, reipsa obire cessaverint; non solum per ecclesiasticas censuras et alia juris remedia ad id compelli possint; sed etiam hospitalis ipsius administratione curave

perpetuo privari possint; aliique eorum loco ab iis, ad quos spectabit, substituantur.» (Ib.)

—Datur compositio erga fructus male perceptos?

R. Neg. «Et prædicti nihilominus, etiam ad fructuum restitutionem, quos contra ipsorum hospitalium institutionem perceperunt, quæ nulla eis remissione, aut compositione indulgeatur, in foro conscientiæ teneantur.» (Ib.)

—Administratio piorum locorum debet esse perpetur?

R. Neg. «Nec administratio, seu gubernatio hujusmodi locorum uni, et eidem personæ ultra triennum deinceps committatur; nisi aliter in fundatione cautum reperiatur: non obstante, quoad omnia supradicta, quacumque unione, exemptione, et consuetudine in contrarium, etiam immemorabili, seu privilegiis, aut indultis quibuscumque.» (Ibid.)

—Servatur exemptio hospitalibus in Tridentina Synodo ut conservatoribus ad sua privilegium gaudere possint?

R. Af. Sess. XIV, cap. 5 includuntur in exemptione hospitalia actu hospitalitatum servantia, attamen conservatorum judicum jurisdictio penitus apud nos obsoleta est.

—Quid de hospitalibus post Tridentinam Synodum?

R. Cum plura et ex majori parte inutilia hospitalia essent in Hispania, S. Pius V, rogante Philippo II, Bullam pro ipsorum reductione dedit, die 6 Decembris 1566, aliamque 6 Aprilis 1567, quæ quidem inter Noviss. Recop. leges citantur in notula apposita legi 11, tit. 38, lib. VII.

Inde collatis consiliis facta reductio in pluribus Hisp. civitatibus (1).

—Quænam hodie civilibus legibus divisio inducitur?

R. Generalia sunt quæ totius regni ære dotantur quodquidem a comitiis quotannis probatur. Ad horum directionem centralis commissio Matriti stabilita, in qua et Toletanus Antistes et Indiarum Patriarcha primas sedes post

(1) Matriti, anno 1587, erant undecim hospitalia, cum facta fuit reductio ex citatis Bullis. Salmanticæ 22 et sex tantum remanserunt, unum nempe generale, aliud Capituli cathedralis, aliud universitatis pro scholaribus ægrotantibus, alia vero privati juris familiaris: cætera generali unita fuerunt. Sic pariter in aliis civitatibus.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ministrum, Regis gerentem personam, obtinent.

Provincialia quæ pro unaquaque provincia et ipsius ære dotantur, in quarum commissione Episcopus vel ipsius delegatus vocem habet, quin etiam canonicus.

Municipalia quæ cujuslibet oppidi sumptibus tenentur vivere et in quibus parochus vel parochi sedes habent.

—Possunt hodie Episcopi visitare hospitalia provincialia et municipalia?

R. Af. In spiritualibus, minime vero in æconomicis nisi ecclesiastici patronatus sint. Attamen cum lege civili Episcopi in provinciali commissione vicepræsides sint, in illis semper reverentia et potestate donantur.

—Capellani habent jura parochialia vel quasi parochialia?

R. N. Sed sunt sub jurisdictione ordinaria nisi aliunde exemptionem Apostolicam vel privilegium Regale habeant: hæc autem exemptio in Concord. noviss. non servatur, quamvis alicubi existat, nisi in hospitali Italorum, prout apparet ex supra dictis (Lect. XLI, fol. 240). E contra comprehenduntur capellæ hospitalium et eorum capellani in art. 25, ex quo cuncti clerici oratoriis, sacellis publicis vel ecclesiis non parochialibus inservientes parocho subjacebunt, prouti supra (Lect. XLVII, fol. 218) dictum est.

—Quodnam est ergo objectum institutionis horum capellanorum?

R. Ministrare sacramenta pœnitentiæ, communionis et extremæunctionis eis qui in hospitalibus recepti sunt, illis in articulo mortis assistere, solatia spiritualia ferre, Missam dicere, si licet, in capella sive publica, sive privata, et etiam alia onera ex fundatione levare. Cum enim sacramenta ibi ægrotantibus magna cum urgentia quandoque ministranda sint, delegantur ad hoc ministerium, quod a parochis non sine gravi incommodo nec satis prompte ministrari posset.

—Cujus est capellani nominatio?

R. Illius cui ex fundationis tabulis committitur, secus vero illius qui sustentationi capellani invigilat. Unde si hospitale municipii sit, electio fiet a commissione municipali, si provinciale a commissione provinciali.

—Quid de funeribus eorum qui in his domibus moriuntur sive ægroti sint, sive infirmorum ministri?

R. Standum est fundationis tabulis, si ab ordinario probatæ sint, secus vero consuetudini legitimæ præscriptæ.

Si vero neutrum existat jura debentur parocho.

Parochus autem si in hospitali vel capella ejus sacramenta ministrare vellit, vel funus aut processionem præsidere, domus ordinem turbare non debet, sed illum servare; magna enim reverentia his *doloris domibus* debetur, et præscriptiones medicorum ad ægrotantium curationem et assistentiam non sunt spernendæ.

—Sunt apud nos aliqua hospitalia religiosa?

R. N. Nam omnia lege contra cœnobia lata anno 1837 omnino sublata sunt, ita ut etiam Hospitalium Sancti Joannis a Deo, quæ in Hispania nata sunt, vix unum supersit in Philipinis insulis.

LECTIO XC.

DE COEMETERIIS ET FUNERIBUS CHRISTIANORUM.

—Quid significet vox cœmeterium?

R. *Locus somnii* (1), nam mors amara malis christianis tamquam somnus est, unde inter pios fidelesque catholicos cum aliquis moritur dicitur poetica ac tenerrima phrasi: «obdormivit in Domino.»

—Hæc vox antiqua est in Hispania?

R. Af. Ea enim usi sunt Illiberitani Patres his verbis: «Cereos per diem placuit in cœmeteriis non incendi, inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt (2). Qui hæc non

(1) Partitarum leges (ley 4.ª, tit. 13, p. 1.ª) vocem cœmeterium dicunt esse cuasi *cinisterium*: perperam autem hæc explicatio affertur.

(2) Variæ sunt hujus difficilis canones interpretationes.

Alii *sanctorum spiritus* credunt esse *animas fidelium*, qui ibi orabant, prouti Paulus epistolam scribit Sanctis qui sunt in Epheso. Alii vero (inter eos P. Villanuño) ne cereorum luce ducti gentiles

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

observaverint arcentur ab Ecclesiæ communione (Can. 34.)

Placuit prohiberi ne fœminæ in cœmeteriis pervigilent, eo quod sæpe sub obtentu orationis scelera atenter committant (Canon 35).

—Licebat ex antiqua disciplina Hispana intra ecclesias inhumare vel sepelire?

R. N. Nam ipsi Romanas leges sequebantur (1) quibus prohibitum erat intra muros cadavera condere; unde in Bracharensi I sit dicitur: «Placuit ut corpora defunctorum *nullo modo in basilica sanctorum sepeliantur*, sed si necesse est de foris circa murum basilicæ, usque adheo non abhorret, nam si firmissimum hoc privilegium usque nunc retinent civitates (Nb.) ut nullo modo intra ambitus murorum cujuslibet defuncti corpus humetur, quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reverentia obtinere.» (Can. 18.)

—Quid de illorum natura Partitarum leges?

R. Hæc antiquæ leges postquam in tit. 12 Partitæ primæ tractaverunt de religiosis domibus, distinguentes inter loca sacra et loca mere religiosa, in sequenti titulo 13 loquuntur de sepulturis, quas quidem ut ecclesiis adjunctas considerant, ideoque tamquam religiosa loca (2).

—Quotuplicia sunt cœmeteria?

R. 1.° Ratione religionis sunt benedicta seu catholica, et prophana, in quibus infidelium et excommunicatorum cadavera sepeliuntur.

2.° Ratione situs sunt ruralia et urbana.

3.° Ratione dominii sunt publica vel privata, et eodem

---

martyrum reliquias invenirent. Sed cur non nocte Incendi prohibent? Numquid non nocte inveniri potius possent? Aliis potius (et meo judicio mellius) videtur eo canone vitatas fuisse superstitiones quæ ut plurimum accensis lucibus circa cadavera fiebant ut Judei cum suis *tephilim* (V. Calmet, Diccion., verbo *Tephilim*) evocando spiritus. Unde Sammel pythonisæ dixit—quare inquietatis me? Christianos autem eo tempore judaicis superstitionibus obnoxios fuisse patet, nam vetat quoque Can. 49 ejusdem Concilii: «De frugibus fidelium ne a judeis benedicantur.»

(1) Theodosii lex, lata anno 381, tit. 17, lib. 1.° sui codicis, quo Hispana gens regebatur, tempore Suevorum et Wisigothorum.

(2) Ley 2.ª, tít. 13, «*Cerca de las iglesias tovieron* por bien los Santos Padres que fuesen las sepulturas de los cristianos.» Ideo hodie in cœmeteriis nostris capella vel ecclesia construitur.

sensu dicuntur ecclesiastica, municipalia, confraternalia et familiaria, prouti sunt alicujus confraternitatis, vel gentilitium sepulchrum alicujus familiæ (vulgo *panteon*).

—Quibus legibus hoc negotium in Hispania regitur?

R. Præter canonicas sanctiones, synodalia decreta et Partitarum citatas leges, habentur etiam aliæ in Noviss. Recop. adjectæ (tit. 3, lib. 1) et præsertim Regalis schedula lata anno 1787, quæ est lex 1.ª dicti tituli, eaque cœmeteria ruralia instaurari jubentur.

Cum vero hæc lex debitum effectum non fuisset sortita, latum fuit aliud Regium decretum, die 2 Junii anni 1833, cum jam dira lues asiatica per Europam grassaretur, qua sine mora et sub gravibus pœnis cœmeteria ruralia statim erigi jussum est, quæ quidem exitum obtinuit, et hodiedum viget.

—E quibus sumptibus debent cœmeteria construi?

R. E reditibus ecclesiæ parochialis si illos competentes habent; secus vero sumptibus municipalibus. Si area aliqua privati dominii ad hoc necessaria sit, expropiari potest dominus ejus, etiam invitus, prævia tamen juxta leges compensatione.

—Si vero cœmeterium municipalibus sumptibus stratum sit censebitur illius dominii?

R. N. Est enim religiosa res, ideoque nec claves quidem habebit præfectus municipii, sed erunt in manu parochi vel capellani specialis cœmeterii; idque ex Regia schedula, lata die 18 Martii 1861 (1), consulto Status Consilio, in cujus responsione sana ad modum et catholica doctrina continetur.

—Quænam tamen in his casibus municipalia jura?

1.° Capellanum proponere ab Episcopo probandum.

2.° Emolumenta acciperé pro occupata sepultura, non vero ad lucrum, sed ad cœmeterii conservationem et reparationes necessarias.

---

(1) Præcedenti anno 1860 lata fuerat ab eodem Status Consilio contraria sententia, doctrinis et parum solidis et ecclesiasticæ jurisdictioni adversis fulcita, quæ tanti Senatus gravitati dedecet, ideoque hæc, posterior et dignior, præ oculis habenda est.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3.° Publicæ salubritati invigilare, hoc enim auctoritati civili incumbit etiam in privatis et profanis.

—Quid vero de profanis cœmeteriis?

R. Regia schedula, lata anno 1855, die vero 29 Aprilis (1), jussum fuit cœmeteria profana strui in quibusdam oppidis quæ ab acatholicis frequentantur, quod quidem nihil contra religionem habet, nam et in ipsa urbe Roma hæretici illa habent, nec decorum foret eorum cadavera in agris sepelire et ferarum voracitati relinquere.

—Possunt tamen solemni ritu sepeliri?

R. N. Sed contrarium jussum fuit cum anno 1851 cœmeterium britanicum Matriti constructum (2).

—Quomodo profanantur cœmeteria?

R. Eisdem modis ac ecclesiæ, nempe effusione sanguinis actu libidinis, ammittendo formam tempore benedictionis habitam et inhumatione cadaveris excommunicati, quod quidem nisi foras ejiciatur cœmeterium reconciliari nequit.

—Quænam ergo in hoc canonica regulas?

R. Sepultura christiana continuatio est christianæ communionis, unde qui extra communionem moritur christiana, id est catholica sepultura gaudere nequit, unde S. Leo M. ait (3): «*Quibus viventibus non communicavimus mortuis communicare non licet.*» In hoc autem logicam consequentiam depromit Ecclesia, nam et in societatibus privatis qui solvenda non solvit, nec cum accipitur accipit, et qui a collegio recedit honoribus et beneficiis collegii privatur, uti dicemus infra cum de ecclesiasticis censura.

—Quosnam expresse privat Ecclesia catholica sepultura?

R. Duellistas, de quibus Sess. XXV, cap. 18. «Si in ipso conflictu decesserint perpetuo careant ecclesiastica sepultura.»

Sed jure communi privantur etiam excommunicati omnes, ideoque infideles, seu possitivi seu negativi, hæretici, apostatæ, schismatici et etiam peccatores publici, qui pœnitentiæ sese subdere noluerunt. Inter hos autem nominantur speciatim usurarii, percussores clericorum vel religiosorum, raptores bonorum ecclesiasticorum, qui paschale præceptum non adimplent, et denique suicidæ, excepto amentiæ casu. De his infra dicendum cum de ecclesiasticis pœnis et delictis.

—Quid de quarta funerali?

R. «Decernit Sancta Synodus, ut quibuscumque in locis jam ante annos quadraginta, quarta, quæ funeralium dicitur, cathedrali aut parochiali ecclesiæ solita esset persolvi, ac postea fuerit ex quocumque privilegio, aliis monasteriis, hospitalibus, aut quibuscumque locis piis concessa, eadem posthac iutegro jure, et eadem portione; qua antea solebat, cathedrali seu parochiali ecclesiæ persolvatur: non obstantibus concessionibus, gratiis, privilegiis, etiam *Mari magno* nuncupatis, aut aliis quibuscumque.» (Sess. XXV, cap. 13.)

—Quid *Maris magni* nomine intelligitur?

R. Privilegia specialia quæ Sancti Francisci Asissii filiis seu minoritis concessa sunt.

—Qua de causa dicebatur quarta?

R. Vide quæ supra dicta sunt lect. XLVII, fol. 217.

—Quid amplius de fidelium suffragiis Trid. Syn.?

R. «Curent autem Episcopi, ut fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, eleemosynæ, aliaque pietatis opera, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus defunctis fieri consueverunt, secundum Ecclesiæ instituta pie et devote fiant; et quæ pro illis ex testatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, non perfunctorie, sed a sacerdotibus, et Ecclesiæ ministris, et aliis, qui hoc præsta-

---

(1) En todas las poblaciones donde la necesidad lo exija, á juicio del gobierno, se permitirá construir cementerios a donde sean conducidos, depositados y sepultados con el respeto debido á los restos humanos los cadáveres de los que mueran fuera de la comunion católica.

2.° En aquellas poblaciones que no tengan los cementerios especiales á que se refiere el artículo anterior, *los alcaldes y ayuntamientos cuidarán,* bajo su más estrecha responsabilidad, de que los cadáveres de los que mueren fuera de la comunion católica sean enterrados con el decoro debido á los restos humanos, tomando las precauciones convenientes para evitar toda profanacion.

(2) «Que no se permita en él culto publico ni privado.» (Real órden de Junio de 1851.)

(3) Leonis M., ep. 92 ad Rustic., cap. 6.

re tenentur, diligenter et accurate persolvantur.» (Sessio XXV de Purgatorio, cap. initiali.)

—Quid Partituram legibus in sepeliendis mortuis prohibetur?

R. Ne cadavera preciosis vestibus sepeliantur, nisi regali, ecclesiastica aut alia maxima dignitate micaverint.

—Quid Noviss. Recopil.?

R. Magnos sumptus planctusque, inutilemque ac profanum in tumulis ac feretris luxum.

—Quid posterioribus legibus?

R. Præter supra citatas quæ Ecclesiæ jura legitima favent, prohibitum fuit optime Regia schedula, lata die 22 Aprilis 1857, carmina vel defunctorum elogia tempore inhumationis in cœmeteriis legere, nec alia fiant quæ christianæ gravitati vel ecclesiasticæ disciplinæ absona sint, quæ quidem dispositio in his casibus præ oculis haberi et citari debet.

—In translationibus cadaverum quæ leges servantur?

R. Politiæ et sanitatis, quibus prohibetur exhumationem fieri ante biennum, et cum medicorum consilio. Nec etiam æstivo tempore eas fieri oportet. Jura autem quæ exigebantur in unaquaque ecclesia per transitum, ab anno 1855 schedula Regia, lata die 18 Aprilis, abolita fuerunt. Has autem omnes politiæ regulas inserere et longum et a proposito nostro absonum foret, cum etiam frequenter varientur.

PARS OCTAVA.

Vita christiana.

LECTIO XCI.

FAMILIA CHRISTIANA.

—Quid vitæ christianæ nomine intelligimus?

R. Modus vivendi secundum præcepta Evangelii et Ecclesiæ, quæ et clericos et laicos obligant, quamvis non sint in statu perfecto, ita ut qui ea non servat catholicus seu verus christianus, dici non possit (1).

—Est idem christianus ac catholicus?

R. N. Christianus est qui sacro Baptismate regeneratus Christi Evangelii divinitatem credit et reveretur, quamvis forsan non uti debet. Attamen catholici tantum *veri christiani sunt*, ut ait Sanctus Pacianus, noster Barchinonensis Episcopus (2).

—Quodnam est fundamentum materiale societatis christianæ?

R. Familia christiana, nam e familia populi, e populis provincia, e provincia nationes, e nationibus humanum genus cunctaque christianitas seu Ecclesia christiana formatur.

—Quid est ergo familia christiana?

R. Societas christianorum, ut plurimum patre, matre, filiisque constans, et etiam aliis utriusque sexus adjectis

---

(1) Vita autem christiana in eo consistit, ut homines fiant membra Christi, nam ut ait Divus Thomas: «Numquam homines potuerunt salvari etiam ante Christi adventum nisi *fierent membra Christi*. (P. 3, q. 68 a.)

(2) Epistola 1.ª ad Simplicium. «Christianus mihi nomen est, Catholicus vero cognomen: illud me nuncupat, istud ostendit; hoc probor, inde significor.»

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

personis sub regimine patris, qui auctoritatem Dei in familia gerit, sicut Reges et Principes Deum in terris (1).

—Attamen sunt familiæ in quibus nec pater, nec filii, nec conjugati sunt?

R. Af. Sed familia proprie dicta ea est: res autem definiuntur secundum ea quæ generaliter occurrunt. Nam et ipsi cœnobitarum coetus familiæ religiosæ dicuntur, et in ea superiores dicuntur patres, sodales autem fratres vocitantur. Superiores autem spirituales filios Deo regenerant, sicuti christiani conjugati Ecclesiæ filios dant.

—Homo est naturaliter sociabilis?

R. Af. Et patet ex verbis ipsius Dei: «Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adjutorium simile sibi. (Gen. 2, 18.)

—Homo obnoxius est labori?

R. Af. Nam ante peccatum tenebatur laborare: «Tulit ergo Dominus Deus hominem et posuit eum in horto voluptatis *ut operaretur et custodiret illum.*» (Ib. v. 15.)

—Ergo proprietas ipsa a Deo inducta est?

R. Af. Et patet ex verbis allatis ubi positus fuit primo ut *opus faceret*, secundo ut opus factum retineret, ipso facto quod custodiret.

—Quid ergo dicendum de pactitia hominum societate aliisque modernis hujus generis deliramentis?

R. Cunctas has ineptias, vel aperte, vel larvate, contra christianam veritatem esse et a racionalistis inductas contra ipsa divina verba, et a jurisperitis catholicis parum caute aceptari. Nam in Genesi clara et perspicua invenitur notitia.

1.° Originis familiæ.

2.° Societatis humanæ.

3.° Suæ qualitatis in humano genere et proinde principii auctoritatis et socialis hierarchiæ.

4.° Facultatis puniendi delicta et imponendi pœnas.

5.° Juris proprietatis et dominii.

6.° Obligationis laborandi.

---

(1) Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas nisi a Deo. Quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt. Ad Rom. 13, v. 1.

Unde sophistica theoremata, quæ hodiedum his de rebus a sycophantis circunferuntur, ingratum veris catholicis saporem habent.

—Omnes homines sunt æquales jure divino naturali et positivo?

R. N. Nam ab initio mundi et familiæ origine, paterfamilias (Adan) fuit superior conjugi suæ (Evæ), et ambo fuerunt superiores cunctis filiis suis jure naturali; ergo superioritas, et consequens inæqualitas, derivantur ex ipso naturali jure, constatque etiam ex jure divino positivo.

—Annuit his Trid. Synodus?

R. Af. Ipsaque et familiæ, et humani generis propaginem in ipso Geneseos libro quæsivit, (nam et in alio quæri non potest) ideoque cum matrimonii originem descripsit in ipso mundi origine reposuit.

—Quænam sunt Tridentini verba?

R. «Matrimonii perpetuum indissolubilemque nexum primus humani generis parens divini spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit:—Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea: quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una.» (Sess. XXIV, cap, 1.° de Doctrina Matrim.)

—Polygamia contraria est juri divino?

R. Af. Ipsaque non veram familiam gignit, nam familia vera, quæ in quadam *triade* consistit (ne sacratissimum Trinitatis nomen humanis rebus, quamvis reverentia dignis, tribuamus) nempe patre, uxore et filio, qui ab utroque procedit, in polygamia non invenitur, cum sit tantum vera chaos imago.

—Quid de polygamia Trid. Synodus?

R. «Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari, et conjungi Christus Dominus apertius docuit, cum postrema illa verba, tamquam a Deo prolata, referens dixit:—Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Statimque ejusdem nexus firmitatem, ab Adamo tanto ante pronuntiatam, his verbis confirmavit:—Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.» (Ibid.)

—Evangelica lex familiam christianam in matrimonio statuens fœminæ conditionem relevavit?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Af. Nam jure Romano antiquo fœminæ et filii, non personæ sed res erant, unde abjecta et fere servilis eorum conditio: patria vero potestas non in amore et charitate, sed in vi et in timore nitebatur. Ideoque quidquid tyrannidem sapit a christiana charitate abhorret, et ad paganismum retrovergit.

Ideo, cum Evangelica lex fœminæ conditionem relevaverit, maximum, etiam in humanis, civilitatis gradum ascendit.

—Consonat his Trid. Synodus?

R. Af. «Gratiam vero, quæ naturalem illum amorem perficeret, et indissolubilem unitatem confirmaret, conjugesque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium Sacramentorum institutor atque perfector, sua nobis passione promeruit, quod Paulus Apostolus innuit, dicens.—Viri, diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea, mox subjungens:—Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, et in Ecclesia.» (Ibid.)

—Attamen in antiqua lege jam erant matrimonia?

R. Sed non proprie dicta, cum non essent sacramenta, ideoque S. Syn. ea potius connubia vocavit his verbis: «Cum igitur matrimonium in lege Evangelica veteribus connubiis per Christum gratia præstet; merito inter novæ legis Sacramenta annumerandum, Sancti Patres nostri, Concilia, et universalis Ecclesiæ traditio semper docuerunt: adversus quam impii homines hujus sæculi insanientes, non solum perperam de hoc venerabili Sacramento senserunt, sed de more suo, prætextu Evangelii, libertatem carnis introducentes, multa ab Ecclesiæ Catholicæ sensu, et ab Apostolorum temporibus probata consuetudine aliena, scripto et verbo asseruerunt, non sine magna Christi fidelium jactura.» (Ib.)

Hæc autem nitidissima verba contra errores sæculi XVI, et malesuadam sese appellantem reformationem, et pro nostri temporis grassantibus erroribus dicta videntur.

—Quare hunc tractatum non dicimus de Sacramentis?

R. Quia nec de omnibus sacramentis agendum est, nec

theologico more disserendum de his quæ ad christianam vitam referuntur, sed tantum ex S. Syn. doctrinis.

LECTIO XCII.

DE BAPTISMATE UT POTE CHRISTIANÆ VITÆ JANUA, ET ETIAM DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO.

—Baptisma est janua christianæ vitæ?

R. Af. Nam sine illo cætera sacramenta conferri nequeunt, ita ut nec matrimonium ipsum sacramentum sit: unde baptismus dicitur: «*Janua Ecclesiæ, et janua cœlestis regni* (1). Nam nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto non potest introire in regnum Dei.» (2)

—Quid de baptismate antiqui nostri canones?

R. Vide supra lect. LXXI, fol. 352-53, *De oblationibus in eo factis*.

—Quid de baptismate S. Synodus?

R. «Sacramentum Baptismi, quod est sacramentum fidei, sine qua nulli umquam contigit justificatio...» (Sessio VI, cap. 7.) Nos autem, ommissis theologicis decissionibus, ea tantum quæ practica et disciplinæ canonica propria sunt expendemus.

—Quænam sacramenta character imprimunt?

R. «Si quis dixerit: in tribus sacramentis Baptismo, scilicet Confirmatione, et Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale, et indelebile, unde ea iterari non possunt: anathema sit.» (Sessio VII, cap. de Sacr. in genere, can. 9.)

—Quænam intentio debet esse in ministro sacramenti?

R. «Si quis dixerit, in ministris, dum sacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia: anathema sit.» (Ib. can. 11.)

---

(1) S. Thomas, Summa Theol., 3.ª part., q. 69. art. 7: «Utrum effectus baptismi sit apertio januæ regni cœlestis.»

(2) Joan. 3.

—Quænam est aqua cum qua baptismum conferri debet?

R. «Si quis dixerit aquam veram et naturalem non esse de necessitate baptismi, atque ideo verba illa Domini nostri Jesu Christi:—nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto; ad metaphoram aliquam detorserit: anathema sit.» (Ib. de Baptismo, can. 2.)

—Baptismum est necessarium?

R. «Si quis dixerit baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, anathema sit.» (Ib., can. 5.)

—Liberum est cuilibet baptizato Ecclesiæ præcepta sequi aut ommittere, ut hodierni indifferentistæ dicunt?

R. N. «Si quis dixerit, baptizatos liberos esse ab omnibus Sanctæ Ecclesiæ præceptis; quæ vel scripta vel tradita sunt, ita ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint: anathema sit.» (Ib., can. 8.)

—Potest tamen quilibet adultus recusare quæ ab ipso extorta sunt insciente dum parvulus erat?

R. N. «Si quis dixerit, hujusmodi parvulos baptizatos, cum adoleverint, interrogandos esse, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizareutur, polliciti sunt: et ubi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos; nec alia interim pœna *ad christianam vitam* cogendos, nisi ut ab Eucharistiæ, aliorumque sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant: anathema sit.» (Ib., can. 14.)

—Nemo autem deberet baptizari nisi adultus, prouti et Christus ipse baptizatus est?

R. N. «Si quis dixerit neminem esse baptizandum, nisi ea ætate, qua Christum baptizatus est, vel in ipso mortis articulo; anathema sit.» (Ib. de Baptismo, can. 12.)

—Quid parochus tenetur facere erga patrinos?

R. V. supra in lectione de impedimentis dirimentibus cum de cognatione spirituali.

—Quinam sunt effectus baptismi ex nostris civilibus legibus?

R. 1.° Nemo potest esse Hispanus civis, nec nationalitatis juribus gaudere, quin baptizatus sit, nationalitas enim non nisi christianis et catholicis confertur.

2.° Ideo ad obtinendum publicum quodlibet officium seu ministerium, et præsertim ad academicos gradus et magisterium obtinendos, requiritur attestatio parochi, qua constet postulantem baptizatum esse, non autem tantum exigitur ratione ætatis sed etiam aptitudinis.

3.° Ex nostris Taurinis legibus filius non baptizatus abortivus censetur. (1)

—Quid vero de Confirmationis sacramento?

R. «Si quis dixerit, Confirmationem baptizatorum otiosam cæremoniam esse, et non potius verum et proprium sacramentum; aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesim quamdam, qua adolescentiæ proximi fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant; anathema sit.» (Ib. de Confirmat. can. 1.) (2)

LECTIO XCIII.

MATRIMONII SOLEMNITER CONTRAHENDI FORMA.

—Quid sacramentum matrimonii habet cum christiana vita?

R. Tria sunt bona Matrimonii secundum quod est Ecclesiæ sacramentum, scilicet *proles ad cultum Dei* suscipienda et educanda, fides, prout unus vir uni uxori obligatur, et sacramentum, secundum quod indivisibilitatem habet matrimonialis conjunctio, in quantum est conjunctionis Christi et Ecclesiæ sacramentum.» (Divus Thomas Libro 4 contra gentiles, cap. 78.)

—Quas solemnitates injunxit S. Synodus ante matrimonii celebrationem?

---

(1) Ordenamos y mandamos que el tal hijo se diga que naturalmente es nacido y que no es abortivo, quando nasció *vivo todo*, y que á lo ménos despues de nascido vivió veinticuatro horas naturales y *fué bautizado* ántes que muriese, y si de otra manera nascido murió dentro de dicho término, *ó no fué bautizado*, mandamos que el tal hijo sea tenido por abortivo y que no pueda heredar á sus padres ni á sus madres etc.» (Ley 13 de Toro, que es la 2.ª, tít. 5.°, lib. 10 de la Novís. Recop.)

(2) Cætera de Confirmationis sacramento require in Lect. XVI, fol. 71.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. 1.° Denuntiationes publicas ad evitanda matrimonia clandestina.

2.° Præsentiam parochi et testium.

3.° Ritum pro matrimoniis secretis seu conscientiæ.

4.° Sacramenta Eucharistiæ et Pœnitentiæ matrimonio præmittenda.

5.° Specialem processum in casibus vagantiæ et peregrinationis.

—Quænam fuit causa statuendi publicas denuntiationes?

R. Postquam diris verbis matrimonia clandestina et sine consensu paterno inita impetivit, sequitur dicens: «Verum cum Sancta Synodus animadvertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam jam non prodesse, et gravia peccata perpendat, quæ ex eisdem clandestinis conjugiis ortum habent; præsertim vero eorum, qui in statu damnationis permanent, dum, priore uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, et cum ea in perpetuo adulterio vivunt. Cui malo cum ab Ecclesia, quæ de ocultis non judicat, sucurri non possit, nisi efficacius aliquod remedium adhibeatur; idcirco Sacri Lateranensis concilii, sub Inocencio III celebrati, vestigiis inhærendo præcipit, ut in posterum, antequam matrimonium contrahatur, ter a propio contrahentium parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnia publice denuntietur, inter quos matrimonium sit contrahendum.» (Sess. XXIV de Ref. matr., cap. 1.)

—Quid postea?

R. «Quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur; ubi parochus, viro et muliere interrogatis, et eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: ego vos in matrimonium conjungo, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque provinciæ ritum.» (Ib.)

—Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiose impediri posse si tot præcesserint denuntiationes?

R. «Tunc vel una tantum denuntiatio fiat, vel saltem

parocho, et duobus vel tribus testibus præsentibus, matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant, ut, si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur, nisi ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denuntiationes remittantur: quod illius prudentiæ et judicio Sancta Synodus relinquit.» (Ibid.)

—«Qui aliter, quam præsente parocho, vel alio sacerdote, de ipsius parochi seu ordinarii licentia, et duobus vel tribus testibus, matrimonium contrahere attentabunt?»

R. «Eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit; et hujusmodi contractus irritos, et nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit et annullat.» (Ib.)

—Quid ergo contra hujuscemodi contraventores?

R. «Insuper parochum, vel alium sacerdotem, qui cum minore testium numero, et testes, qui sine parocho, vel sacerdote hujusmodi contractui interfuerint, necnon ipsos contrahentes graviter arbitrio ordinarii puniri præcipit.» (Ibid.)

—Quotuplici ergo sensu juxta Tridentina decreta nostrasque civiles leges matrimonium dicitur clandestinum?

R. 1.° Ex defectu denuntiationum.

2.° Item parochi legitimi, quamvis sint testes.

3.° Item testium, quamvis adsit legitimus parochus.

4.° Item consensus paterni. (1)

—Quid civiles leges contra hæc matrimouia?

R. Juxta Taurinam legem, quæ est 5.ª, tit. 11, lib. X, Noviss. Recop., durissimis pœnis mulctabantur, quæ reno-

(1) Nitidissimis verbis explicat Partitarum lex clandestina matrimonia, quæ ibi vocat *casamientos ascondidos*. «La primera es cuando los facen encubiertamente e sin testigos, de guisa que non se pueden probar.

La segunda cuando no demandan la novia á su padre ó á su madre ó á los otros parientes que la han en guarda, nin le dan sus arras ante ellos, nin les facen las otras honras que manda Santa Eglesia.

La tercera es cuando non lo facen saber concejeramento en aquella Eglesia onde son perrochianos Ca para no ser el casamiento fecho encubiertamiento ha menester que antes que los desposen diga el clérigo en la Eglesia.» (P. 4.ª, tít. 3, ley 1.ª)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vata fuerunt in Matritensibus Curiis, anni 1563, eodem fere tempore quo S. Syn. contra clandestinas nuptias agebat. Nam illis durissimis legibus impositæ fuerint confiscationis, ostracismi, seu exilii a regno ,pœnæ, quin capite plectebantur si in patriam reddirent. Pater etiam poterat delinquentes filios exheredare.

Hæ tamen duræ leges jam non vigent, nam confiscationis pœna, ex constitutiva lege, jam prorsus in oblivionem relegata fuit, et ex codicis pœnalis regulis matrimonia clandestina mitioribus punitionibus coercentur.

—Quænam sunt hæ pœnæ?

R. Præter eas quas infra dicemus in sequentibus lectionibus, cum de impedimentis sermo fiet, notari debent duo, quæ de parochis loquuntur cum de matrimoniis ilegaliter initis agit, vel ex dolo, vel cum impedimento. (Lib. 2.°, tit. 12.)

—Quid de matrimonio dolo vel vi inito?

R. Si parochus dolo assistere cogatur conjugati correctionali reclusione puniuntur; si vero vi vel metu incuso reclusione quæ dicitur minori. (1)

—Quid de parocho qui interest matrimonio vetito a civili lege vel cum impedimento canonico?

R. Severissime punitur mulcta 100 ad 1000 aureorum seu scutatorum (2).

—Quid de spondentium vel nubentium conversatione Tridentinæ leges?

---

(1) Art. 398. «El que en un matrimonio ilegal pero válido, segun las disposiciones de la Iglesia, hiciere intervenir al párroco por sorpresa ó engaño, será castigado con la pena de prision correccional (de 7 meses á 3 años). Si le hiciere intervenir con violencia ó intimidacion, será castigado con la de prision menor» (4 á 6 años).

(2) Art. 403. «El eclesiástico que autorizare matrimonio prohibido por la ley civil ó para el cual haya un impedimento canónico no dispensable, será castigado con las penas de confinamiento menor y multa de 50 á 500 duros.»

«Si el impedimento fuere dispensable las penas serán destierro y multa de 20 á 200 duros.»

«En uno y otro caso se le condenará por via de indemnizacion de perjuicios, al abono de los costos de la dispensa mancomunadamente con el cónyuge doloso.»

«Si hubiese habido buena fe por parte de ambos contrayentes, será condenado por el todo.»

R. Præterea eadem Sancta Synodus hortatur, ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabibent.» (Ib.)

—Quis debet matrimonium benedicere?

R. «Statuitque benedictionem a proprio parocho fieri; neque a quoquam, nisi ab ipso parocho, vel ab ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alii sacerdoti concedi posse: quacumque consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel privilegio non obstante.» (Ib.)

—«Quod si quis parochus, vel alius sacerdos, sive regularis, sive sæcularis sit, etiamsi id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine, licere contendat, alterius parochiæ sponsos sine illorum parochi licentia matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit?»

R. «Ipso jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab ordinario ejus parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu a quo benedictio suscipienda erat, absolvatur.» (Ib.)

—Quid de inscriptione in parochialibus libris?

R. V. supra Lect. XLVI, fol. 212.

—Debent sponsi ad sacramentum matrimonii accedere aliis sacramentis muniti?

R. «Postremo Sancta Synodus conjuges hortatur, ut antequam contrahant, vel saltem triduo ante matrimonii consummationem, sua peccata diligenter confiteantur, et ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pie accedant. Si quæ provinciæ aliis, ultra prædictis, laudabilibus consuetudinibus, et cæremoniis hac in re utuntur, eas omnino retineri Sancta Synodus vehementer optat.» (Ib.) (1)

—Quid vero de matrimoniis vagorum?

---

(1) Ad horum evulgatíonem sic disposuit S. Syn. pro illis temporibus.

«Ne vero hæc tam salubria præcepta quemquam lateant, ordinariis omnibus præcipit, ut, cum primum potuerint, curent hoc decretum populo publicari ac explicari in singulis suarum diœcesum parochialibus ecclesiis, idque in primo anno quam sæpissime fiat; deinde vero quoties expedire viderint. Decernit insuper, ut hujusmodi decretum in unaquaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat, a die primæ publicationis, in eadem parochia factæ, numerandos.» (Ib.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. «Multi sunt qui vagantur, et incertas habent sedes, et ut improbi sunt ingenii, prima uxore relicta, aliam et plerumque plures, illa vivente, diversis in locis ducunt. Cui morbo cupiens Sancta Synodus occurrere, omnes ad quos spectat, paterne monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimoninm facile recipiant; magistratus etiam sæculares hortatur, ut eos severe coerceant.» (Ib.)

—Possunt parochi hos vagantes et peregrinos nubere inconsulto ordinario?

R. N. «Parochis autem præcipit, ne illorum matrimoniis intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, et re ad ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.» (Ib.)

—Quid vero de exteris et peregrinis?

R. Eadem est regula ac pro vagis, unde horum causæ matrimonio præviæ cum difficiles sint et periculis obnoxiæ ab ordinario debent expediri?

—Quomodo acquiritur domicilium?

R. Plura de hoc dubio resoluta videntur ex Constit. Bened. XIV ad Archiep. Goan., anno 1746, *Paucis ab hinc annis*, quæ quidem hæc habet: «Verum hac in re non alio pacto responderi potest nisi quod antequam matrimonium contrahatur spatio saltem unius mensis, ille qui contrahit habitaverit in loco ubi matrimonium celebratur.»

Attamen non sufficit residere alicubi, per spatium unius mensis recreationis gratia, nec detentus in custodia, nec dolose mutare domicilium ad obtinendum illum finem, sed hoc facere recto animo ibi manendi. (1)

Unde hac existente sine dolo nec incommodo etiam ante mensem domicilium vel quasi domicilium acquiritur. (2)

(1) Ex resolutione Sac. Congr. Conc. nuper edita die 28 Aug. anni 1864, hoc spatium temporis, non intelligitur *præscriptive*, id est taxative, sed *præsumptive*. Nec sufficit inscriptio in tabulis municipalibus (*empadronamiento*), hæc enim tantum ad actus civiles datur. Ita in ephemer. latinis. *Acta ex iis excerpta* etc., vol. 1.° fol. 129 et seq.

(2) Hæc est praxis apud Matritum et alias populosas civitates, dummodo sine dolo fiat, nam leges non favent dolo; sicque in Matritensi Rota ex nupera resolutione litis strepitosæ, quæ ortum habuit in Hispali, ubi præcipites nuptiæ raptimque fiebant in parochia quadam exempta, anno 1828.

—Quid vero de matrimoniis secretis quæ *conscientiæ* dicuntur?

R. De his accurate egit Benedictus XIV in Constit. sua *Satis vobis*, lata die 17 Nov. anni 1741, quæ in his casibus consulenda.

—Quid ergo hæc enciclyca erga solemnitates prælimiuares in hoc casu?

R. «Hunc porro in scopum «ut personarum matrimonium secreto contrahere petentium diligens inquisitio fiat, an scilicet ejns qualitatis, gradus et conditionis sint quæ id probe exposcant, an sint sui, aut alicui juris, aut filii familias, *quorum nuptiæ patri juste dissentienti sint invisæ* (Nb. pro infra dicendis) an res sit de personis ecclesiasticis, etiam in minoribus ordinibus constitutis, pensiones et beneficia ecclesiastica obtinentibus.?

—Quid erga ministrum matrimonii secreti?

R. «Volumus ad id munus deputari parochum alterius ex contrahentibus, quem notitia personarum, experientia et diuturnus rerum usus quovis sacerdote extraneo peritiorum effecisse præsumuntur.» (Ib.)

Potest tamen *ex gravi impellente causa* alius sacerdos *probitate et doctrina* ornatus eligi.

—Ubi inscribitur hoc matrimonium?

R. «Celebrato autem matrimonio indilate a parocho vel alio sacerdote coram quo initum est, exhibeatur Episcopo illius scriptum documentum cum nota loci et temporis testiumque qui celebrationi interfuerunt.»

Hæc ab Episcopo notantur in libro, qui ab ipso magna cura et secreto servatur.

—Quid de hujus libri conservatione?

R. «Hujusmodi liber pro matrimoniis secretis apposite compactus, clausus et sigillis obsignatus in vestra Episcopali cancellaria caute erit custodiendus.» (Ib.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO XCIV.

DE IMPEDIMENTIS EORUMQUE SPECIEBUS.

—Ecclesia a primis temporibus statuit per se impedimenta ad matrimonii celebrationem?

R. Af. Et apparet ex praxi ipsa Ecclesia Hisp., quæ jam a primis sæculis, et ante Constantini tempora, hoc jure usa est. Ergo si Ecclesia nostra privata hoc facere poteret magis et Ecclesia universalis, et ipse Rom. Pontifex illius caput.

—Probari potest Hispanam Ecclesiam etiam ante Constantini pacem, et proinde independenter ab omni civili relatione, constituisse impedimenta?

R. Af. Nam Concilium Illiberitanum habitum fuit ante Constantinum, et ibi plura statuta fuere impedimenta.

Hæc autem impedimenta fuere.

1.° De non solvendo matrimouio ratione adulterii.
2.° Ne catechumeni relinquant uxores suas inculpatas.
3.° Ne christianæ puellæ infidelibus nubant.
4.° Ne parentes fidem sponsalium frangant.
5.° Ne cum sororibus defunctæ mulieres vidui nubant.
6.° Nec cum privignis.
7.° Nec cum histrionibus.

De aliquibus eorum infra dicendum.

—Hæc vero impedimenta erant dirimentia vel non dirimentia?

R. Saltem aliqua eorum videntur dirimentia fuisse, nam his qui tale scelus patrarent negabatur communio etiam in mortis discrimine.

—Quænam hæc?

R. 1.° «Fœminæ quæ nulla præcedente causa reliquerunt viros suos et alteri se copulaverunt, nec in fine accipiant communionem.» (Can. 8.°) Hoc autem est et semper fuit impedimentum dirimens.

2.° Hæretici si se transferre noluerint *ad Ecclesiam Catholicam* (Nb.), ne ipsis catholicas dandas puellas: sed neque judæis, neque schismaticis dari placuit, eo quod nulla *possit esse* societas fidelis cum infideli.» (Can. 16)

3.° «Si quis privignam suam duxerit uxorem, *eo quod sit incestus*, placuit nec in finem dandam esse ei communionem.» (Can. 66) Hoc autem aperte apparet pronti impedimentum dirimens.

—Potest hodiedum Ecclesia statuere impedimenta matrimonium dirimentiæ?

R. Af. Unde S. Syn. contrarium thesim hæreticam prorsus declaravit? «Si quis dixerit Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errasse, anathema sit.» (Canon IV de Sacram. Matr., Sess. XXIV.)

—Attamen hic non privantur Principes catholici facultate statüendi impedimenta dirimentia?

R. Equidem non definitur aperte; sed quod non debet fieri non potest fieri. Principes autem post Tridentini definitionem non debent hæc impedimenta constituere; si vero constituant nihil facient, nisi dare occassionem scandalis, et auctoritatem suam in discrimen vertere; si enim ipsi matrimonium vellint anullare et Ecclesia nollit, matrimonium validum erit, quidquid dicant rabulæ et adulatores aulici. (1)

---

(1) Paucis abhinc annis in officiali apud Malacam ephemeride (*Boletin oficial*) appositum fuit, rogante gallicæ gentis consule, scriptum, quo nuntiabatur nobis, art. 170 Codicis civilis Napoleonici, (Ecclesiæ quidem parum grato) qui quidem temere declarat nullum matrimonium inter gallum et extraneam fœminam initum, sine publicationibus in art. 63 illius legis injunctis contractum, validum esse. Ex hoc ergo infertur Imperatorem posse separare in Gallia, quod Deus conjuxit in Hispania. Si enim matrimonium ex Tridentinis et Hispanis legibus in Hispania validum est; quis audet tam antichristiana doctrina illud irritare?

Sciant ergo opportet Hispanos hanc anticatholicam legem, ut caute procedant in matrimoniis illis, nec sinant Hispanas fœminas ab exteris irrideri, prouti fiet, si in Galliam ductæ matrimonium suum, ratum et consummatum, perperam a civilibus tribunalibus ibi anulletur, de facto quamvis non de jure, nam Ecclesia catholica illud matrimonium validum habet et semper habebit.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Imperatores vero Romani impedimenta dirimentia matrimonium apposuerunt?

R. 1.° Distingue tempora et concordabis jura. Nos Regem non habemus Cæsarem.

2.° Non in omnibus quæ Imperatores fecerunt bene fecerunt.

3.° Ecclesia quandoque in his siluit pro bono pacis et ad vitanda majora mala.

4.° Si leges Imperiales canonibus non præibant, sed in eorum auxilium veniebant, optimæ erant et erunt, et ita illarum plures, et etiam nostræ.

5.° Impedimenta ab Imperatoribus sancita reformavit Ecclesia, uti apparet in impedimento raptus et aliis. (1)

—Quid Trid. Synodus magistratibus civilibus erga matrimonii libertatem injunxit?

R. «Ita plerumque temporalium dominorum, ac magistratuum mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates excæcant, ut viros, et mulieres, sub eorum jurisdictione degentes, maxime divites vel spem magnæ hæreditatis habentes, minis et pœnis adigant cum iis matrimonium invitos contrahere, quos ipsi domini, vel magistratus illis præscripserint. Quare cum maxime nefarium sit, matrimonii libertatem violare, et ab eis injurias nasci, a quibus jura expectantur, præcipit Sancta Synodus omnibus, cujuscumque gradus, dignitatis et conditionis existant, sub anathematis pœna quam ipso facto incurrant, ne quovis modo directe vel indirecte subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quominus libere matrimonia contrabant.» (Sessio XXIV de Ref. matrim., cap. 9.)

—Quot sunt impedimenta matrimonium dirimentia?

R. Continentur, sed non omnia, in illis notissimis versiculis:

Error, conditio, votum, cognatio crimen.

(1) Justinianus raptum tamquam perpetuum et absolutum impedimentum habuit (*de raptu virginis*). Innocentius III e contra meliori jure, ac meliori philosophia, illud tamquam conditionatum habuit, et Justinianeas leges abrogavit. Hodie vero apud omnes christianas gentes non Justinianea sed Innocentiana sequitur ratio in legibus super raptu.

Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Si fuerit affinis, si forte coire, nequierit.
Raptave sit mulier parti nec reddita tutæ.
Hæc facienda vetant connubia, jam facta retractant.

—Potest alia plus philosophica et completa horum impedimentorum haberi ratio?

R. Af. Et quidem, si originis rationi attendatur, ex Divi Thomæ doctrina, in tres sectiones vel sex subdivisiones poterit partiri. Verba autem Angelici Doctoris hæc sunt. (1) «Matrimonium autem in quantum est in officium naturæ statuitur lege naturæ, in quantum est sacramentum statuitur jure Divino, in quantum est in officium communitatis statuitur lege civili. Et ideo ex qualibet dictarum legum potest aliqua persona effici ad matrimonium illegitima.» (In IV Sentent., dist. 34, art. 1.° ad 4.um).

—Quænam ergo ex hoc?

R. 1.° Impedimenta sunt, vel dirimentia, vel non dirimentia, quæ potius dicuntur impedientia, juxta allata Trid. verbi, «*vel impediant, vel dirimant.*»

2.° Impedimenta dirimentia ratione originis sunt juris naturalis, juris civilis, juris canonici.

3.° Hæc autem omnia sunt vel fisica vel moralia.

Moralia ratione decoris et ex re ut plurimum interna et psicologica statuta sunt.

Phisica vero e contra vel ex patrato delicto, vel ex defectu rei alicujus materialis et debitæ oritur.

Inde sex subdivisiones uti in sequenti schemate apparet.

(1) Non autem tantum in citato loco, sed etiam in libro IV contra gentiles, cap. 78, ubi eamdem divissionem inducit his verbis: «In quantum igitur ordinatur ad bonum naturæ, quod est perpetuitas speciei, dirigitur in finem a natura inclinante in hunc finem, et sic dicitur esse naturæ officium: in quantum vero ordinatur ad bonum politicum subjacet ordinationi legis civilis: in quantum autem ordinatur ad bonum Ecclesiæ oportet quod subjaceat regimini ecclesiastico.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Impedimentorum matrimonia dirimentium synopticum schema.

- Jure naturali..
  - Physica....
    - Defectus ætatis.
    - Defectus potentiæ generativæ.
  - Moralia....
    - Defectus consensus ex voluntate, violentia, vel metu gravi.
    - Defectus voluntatis ex errore circa personam.
    - Defectus voluntatis ex revocatione commissionis ad nubendum.
    - Propinquitas in linea recta.
- Jure civili.....
  - Physica....
    - Delictus raptus.
    - Delictum adulterii cum pacto nubendi.
    - Delictum homicidii etiam sine adulterio.
  - Moralia....
    - Consanguinitas inter laterales.
    - Cognatio legalis ex adoptione.
    - Publica honestas ex sponsalibus.
    - Conditio servilis ignorata.
    - Affinitas ex matrimonio.
- Jure canonico.
  - Physica....
    - Defectus baptismatis.
    - Defectus parochi et testium.
  - Moralia....
    - Cognatio spiritualis inter patrinos et patronatos.
    - Votum solemne castitatis clerici vei religiosi.
    - Affinitas ex unione illicita.

—Sequitur ex hac Divi Thomæ doctrina civilem potestatem posse constituere impedimenta matrimonium dirimentia?

R. N. Nam ipse Divus Thomas ibi subjungit. (1) «Quod

(1) Div. Thomas ibidem in IV Sentent. dist. 42, q. 2.ª, art. 2 ad 4.um. Nec in his mutavit mentem, ut asserit Cavallarius, qui loca ista perperam citat et truncata.

prohibitio legis humanæ non sufficeret ad impedimentum matrimonii nisi interveniret auctoritas Ecclesiæ, quæ idem etiam interdicit.»

His verbis respondetur et argumentis deductis ex legibus imperialibus (1), et etiam ex theologorum placitis, quæ jansenistarum caterva, anno 1799, vix mortuo Pio VI, hac de re evulgavit.

—Est alia impedimentorum divisio?

R. Af. Præter allatam divisionem impedimentorum dirimentium et non dirimentium, seu impedientium, sunt etiam inter dirimentia.

2.° Alia quæ dispensantur, alia vero quæ nullomodo dispensantur a Rom. Pont., quamvis forsan in aliquibus dispensare posset.

3.° Alia in quibus conjux qui injuriam accepit jure suo cedere potest, alia in quibus non potest cedere etsi vellit.

De his in lectione sequenti.

LECTIO XCV.

DE IMPEDIMENTIS MATRIMONIUM DIRIMENTIBUS, ET EORUM DISPENSATIONIBUS.

—S. Synodus de omnibus impedimentis dirimentibus decrevit?

R. N. Nam de impedimentis jure naturali dirimentibus nihil egit, nec necessarium erat agere, ideoque ejus capitula versantur:

1.° Circa impedimenta ex cognatione spirituali.

2.° Publicæ honestatis.

3.° Affinitatis ex fornicatione.

(1) Jansenistæ, Romanicæ eruditionis farraginem adducentes, probare conantur quamplura impedimenta ab Imperatoribus ante Ecclesiæ decreta apposita fuisse. Sed quid inde? Numquid et ipsa Illiberitana Synodus non apposuerat ea ante Valentinianum, Justinianum et alios Imperatores?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

4.° Consanguinitatis.
5.° Raptus.

—Quid de cognatione spirituali?

R. «Docet experientia, propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia: in quibus vel non sine magno peccato perseveratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaque Sancta Synodus huic incommodo providere, et a cognationis spiritualis impedimento incipiens, statuit, ut unus tantum, sive vir, sive mulier, juxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum unus et una, baptizatum de baptismo suscipiant: inter quos ac baptizatum ipsum, et illius patrem et matrem, necnon inter baptizantem et baptizatum, baptizatique patrem ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur.» (Sess. XXIV de Ref. matr. cap. 2.°)

—Quænam facere tenetur «Parochus antequam ad baptismum conferendum accedat?»

R. «Diligenter ab eis, ad quos spectabit, sciscitetur, quem vel quos elegerint ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, et eum vel eos tantum ad illud suscipiendum admittat, et in libro eorum nomina describat, doceatque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia ulla excusari valeant.» (Ib.)

—Quod si alii ultra designatos baptizatum tetigerint?

R. «Cognationem spiritualem nullo pacto contrahant, constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus.» (Ib.)

—«Si parochi culpa vel negligentia secus factum fuerit?»

R. «Arbitrio ordinarii puniatur.» (Ib.)

—Quid autem de cognatione ex Confirmationis sacramento?

R. «Ea quoque cognatio quæ ex Confirmatione contrahitur confirmantem et confirmatum, illiusque patrem et matrem ac tenentem non egrediatur: omnibus inter alias personas hujus spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis.» (Ib.)

—Quid de impedimento publicæ honestatis?

R. «Justitiæ publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacumque ratione valida non erunt; Sancta Synodus prorsus tollit: ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedant; quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest hujusmodi prohibitio absque dispendio observari.» (Ib., cap. 3.°)

—Quid de affinitate ex fornicatione?

R. «Præterea Sancta Synodus, eisdem et aliis gravissimis de causis adducta, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, et matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo et secundo gradu conjunguntur, restringit; in ulterioribus vero gradibus statuit, hujusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere.» (Ib., cap. 4.)

—Quid de impedimento consanguinitatis?

R. «Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, et spe dispensationis consequendæ careat, idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit, si quidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subjiciatur pœnis; non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cujus salubria præcepta temere contempsit.» (Ib., cap. 5.)

—«Si vero, solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cujus ille probabilem ignorantiam habuit?»

R. «Tunc facilius cum eo, et gratis dispensari poterit.» (Ib.)

—Quid vero de impedimento raptus?

R. «Decernit Sancta Synodus, inter raptorem et raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit nullum posse consistere matrimonium.» (Ib., cap. 6.)

—«Quod si rapta a raptore separata, et in loco tuto et libero constituta, illum in virum habere consenserit»?

R. «Eam raptor in uxorem habeat: et nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium et favorem præbentes sint ipso jure excommunicati, ac perpetuo infames omniumque dignitatum incapaces.» (Ib., cap. 6.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Et si clerici fuerint?

R. «De proprio gradu decidant.»

—Quid amplius?

R. «Teneatur præterea raptor mulierem raptam, sive eam in uxorem duxerit, sive non duxerit, decenter, arbitrio judicis dotare.» (Ib.)

—Quid de dispensationibus horum impedimentorum Sancta Synodus?

R. «In contrahendis matrimoniis, vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idque ex causa, et gratis concedatur. In secundo gradu numquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, et ob publicam causam.» (Ib., cap. 5.)

—Quænam impedimenta dispensantur?

R. Ea quæ jure humano inducta sunt, nempe.

1.° Cognatio spiritualis.
2.° Affinitas ex adoptione.
3.° Affinitas superveniens.
4.° Affinitas ex actu fornicario.
5.° Ex publica honestate.
6.° Consanguinitas.
7.° Ex matrimonio ignoranter contracto.
8.° Ex crimine neutro maquinante.

—Ob quas causas dispensatio ut plurimum datur. (1)

R. A sæculo præterito citantur ut plurimum sequentes.

1.ª Ob dotem incompetentem.
2.ª Pro indotata.
3.ª Ob angustiam loci, seu locorum.
4.ª Ob angustiam loci, et si extra.
5.ª Ob inimicitias.
6.ª Pro confirmatione pacis.
7.ª Ad sedandas lites.
8.ª Pro muliere viginti quatuor annorum.
9.ª Pro muliere viginti quatuor annorum et ultra. (2)
10. Ob infamiam cum copula.
11. Ob infamiam sine copula.

(1) Vide opus nuper editum a Domino Leone Carbonero et Sol de Sacramento matrimonii.

(2) Quo major est ætas facilius et minori mulcta datur dispensatio.

—Hæc praxis dispensandi in impedimentis consanguinitatis est contra Tridentini mentem?

R. Ita, sed perperam jactitabant præteriti sæculi jansenistæ, ut contra Rom. Pont. invidiam concitarent: Ecclesia tamen, tamquam pia mater, filiorum suorum debilitati indulget, et quo debiliores sunt filii, majorem illis indulgentiam præbet, nam et ita piæ matres cum ægris filiis et male valentibus agunt.

Quin etiam hodie nec Ecclesiæ nec Reipublicæ interest matrimonia difficilia reddere, cum prava temporum, morumque conditio quotidie illa difficiliora reddat, nam ut vulgus ait, *datur dæmonio quod tollitur sancto matrimonio*.

—A quonam dispensantur impedimenta?

R. Ab eo qui illa apposuit, nam illius est tollere cujus est condere, et ideo cum apponebantur a Conciliis particularibus, quævis ea essent, ab Episcopis ipsis dispensabantur.

Hodie vero tantum a Rom. Pont. per Datariam: si vero sint confessioni obnoxia per Sacram Pœnitentiariam dispensantur, et hæc omnino gratis. Aliquando vero in utraque (2).

—Aliquod impedimentum dispensatur apud Hispaniam?

R. Af. Ex Bullæ Cruciatæ privilegiis Archiep. Toletanus, prouti commissarius generalis, dispensare potest in affinitate ex delicto, prouti supra lect. LVII, fol. 271 dictum est.

—Quænam sunt impedimenta in quibus ille qui injuriam passus est potest juri suo remittere?

R. 1.° In crimine raptus.
2.° In errore circa personam.
3.° In errore erga conditionem servilem ignoratam.
4.° In impotentia si tamquam fratres vivere vellint.
5.° In vi illata metu aut violentia.
6.° In cognatione ab altero ignorata.

Unde in his casibus matrimonium ex novo consensu initur vel continuatur.

(2) De hac praxi et etiam graduum computatione nihil dicemus. Extat in unaquaque Episcopali cancellaria notarius qui ab expeditionibus audit (*expedicionero*) qui ad civilem curiam dictam *Agencia de preces* litteras supplices mittit, hæc vero Romam.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid in raptus crimine?

R. Hoc impedimentum Apostolici et Ancyrani Canones apposuerant.

Justinianus (cap. de *raptu virginis*) vetuit omnino matrimonium inter raptorem et raptam. Innocentius vero III et postea Tridentini Patres, despecta Justiniani importuna lege, hoc impedimentum dirimens tantum sub conditione fecerunt, hæcque plus philosophica ac rationalis jurisprudentia hodiedum etiam apud plures hæterodoxos viget.

Unde patet, quidquid jansenistæ dicant, Imperatores Romanos vel Byzantinos solum juxta Ecclesiæ mentem et approbationem impedimenta apposuisse, hanc vero jure et facto ea derogasse vel mitigasse pro lubitu.

—Quid de his impedimentis dispensandis leges civiles?

R. Juxta pœnalem nostrum codicem puniuntur.

1.° Bigamus, votum solemne habens, et raptor, ut dicetur modo cum de pœnis et delictis.

2.° Qui nubunt cum impedimento indispensabili, vel dispensabili non dispensato (1).

3.° Qui dolose coram parocho nubit (2).

4.° Patres adoptantes qui nubunt cum filiis adoptivis si civilem dispensationem non habeant etiam ecclesiastica obtenta (3) et curator minoris ut dicetur infra.

---

(1) Art. 396. «El que con algun otro impedimento dirimente no dispensable por la Iglesia contrajere matrimonio, será castigado con la pena de prision menor.»

Art. 397. «El que contrajere matrimonio mediando algun impedimento dispensable por la Iglesia, será castigado con una multa de 10 á 100 duros.»

«Si por culpa suya no revalidare el matrimonio, prévia dispensa, en el término que los tribunales designen, será castigado con la pena de prision menor, de la cual quedará relevado cuando quiera que se revalide el matrimonio.»

(2) Art. 398. «El que en un matrimonio ilegal pero válido, segun las disposiciones de la Iglesia, hiciere intervenir al párroco por sorpresa ó engaño, será castigado con la pena de prision correccional.»

«Si le hiciere intervenir con violencia ó intimidacion, será castigado con la de prision menor.»

(3) Art. 401. «El adoptante que sin prévia dispensa civil contrajere matrimonio con sus hijos ó descendientes adoptivos, será castigado con la pena de arresto mayor.»

5.° Clericus cum impedimento canonico vel mere civili nuptias benedicens (1).

LECTIO XCVI.

DE IMPEDIMENTIS NON DIRIMENTIBUS AC PRÆSERTIM DE CONSENSU PATERNO ET SPONSALIBUS.

—Quænam sunt impedimenta non dirimentia?

R. Hæc impedimenta, quæ vulgariter et frequentius dicuntur impedientia, sunt.

1.° Ecclesiæ vetitum, 2.° Tempus feriatum, 3.° Sponsalia. 4.° Votum. 5.° Defectus cosensus paterni. 6.° Ignorantia catechismi. 7.° Defectus publicarum denuntiationum. 8.° Litis pendens super validitate prioris matrimonii, etiamsi hoc revera sit nullum.

—Quid de his impedimentis Ecclesia Hispana?

R. Plura in antiquis nostris canonibus inveniuntur etiam ab ipso persecutionis tempore in Illiberitano Concilio.

—Quid de sponsalibus Illiberitana Synodus?

R. «Si qui parentes fidem fregerint sponsalium triennii tempore abstineant se a communione. Si tamen ille sponsus vel sponsa in illo gravi crimine fuerint deprehensi excusati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio, et polluerint se consentiendo, superior sententia servabitur. (Canon 54).

—Disciplina autem sponsalium inducta est a jure Romano et ab Imperatoribus?

R. N. Nam Ecclesia Hispana hanc disciplinam sponsalium habebat etiam ante Constantini tempus, ut patet ex citato Canone.

—Tridentina Syn. aliquod novum impedimentum sanxit?

R. N. Sed sancita servavit, et quoad non dirimentia tantum de feriato tempore decrevit, et de matrimonio sine consensu paterno.

---

(1) Art. 403. Vide notulam 2.am, in fol. 456.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid ergo de hoc impedimento?

R. «Ab adventu Domini nostri Jesu Christi usque in diem Epiphaniæ, et a feria quarta cinerum usque in octavam Paschatis inclusive, antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observari Sancta Synodus præcipit; in aliis vero temporibus nuptias solemniter celebrari permittit: quas Episcopi, ut ea qua decet modestia et honestate fiant, curabunt: sancta enim res est matrimonium, et sancte tractandum» (1). (Sess. XXIV de Ref. Matr. cap. 10).

—Hæc vero suspensio paganam superstitionem redolet?

R. «Si quis prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam ab ethnicorum superstitione profectam, aut benedictiones et alias ceremonias, quibus Ecclesia in illis utitur damnaverit; anathema sit.» (Can XI de Ref. matr.)

—Quid autem de matrimoniis sine parentum consensu?

R. «Tametsi dubitandum non est clandestina matrimonia, libero contrahentium consensu facta, rata et vera esse matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit, et proinde jure damnandi sunt illi, ut eos Sancta Syn. anathemate damnat, qui ea vera ac rata esse negant, quique falso affirmant matrimonia a filiis familias sine parentum consensu contracta irrita esse, et parentes ea rata vel irrita facere posse (2), nihilominus sancta Dei Ecclesia ea detestata est atque prohibuit.» (Sess. XXIV de Ref. Matr. cap. 1).

—Facta sunt in Hispania aliquæ innovationes?

R. Post latas celebres pragmaticas anni 1776 et 1803 (3), ad supplendum paternum consensum, observatis-

(1) Consonat hæc dispositio legi III, tit. 2, lib. X, Noviss. Recop., quæ lata fuit in Comitiis generalibus apud Burgos, anno 1373.

(2) Galli magno æstu contendebant ut S. Syn. nullitatem harum nuptiarum declararet, et etiam in sensu nullitatis declaratio scripta jam erat, sed postea mutata fuit in hoc sensu mere impediente. V. Pallavicini lib. 22, cap. 1.°, núm. 16 et sequentibus, et libro 23, cap. 5. núm. 17.

(3) Hæc celebris pragmatica compilata postea fuit in Noviss. Recopil. lege 6, tit. II, libri X. Pragmatica vero anni 1803 est lex 18 ejusdem tituli.

que gravissimis earum legum incommodis, deventum est tandem ad nuperam legem evulgatam die 20 Junii 1862, post longam in Comitiis generalibus discusionem, quæ quidem, bono desiderio lata, attamen non parum gravis est.

—Quænam hujus legis præcipua mandata?

R. 1.° Filius familiæ nequit nubere sine consensu paterno, nisi 23 annos adimpleverit, filia vero familiæ 20.

2.° Deficiente patre vel ipso incapacitato, mater consensum dare debet, ipsa vero deficiente avus (1).

3.° His deficientibus, curator, testamentarius et judex consensum præbent, audito *consilio familiæ*, gallico more instaurato nam in moribus nostris non erat. Hæc omnia ommittuntur si juvenes viri vel fœminæ vigessimum ætatis annum expletum habeant.

4.° Dantur regulæ ad cogendum familiæ cœtum; cujus celebratio obligatoria etiam sub pecuniaria mulcta est pro nubentis propinquis. His vero deficientibus cogitur cœtus vicinorum vel amicorum. Judex in eo præest, et secreto agunt, vota a tabellione accipiuntur, qui in actis sententiam scribit.

13. Non datur recursus contra disensum allatum, nec consensum negans tenetur de hac negatione rationem reddere.

14. Filii naturales et legitimi avorum vel propinquorum consensu non egent, quin etiam ilegitimus materno tantum indiget, vel in casu curatoris et judicis. Pro expositorum nuptiis directores hospitiorum curatorias vices agunt.

15. Filii majores 23 annorum, filiæ vero 20 consilium a patre, matre, vel avis expetent, quo non obtento per trium mensium spatium expectabunt. (2)

—Quas pœnas incurrunt contraventores?

R. Filii pœnam art. 483 pœnalis legis, parochus autem

(1) Lex non prævidet casum quo mater secundas nuptias iniverit, nam juxta civiles nostras leges videtur illo in casu curatorem maternas vices acturum.

(2) Consensus constare debet ex scriptura publica, ante notarium ecclesiasticum, tabellionem publicum, vel judicem pacis exarata, papiro vero judiciali (*papel sellado de seis reales*).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

minori detentione (*arresto menor*). Pœna vero in dicto articulo lata fert detentionem correctionalem per 15 dierum spatium, reprehensionemque (1).

—Vidui minores 25 annis tenentur expetere paternum consensum?

R. N. Nam lex non loquitur nisi de filiis familiæ: viduus autem e patria potestate exivit (2), ideoque familiæ filius non est.

—Quid vero in casu quo contrahentes indebite sese copulaverint, ita ut prolem habeant, alter vero eorum in mortis periculo versetur?

R. Parochus tunc eximitur a responsabilitate criminali ex art. 8.°. Legis pœnalis, nam *agit ex necessitate ut munus suum impleat* (3) quamvis consensus exhibitionem non expectet, si illum daturus longe abest.

—Sunt alia impedimenta a legibus pœnalibus in hac ipsa materia lata?

R. Af. Nam in titulo 12 «de delictis contra statum civilem personarum,» capite vero 2.°, prohibentur:

1.° Matrimonium viduæ nisi 301 diebus post obitum mariti.

2.° Adoptantium cum adoptivis filiis.

3.° Tutoris vel curatoris cum pupilla, nisi post solutas redituum a curatore rationes, quin etiam nec curatoris filius cum pupilla, nisi illa expleta conditione, nubere potest» (4). Hæc autem e jure Romano deprompta sunt.

---

(1) Art. 483. Serán castigados con las penas de tres á quince dias de arresto.... 4.° «Los hijos de familia que falten al respeto y sumision debida á sus padres.»

(2) El hijo ó hija *casado y velado* sea habido por emancipado en *todas las cosas para siempre*. Ley 47 de Toro, que es la ley 3.ª tit. 5, lib. 10 de la Noviss. Recop.

(3) Ita in responsione privata, quæ, mense Octobris 1864, lata fuit Archiep. Valentino, interroganti in hoc et aliis dubiis, quæ in ephemeridibus evulgata fuit, non vero in officialibus dictis *la Gaceta*.

(4) Art. 400, La viuda que casare ántes de los 301 dias desde la muerte de su marido, ó ántes de su alumbramiento, si hubiere quedado en cinta, incurrirá en las penas de arresto mayor y multa de 20 á 200 duros.

En la misma pena incurrirá la mujer cuyo matrimonio se hubiere declarado nulo si casare ántes de su alumbramiento ó de haberse cumplido 301 dias despues de su separacion legal.»

Art. 401. «El adoptante que *sin prévia dispensa civil* contrajere matrimonio con sus hijos ó descendientes adoptivos, será castigado con la pena de arresto mayor.»

Art. 402. «El tutor ó curador que ántes de la aprobacion legal de sus cuentas contrajere matrimonio ó prestare su consentimiento para que lo contraigan sus hijos ó descendientes con la persona que tuviere ó hubiere tenido en guarda, será castigado con las penas de prision correccional y multa de 100 á 1,000 duros.»

—Quid circa sponsalium celebrationem nostræ leges?

R. Ex citatis legibus anni 1776 et 1803, prohibitum fuit admittere in tribunalibus tamquam sponsalia valida ea quæ inita fuissent sine consensu paterno, et contra encyclicarum litterarum regulas, quas Benedictus XIV vulgaverat die 17 Novembris anni 1741; quin etiam reagravata fuit hæc jussio alia posteriori lege (1).

—Quid vero de forma horum sponsalium?

R. Ex pragmatica anni 1803 non solum debent habere consensum paternum, sed etiam redacta esse *in publicæ scripturæ forma*. Prælati vero vel vicarii ecclesiastici qui sponsalia verbis data tamquam impedimenta admittante patriæ finibus relegandi sunt.

—Qnid de his legibus dicendum?

R. Tot tantaque sacrilegia, incestus, rixæ, lites et scandala ex sponsalibus, vel verbalibus, vel præsumptis oriebantur, ut omnes probi homines et gravissimi Prælati uno ore contra sponsalium temerariam celebrationem clamitarent; quin et eorum abrogationem peterent, nam ex illis vix jam ulla utilitas sequitur, e contra vero plurima sequuntur scandala. Unde quamvis lex dura foret, et ecclesiasticæ disciplinæ parum consona, nullus contra illam clamavit, et a toto hoc sæculo inter nos incunctanter observatur.

---

(1) Ley 17, tít. 2.°, lib. X de la Novíss. Recop. dada á 18 de Setiembre de 1788, «y asímismo que no se deben admitir en los tribunales eclesiásticos demandas de esponsales celebrados sin el consentimiento paterno etc.»

Bulla tamen non habet ea quæ in lege dicuntur, loquitur enim tantum quasi per transennam de reverentia patribus debita. Vide supra, Lect. XCIII, fol. 459.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO XCVII.

DE OBSERVATIONE JEJUNIORUM, ET DE POENITENTIIS PUBLICIS.

—Jejuniorum observantia antiqua est in Hispania?

R. Af. Nam cum injuncta sit ab ipso Christo Domino, verbo et exemplo, non poterat non ea observare. Celebre est in historia nostra exemplum Sancti Fructuosi sæculi III Tarraconensis Metropolitæ, qui, ad martyrium pergens, noluit parum vini gustare ne jejunium frangeret. (1)

—Quid vero antiqui canones hac de re tradunt?

R. Concilium Illiberitanum, cap. 23, de temporibus jejuniorum, sic ait: «Jejunia seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Julii et Augusti, ob eorumdem infirmitatem.»

—Sabbatinum jejunium antiquum erat?

R. Af. «Errorem placuit corrigi ut omni sabbati die jejunii superpositionem celebremus.» (Ib., can. 26.)

Superpositio vero erat impositio novi jejunii adjecti jejunio præcedentis diei, nempe veneris, unde apparet et veneris et sabbati diebus tunc jejunari.

—Quadragessimæ observantia præscripta erat?

R. Constat etiam ex Conc. I Cæsaraugustano, anno Ch. 380, quod Priscillianistarum superstitiones et nequitias debellavit, et inter alia sic ait: «Secundus canon vetat nequis jejunet die Dominico, causa timoris, aut persuasionis, aut superstitionis. Ut quadragessimarum diebus ab ecclesiis non dessint, nec habitent latibula cubiculorum et montium.» Vide etiam lect. præced et Divi Isidori verba. In

---

(1) Prudentii *Peristephanon*: hymnus S. Fructuosi et suorum diaconorum.

Quosdam de populo vidit sacerdos
Libandum sibi poculum offerentes:
Jejunamus ait, recuso potum
Nondum nona diem resignat hora,
Numquam conviolabo jus dicatum
Nec mors ipsa meum sacrum resolvet.

eodem sensu Brachar. Synodus I, inter errores Priscillianistarum prohibuit die Dominico jejunare (Can. 6), et etiam in natali Domini, et e contra non jejunare in feria 5.ª Paschali, quæ est in Cœna Domini.

—Quid in Summa Martini Bracharensis?

R. «Non liceat in quadragessima natales martyrum celebrare, sed tantum Sabbato et Dominico pro commemoratione eorum oblationes offerri.» (Cap. 48.)

Non liceat ante duas septimanas Paschæ, sed ante tres ad Baptismum recipere aliquem.» (49.)

«Non liceat quinta feria novissimæ septimanæ jejunium solvere et omnem exhonorare quadragesimam.» (50.)

—Quid de jejuniis S. Synodus?

R. «Insuper hortatur Sancta Synodus, et per Sanctissimum Domini nostri atque Salvatoris adventum pastores omnes obtestatur, ut tamquam boni milites illa omnia, quæ Sancta Romana Ecclesia, *omnium ecclesiarum mater et magistra*, statuit; nec non ea, quæ tam in hoc Concilio, quam in aliis œcumenicis statuta sunt, quibuscumque fidelibus sedulo commendent; omnique diligentia utantur, ut illis omnibus, et iis præcipue sint obsequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus, et jejunia; vel etiam, quæ faciunt ad pietatem augendam, ut dierum festorum devota et religiosa celebratio; admonentes populos crebro, obedire Præpositis suis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient; qui vero contemnunt, Deum ipsum ultorem sentient.» (Continuat., Sess. XXV.)

—Quid circa jejuniorum observantiam Benedictus XIV?

R. Plures hac de re edidit constitutiones, inter quas notari debent 1.° Responsio Archiepiscopo Valentino. 2.° Alia Compostellano data, die 8.ª Julii 1744, quæ plures resolutiones continet theologo potius quam juris tironi proponendas. 3.° Hæc responsio tamquam Enciclyca missa est postea cunctis orbis Prælatis, anno 1745, adjiciens Concilii Trid. verba de dispensationibus.

—Quid continetur in responsione ad Archiep. Valentinum?

R. «Præcipimus autem Episcopis, eorumque delegatis, ut nemini vescendi carnibus aliisque cibis vetitis veniam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tribuant, nisi sub gravi, imperata simul unicæ comestionis norma.» (12 Maji anni 1742).

—Quid vero continent memorata a Benedicto XIV Tridentina verba?

R. V. in lectione IV, fol. 23. «Sicuti publicæ expedit legis vinculum quandoque relaxare,» etc. (ex Sess. XXV, cap. 18).

—Potest in Hispania catholicus ex bullæ privilegio carnes edere quadragessimali tempore?

R. Af. Ex indulto Apostolico a sæculo præterito (1) ut Catholicæ hujus nationis egestati consuleretur, nam magnam pecuniarum quantitatem hac de causa hæreticis erogare tenebamur.

Vigentis autem concessionis a Pio IX factæ verba sunt: «Indultum quoque tribuimus ut ipsi intra ejusdem ditionis suæ fines, (nempe Hispaniæ et terrarum suarum) *non autem extra illam*, (Nb.) singulo ejusdem indulti publicationis anno durante, tam quadragessimalibus, quam cæteris ejus anni diebus, quibus usus carnium et lacticiniorum est prohibitus, eisdem ovis et lacticiniis libere uti, ac etiam carnibus, de utriusque medici consilio, si necessitas vel infirma corporis valetudo aut alia quæcumque indigentia exegerit vesci, servata scilicet in reliquis jejunii lege licite valeant» (2).

(1) Ex Bulla Pii VI, lata die 23 Decembris, anni 1778.
(2) Vide Lect. de Commissarii Cruciatæ facultatibus, fol. 270. Cætera hac de re in Theologiæ Moralis libris consulenda potius sunt.

LECTIO XCVIII.

DE DIERUM FESTORUM CELEBRATIONE ET DOMINICÆ DIEI SANCTIFICATIONE.

—Erant in Hisp. antiqua Ecclesia dies festi præter Dominicam?

R. Af. Nam Paschatis Resurrectionis et Pentecostes festa jam in Illiberitanis Canonibus citantur. «Pravam institutionem emendari placuit juxta auctoritatem Scripturarum, ut cuncti diem Pentecostes post Pascha celebremus, non quadragessimam nisi quinquagessimam (1): quod qui non fecerit, quasi novam hæresim induxisset notetur.» (Can. 43).

—Quid ad horum intelligentiam nostri Patres?

R. Clarissimus Isidorus, in libro I de Ecclesiast. offic. cap. 32, sic ait: «Idcirco etiam totius quinquagessimæ dies post Dom. Resurrectionem, resoluta abstinentia, in sola lætitia celebrantur, propter figuram futuræ Resurrectionis, ubi jam non labor sed requies erit et lætitia. Ideoque in his diebus nec genua in oratione flectuntur, quia, sicut quidam sapiens ait, inflexio genuum pœnitentiæ et luctus inditium est.»

—Consecratio chrismatis fiebat tunc Paschali tempore?

R. Af. Et patet ex Canone 20 Tolet. I. «Quamvis pene ubique custodiatur ut absque Episcopo chrisma nemo conficiat, tamen quia in pluribus locis vel provinciis presbyteri dicuntur chrisma conficere, placuit ex hac die nullum nisi Episcopum chrisma facere, et per diœcesim destinare; ita ut de singulis ecclesiis ad Episcopum, *ante diem Paschæ*, diaconi destinentur aut subdiaconi, ut confectum chrisma ab Episcopo destinatum ad diem Paschæ possit occurrere.»

—Dominica dies quieti et sanctificationi dabatur?

R. Af. Nec aliud esse potuisset. Constat ex supra dic-

(1) Si dies decem inter Resurrectionem et Pentecostes jejunassent, non quadragessima sed quinquagessima fuisset.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tis. (Lect. LXVIII, fol. 335, cum de oratoriis) officium in Hisp. Ecclesia fuisse quotidianum. Celebris est Canon Tarraconensis, anni 516, qui sic ait: «De diœcesanis ecclesiis vel clero id placuit definiri, ut presbyteri vel diaconi qui inibi sunt constituti, cum clericis septimanas observent, id est ut presbyter unam faciat hebdomadam, qua expleta succedat ei diaconus similiter; ea scilicet conditione servata *ut omnis clerus* (Nb.) *die Sabbato ad vesperam* sit paratus quo facilius die Dominico solemnitas cum omnium præsentia celebretur: ita tamen ut *omnibus diebus* vesperas et matutinas celebrent.»

—Fideles etiam laici in Hispania Dominico die Sacræ Communionis Sacramento muniebantur?

R. Af. Et non tantum Dominicis diebus, sed etiam quotidiana Communione. Nam Communio tantum in die Dominica non dicitur frequens, *bonusque catholicus* dominica die communionem hodie jam non ommittit.

—Festum Incarnationis Domini inventum fuit in Hispania?

R. N. Sed constat celebratum fuisse ante annum 656, ut patet ex Canone 1.° Toletani X.

—Quid hac de re S. Trid. Synodus?

R. 1.° Confirmavit festivitatem solemnem Corporis Christi, prouti in universa catholica Ecclesia ab Urbani Papæ tempore observatur.

2.° Jussit ut exacte et devote festa celebraretur.

3.° Ut parochi in illis populum erudiant.

4.° Ut ab omnibus, etiam ab exemptis, serventur.

—Quid de festo Smi. Corporis Christi S. Syn. declarat?

R. «Pie, et religiose admodum in Dei Ecclesiam inductum fuisse hunc morem, ut singulis annis peculiari quodam, et festo die præcelsum hoc et venerabile Sacramentum singulari veneratione ac solemnitate celebraretur, utque in processionibus reverenter et honorifice illud per vias et loca publica circumferretur; æquissimum est enim sacros aliquos statutos esse dies, cum christiani omnes singulari, ac rara quadam significatione gratos et memores testentur animos erga communem Dominum et Redemptorem, pro tam ineffabili et plane divino beneficio,

quo mortis ejus victoria et triumphus repræsentatur; ac sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio et hæresi triumphum agere; ut ejus adversarii in conspectu tanti splendoris, et in tanta universæ Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati et fracti tabescant, vel pudore affecti et confusi aliquando resipiscant.» (Sess. XIII, cap. 5).

—Quænam in observatione festorum prohibuit?

R. «Sanctorum celebratione ac reliquiarum visitatione homines ad commessationes atque ebrietates non abutantur, quasi festi dies in honorem sanctorum per luxum ac lasciviam agantur.» (Sess. XXV, cap. de invocat. et vener. sanctorum, in initio).

2.° Quæ ad pietatem augendam decrevit dicentur in lect. seq. de jejunio.

—Quid parochis ut populus his diebus erudiatur?

R. Ut aliquod populo exponant de iis quæ in Missæ sacrificio continentur, præsertim dominicis et festis diebus. (Sess. XXII, cap. 8. V. Lect. LXXXVI, fol. 424).

Ut populum pascant salutaribus verbis. (Sess. V, cap. 2. V. Lect. et fol. supracitatum.)

Ut populus ad parochiam his diebus frequentandam hortetur. (Sess. XXII. Decreto de observandis et vitandis in Sac. Missæ Lect.)

—Quid autem exemptis?

R. Jubet eos observare festa ab ordinario inducta, prouti supra dictum est. (Lect. LXII, fol. 294).

—Quid de dierum festorum celebratione nostræ leges?

R. Noviss. Recopil. legibus (Ley 7.ª, tít. 1.°, lib. 1.°) vetabatur diebus dominicis laborare vel mercaturam exercere. Sequenti vero prohibebatur idem etiam in aliis festis diebus, nisi Ecclesia id permitteret, vel recolectionis tempore dispensatio obtineretur.

—Hæ vero leges sunt in observantia?

R. Cum hodiernæ pœnales leges nihil hac de re præscribant, infractio hæc legum ecclesiasticarum nec inter delicta majora, nec inter minora (*faltas*) computatur. Si tamen a publicis auctoritatibus injungatur, ut fieri solet, et imo fieri debet, poterit transgressor puniri ex infractione regularum urbanæ politiæ.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Possunt diebus festis spectacula frequentari?

R. Vetitum est in variis canonicis Constitutionibus ac præsertim in illa Benedicti XIV quæ incipit: «*Nihil profecto,*» lata die 12 Augusti, anni 1742.

—Licet petere diminutionem dierum festorum?

R. Benedictus XIII ad petitionem Provincialis Tarraconensis Concilii concessit diminutionem dierum festorum, ita ut, audita Missa, in minoribus festivitatibus operibus servilibus manum liceret porrigere. Idem pro aliis locis concessit Benedictus XIV, sed cum videret impugnari ab aliquibus Constitutionem Urbani VIII de dierum festorum celebratione, vetuit Constitutione sua «*Non multi menses,*» lata die 14 Novembris, 1748, hac de re agi «nec multo minus ullum librum dissertationem epistolam, seu alterius generis opus quo Decretum ipsum seu directe sive indirecte oppugnare, edere aut publicare audeant.»

—Dies festi favent ignaviæ?

R. Anima habet vitam spiritualem, et spiritualis vita spirituali pabulo, juxta suam naturam, indiget.

Negare illi hoc pabulum sordidum materialismum sapit

Potius favent ignaviæ dies dicati dœmoni, nempe. 1.° Tres dies saturnalium paganorum. 2.° Dies lunæ seu feria secunda, in qua plures qui laborant in die Dominico non laborant in sequenti, ut diabolo serviant. 3.° Dies destinati ad agitationem taurorum. 4.° Dies festorum aliquorum (non omnium) quæ nationalia dicuntur, quibus odia inter cives foventur, etc., etc., etc.

LECTIO XCIX.

DE TESTAMENTIS, ET SUFFRAGIIS PRO DEFUNCTIS.

—Quid est testamentum?

R. Mentis ultima obtestatio, seu declaratio suprema, solemnisque eorum quæ quis de bonis suis post mortem fieri cupit.

—Quotuplex est testamentum ex nostris legibus?

R. Solemne et minus solemne seu privilegiatum.

2.° Apertum seu nuncupativum, et clausum seu scriptum. (1)

3.° Forale et juris communis.

—Quænam sunt testamenta privilegiata?

R. Testamenta militaris, cæci, rustici, tempore epidemiæ, et *in forma pauperis* (*declaracion de pobreza*), quin etiam et ipsa testamenta juxta Cantabricas vel Aragonenses forales leges inita, et prouti generali legislationi Hispaniæ seu juri communi Hispano opponuntur, privilegiata sunt.

—Clerici ex antiqua Hisp. disciplina testamenta condebant?

R. Af. Patetque ex supradictis Lect. LXXIII, fol. 360.

—Quo tempore spolia Episcoporum non illorum ecclesiæ sed Apostolicæ Cameræ cesserunt?

R. A tempore schismatis Avenionensis, versus finem sæculi XIV. In Hispania vero anno 1497, contradicentibus Catholicis Regibus, curas ad hoc agente D. Bernardino Carvajal, Ap. Sedis Legato. (2)

—Quid hodiedum de spoliis Episcoporum ex Noviss. Concordia?

R. Vide supra lect LXXXII, fol. 403. Ideo nihil amplius de testamenti factione Episcopali, vel ecclesiasticorum spoliorum administratione, cum hæc jam in ecclesiastica nostra disciplina amplius vix non fere existant.

—Quid de testamentorum adimpletione Sancta Synodus?

R. «Episcopi etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati in casibus a jure concessis omnium piarum dispositionum tam in ultima voluntate quam inter vivos sint executores.»

—Quid de his nostræ civiles leges?

R. Clerici possunt succedere etiam in bonis profecticiis, et ratione Ecclesiæ seu beneficii acquisitis (3): Filii vero illegitimi clericorum nec hæreditatem paternam ac-

---

(1) Leyes 1.ª y 2.ª, tít. 18. lib. 10 de la Novís. Rec.

(2) 1ta apparet ex narratione Hieronymi Zurita et Egidii Gonzalez Davila, in Teathro ecclesiæ Ovetensis, fol. 42, ed. ap. Matr. 1635.

(3) Ley 12, tit. 20, libro 10 de la Noviss. Recop.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quirere possunt, nec etiam legata (1): Religiosi vero vetabantur succedere in bona propinquorum qui sine testamento deciderant (2): hoc tamen abolitum fuit anno 1837.

—Ultimæ voluntates commutari possunt?

R. «In commutationibus ultimarum voluntatum, quæ non nisi ex juxta et necessaria causa fieri debent, Episcopi, tamquam delegati Sedis Apostolicæ, summarie et extrajudicialiter cognoscant, nihil in precibus, tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum; priusquam commutationes prædictæ executioni demandentur.» (Sess. XXII, cap. 6).

—Quid de fidelium suffragiis et Purgatorio Trid. Canones?

R. «Præcipit Sancta Synodus Episcopis, ut sanam de Purgatorio doctrinam, a sanctis Patribus, et sacris Conciliis traditam, a Christi fidelibus credi, teneri, doceri, et ubique prædicari diligenter studeant. Apud rudem vero plebem difficiliores ac subtiliores quæstiones, quæque ad ædificationem non faciunt, et ex quibus plerumque nulla sit pietatis accessio, a popularibus concionibus secludantur.» (Sess. XXV, cap. initiali de purgatorio).

—Quid vero de superstitiosis et falsis hac de re narrationibus?

R. «Incerta item, vel quæ specie falsi laborant, evulgari ac tractari non permittant. Ea vero quæ ad curiositatem quamdam, aut superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapiunt, tamquam scandala et fidelium offendicula prohibeant.» (Ib.)

—De suffragiis autem adimplendis quid S. Synodus?

R. «Curent autem Episcopi, ut fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, eleemosynæ, aliaque pietatis opera, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus defunctis fieri consucverunt, secundum Ecclesiæ instituta pie et devote fiant; et quæ pro illis ex testatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, non perfunctorie, sed a sacerdotibus, et Ecclesiæ ministris, et aliis, qui hoc præs-

(1) Ib. ley 4.
(2) Ib ley 17.

tare tenentur, diligenter et accurate persolvantur.» (Ib.)

—Sumptus funeris e qua assis hæreditarii parte depromuntur?

R. Ex quinta bonorum relictorum parte, de qua testator, etiam necessarios hæredes habens, libere disponit (1).

—Possunt parochi interesse testamentorum scriptioni?

R. Af. Et non solum illis interesse sed etiam illa scribere ubi testamentum forale conscribitur; in Aragonia, Cathalonia et Navarra.

—Quid de hoc Aragonense forum?

R. «Si testator decedat in eremo creditur super testamento duobus spondalariis, qui sint septem annorum aut ultra, et isti septennes possunt esse spondalarii in omni testamento. Secus tamen est in loco populato, quoniam sunt necesarii duo vicini legitimi *cum Capellano loci*, si valeat interesse. Et si fiat testamentum uti decet, tantum ad minus maneant habitantes spondalarii prout possunt esse et creditur eis. Sine autem Capellano loci credatur cum aliquo vicinorum» (2).

—Quid pro Cathalonia?

R. Parochi ibi ad annum usque 1736 notarii fuerunt et publica fide donati ad omnes actus vitæ civilesque contractus, ab eo tamen tempore tantum ad testamenta exaranda, unde ab ipsis condita testamenta tamquam a publico tabellione condita habentur» (3).

—Quid vero faciendum cum his testamentis in Aragonia et Navarra a parocho conditis?

R. Adveratione indigent, id est actu judiciali quo in

(1) «La cera, Misas y gastos del enterramiento se sacan con las otras mandas graciosas del quinto de la hacienda del testador y no del cuerpo de la hacienda.» (Ley 9, tít. 20, lib. 10 de la Novis. Recop.)

(2) Fuero 1.º de Tutoribus, lib. 5.º.
Pro Navarra citatur etiam lex 3 ª, tit. 7, libri 3. Noviss. Recopil. Navarræ.

(3) Eadem fide donabantur ex Regio privilegii Capellani celebris Xenodochi Cæsaraugustani, et etiam monachi celebris monasterii Cisterciensis Petrensis (*de Piedra*) pro his qui in suo eremo vitam claudebant.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

publicam scripturam redigantur (1): in Navarra dicitur *abonimiento*.

—Quid civiles leges Hisp. de legatis confessori in testamento relictis?

R. Prohibitum ut clericos, sive sæculares sive regulares, qui in articulo mortis ægrotantibus assistunt, esse fideijussores nec legatarios eorum (2).

—Testamenta clericorum possunt aperiri ab ecclesiastico judice?

R. N. Nam hoc peculiare civilis judicis est (3); et etiam ex antiquis legibus, quamvis hæres clericus esset (4).

—Possunt qui capite plectuntur testamentum condere?

R. Af. Permissum erat etiam ex Taurinis nostris legibus in Noviss. Recop. inclusis (5).

LECTIO C.

FINIS CHRISTIANÆ VITÆ, SEU MORS CHRISTIANA.

—Quænam nobis offert Ecclesia auxilia in fine christianæ vitæ?

R. Præter alia solatia et subsidia, præsertim Dominicum Corpus in viatici formæ ægrotantibus ductum, et Extremæ Unctio.

—Quid de Sacræ Eucharistiæ sacramento asservando et ad infirmos deferendo?

R. «Consuetudo asservandi in sacrario sanctam Eu-

(1) Sententia Tribunalis Supremi, lata die 20 Martii, anni 1866, et etiam Regia schedula lata die 7 Februarii hujus anni 1867, in qua datur forma pro adveratione horum testamentorum in Aragonia. «Art. 1.° La adveracion de dichos testamentos se practicarán con las solemnidades establecidas por los fueros de Aragon ante el juez de primera instancia correspondiente.»

(2) Ley 15, tit. 20, lib. 10 de la Noviss. Recop., lata a Carolo III, die 25 Sept. 1770. «Que no valgan las mandas que fueren hechas en la enfermedad de que uno muere á su confesor, sea clérigo ó religioso, ni á deudo de ellos, ni á su Iglesia ó Religion, para exentar los fraudes referidos.

(3) Ley de Enjuiciamiento civil: art. 1390.

(4) Ley 6, tit. 17, libro 10 de la Noviss. Recop.

(5) Ib. ley 4.ª.

charistiam adeo antiqua est, ut eam sæculum etiam Nicæni Concilii agnoverit. Porro deferri ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, et hunc usum diligenter in Ecclesiis conservari, præterquamquod cum summa æquitate, et ratione conjunctum est, tum multis in Conciliis præceptum invenitur, et vetustissimo Catholicæ Ecclesiæ more est observatum. Quare sancta hæc Synodus retinendum omnino salutarem hunc et necessarium morem statuit.» (Sess. XIII, cap. 6).

—Propositio contraria est hæretica?

R. Af. «Si quis dixerit, non licere sacram Eucharistiam in sacrario reservari, sed statim post consecrationem adstantibus necessario distribuendam; aut non licere, ut illa ad infirmos honorifice deferatur; anathema sit.» (Ejusdem Sess. can. 7).

—Ecclesia Hispana hoc subsidium aliquando peccatoribus negavit?

R. Af. Sed tantum pro gravissimis delictis, et præsertim in reincidentiæ casibus; nam in sæculi IV Conciliis, præsertimque in Illiberitano, dicitur—«*nec in fine detur communio.*»

Sic tres primi Canones Illiberitani contra apostatas, qui cum adulti acceperint baptisma idolos sacrificant, idemque contra eos qui aliquos maleficiis occidunt (can 4); et in aliis pluribus quos citare nimis prolixum foret.

—Attamen hi canones non tantum communionem in viatici forma sed etiam privationem absolutionis præseferebant?

R. Sic dictum est a variis et gravibus juris Canonici scriptoribus, præsertim in interpretatione Sardicensis Canonis contra indebitas Episcoporum translationes. Hoc autem ab Ecclesiæ charitate, lenitate et mansuetudine abhorrere videtur. Privare enim infirmum magno et utilissimo viatici solatio in illis angustiis, gravissima et durissima pœna est, ut noscet quilibet pius catholicus, qui veram fidem habeat et secundum iliam operetur et vivat.

Privare autem pœnitentem et vere contritum etiam absolutione quæ cum atritione juncta illum salvaret, durissimum et ab Ecclesiæ praxi absonum est, cum non sit ita

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

facile veram contritionem habere ut vulgus imperitorum credit. Ecclesia autem non nisi impœnitentes dedit in interitum Satanæ.

—Apparet ex aliquo Canone Hispano viaticum tantum illis reincidentibus et gravissimis peccatoribus negatum?

R. Ex Canone tertio Illiberitano, in quo non tantum dicitur communio, sed *Dominica communio*; in hoc vero loqui videtur de communione Corporis Domini, non de absolutione. «Item ipsi (*flamines*) si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit ulterius eis non esse dandam communionem, *ne lusisse de Dominica communione videantur*.» Ergo non de ecclesiastica communione sed de sumptione Dominici Corporis sermo erat.

—Quid hac de re Hispanæ leges?

R. Lex tertia Noviss. Recop. piissimis, durisque pœnis minatur illi qui in mortis articulo pœnitentiæ et viatici sacramento non munitur, nam dimidiam bonorum partem eum in pœnam amittere jubet (1).

Hæc autem in usu non est, cum inter delicta novi pœnalis codicis non inveniatur, quamvis tempore Adephonsi XI et sæculo XIV data fuerit.

—Medici tenentur infirmos monere ut confiteantur?

R. Af. Ex Partitarum legibus (37 tit. 4, partida 1.ª) et recentioribus in Noviss. Recopilatione (2), latis ab Imperatore Carolo V, ejusque filio, anno 1548, petentibus Regni Curiis.

—Reo capite plectendo Sacra Eucharistia datur?

R. In Hispania ante Tridentini tempora negabatur: posterius vero, ab anno 1569, concessa fuit illis, ex motu proprio Sancti Pii V, qui quidem incipit: «*Cum sicut acce-*

(1) «Todo fiel cristiano al tiempo de su finamiento sea tenudo de confesar devotamente sus pecados y rescebir comunion del Sacramento Santo de la Eucaristia, segun lo dispone la Santa Madre Iglesia: el que no lo ficiere e finare sin confesion etc.» (Ley 3, tit. 1.º, lib. 1.º de la Noviss. Recop.)

(2) Ley 1.ª, tit. 11, lib. 8.º de la Noviss. Recop.: «Mandamos que los médicos y cirujanos guarden lo dispuesto por Derecho Canónico en advertir á los enfermos que se confiesen, principalmente en enfermedades agudas.»

pimus» et ad ejus mentem data fuit lex hodie recopilata et in usu (1).

—Quid de Extremæ Unctionis sacramento S. Synodus, tamquam fine seu consummatione *christianæ vitæ*?

R. «Illud non modo pœnitentiæ, *sed et totius christianæ vitæ*, quæ perpetua pœnitentia esse debet, consummativum existimatum est a Patribus. Primum itaque, circa illius institutionem, declarat, et docet, quod clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit de salutaribus remediis adversus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis aliis præparavit, quibus christiani conservare se integros, dum vixerint, ab omni graviore spiritus incommodo possint; ita Extremæ Unctionis Sacramento finem vitæ tamquam firmissimo quodam præsidio, munivit. Nam etsi adversarius noster occasionem per omnem vitam quærat et captet, ut devorare animas nostras quoquo modo possit: nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suæ versutiæ nervos intendat ad perdendos nos penitus, et a fiducia etiam, si possit, divinæ misericordiæ deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitæ perspicit.»

(1) Ley 4.ª, tit. 1.º, lib. 1.º de la Noviss. Recop.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PARS NONA.

De ecclesiasticis judiciis.

LECTIO CI.

DE JUDICIIS IN GENERE.

—Quid est judicium?

R. Disceptatio legitima inter partes coram judice competenti, quæ sententia finitur.

—Est idem ac processus?

R. Af. Processus autem dicitur series actuum coram judice competenti, eos dirigente ad veritatem agnoscendam, ut legitime possit jus in sententia dicere.

—Quid est instantia?

R. Processus de judice ad judicem continuatio.

—Est idem lis (Hispanice *pleito*) ac causa?

R. Af. Sed ex usu fori prima vox applicatur potius civilibus judiciis, secunda vero criminalibus.

—Quot sunt judicii species?

R. 1.° Ratione fori et materiæ dividitur in ecclesiasticum et sæculare. Illud ad spiritualia, ecclesiastica et etiam mixta, hoc vero ad profana et mere temporalia.

2.° Ratione facti, in civile et criminale: hoc ad punienda mala et sarciendas criminis injurias: illud vero ad jus suum cuique reddendum.

3.° Ratione formæ et solemnitatis, in ordinarium, sumarium, et sumarissimum seu extrajudiciale.

4.° Ratione dominii, in petitorium et possesorium, prouti litigatur de proprietate et dominio, vel tantum de possesione retinenda, recuperanda, vel acquirenda.

5.° Ratione personarum, simplex, duplex et tertiarium. Simplex in quo sunt actor et reus, demandator et demandatus: duplex in quo ambo ad inviem actores et demandati sunt, sicuti in reconventione et mutua petitione.

Tertiarium (vulgo *tercerias*) in quo novus actor contra demandantem et demandatum insurgit, eorum jura convellens.

6.° Judicium strictum, et mere gubernativum. Hoc in actibus voluntariæ jurisdictionis et administrativis exercetur, nec confundendum est cum judicio bonæ fidei, in quo non jure stricto sed bona fide et ex æquitate agitur.

7.° Ratione judicis in primam, secundam et ulteriores instantias: quando ulterius appellandi facultas non est definitivum dicitur.

—Quænam est causarum divisio jure Tridentino?

R. Sunt civiles et criminales: 2.° primæ instantiæ et appellatæ: 3.° simplices et graves: 4.° judiciales et extrajudiciales: 5.° ordinariæ et exceptæ: hæc vero miserabilium personarum et exemptorum; de quibus suis locis dicetur.

—Tenetur judex ecclesiasticus sequi omnino judiciorum sæcularium ordinem?

R. Neg. In causis spiritualibus et mere ecclesiasticis: in aliis autem mixti fori, vel mere temporalibus, expedit eum sequi in catholicis regionibus, ad vitandas cum sæculari potestate controversias, non autem jure fori sed jure poli, ut dici solet.

—Quid hac de re Hispaniensis in vigore lex?

R. Lege civili, lata anno 1855, quam dicimus *Ley del Enjuiciamiento civil*, art. 1414 ipsiusque pœnultimo, jubetur servari hunc civilem procedendi modum apud omnia Tribunalia quæ alium specialem non habeant (1).

—Quid inde?

R. Legis tenore obligantur tantum judices et Tribunalia quæ *non habent specialem legem*, sed judices Ecclesiæ et Tribunalia Ecclesiæ habent specialem legem jure communi Decretalium et Jure Trident., quæ quidem in Hisp. leges sunt; ergo judices ecclesiastici in Hisp. non tenentur

(1) «Todos los jueces y tribunales, cualquiera que sea su fuero, *que no tengan ley especial para sus procedimientos*, los arreglarán en los pleitos y negocios civiles de que conozcan á las disposiciones que anteceden.» (Art 1414).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ejus vigore ad strictam observantiam legis processalis civilis, sed tantum ex æquitate et benevolentia.

Alias etiam hæc lex impossibilis est Judici Ecclesiastico in aliquibus casibus, et ad impossibile nemo tenetur.

—Quibus in casibus imposibilis est?

R. In causis matrimonialibus, in quibus, sub nullitatis pœna, defensor matrimonii agere debet: attamen illa nihil de hujus actibus, nec de defensoris munere habet.

2.° In causis appellationis a suffraganeo ad Metropol. cujus tribunal unipersonale est: lex tamen collegiatum tribunal supponit, jubetque ponentem eligi, judices tribunalis collective agere, aliaque propria collegii, quæ Metropolitano impossibilia sunt.

3.° In appellationibus ad Rotam, in qua solemnitates adhibentur quæ in citata lege ignotæ sunt, veluti designatio ponentis ex Brevi a Nuntio dato, et alia.

—Potest autem judex ecclesiasticus juxta hanc legem procedere, quin ecclesiasticarum legum temerator existat?

R. Af. Excepto appellationis tempore, cujus spatium majus est lege canonica quam civili.

In aliis vero quum procedendi modus in Hispaniensibus curiis, magna ex parte, e Decretalibus assumptus fuerit, lexque sæcularis nostra hodiedum vigens, supradicta non processalem methodum novum induxerit, sed consuetum apud nos magna cum prudentia et peritia reformaverit, facillime potest judex ecclesiasticus illi indulgere, quin ecclesiasticam violet disciplinam.

—Quomodo hoc fieri potest?

R. Jure Tridentino nulli sunt legales nec fatales termini, nec fixum et præstabilitum temporis spatium, sed biennium datur ad finiendam litem; ergo potest civilis legis tempora seu terminos servare intra biennium, quin Tridentini sanctionem violaverit.

E contra lex civilis nullum testium numerum præfixit, lex autem canonica non plus quam 40 testes ad probationem admittit: liberum est ergo ecclesiastico judici intra hunc quadragenarium numerum testes admittere, cum sæcularis lex liberum illum relinquat.

—Quibus ergo in causis judex ecclesiasticus civilem procedendi modum hodie sequitur?

R. In causis mere temporalibus, in quibus clericus inmunitate gaudet, et a laico ad ecclesiasticum tribunal pulsatur, et ex causa mere profana, puta in contractu emptionis, præstationis pecuniæ, ex contratu reali, nempe mutuo, deposito vel commodato; in his enim agit judex ecclesiasticus, contra clericum demandatum, quod in aliis regionibus extra Hispaniam non patiuntur illarum gentium leges, sed clerici conveniuntur ante sœcularem judicem.

—Ratione materiæ quænam sunt præcipuæ causæ civiles ecclesiasticæ?

R. Præcipuæ sunt matrimoniales, aliquæ, non omnes, beneficiales, funerales, decimales, nullitatis professionis, controversiæ præminentiarum inter ecclesias, præminentiarum inter clericos, jurium parochialium, oblationum, et sponsalium.

—Omnes istæ sunt jurisdictionis contentiosæ materia?

R. Neg. Aliquando enim exercentur aliquæ earum sine contradictione partium.

—Quæ sunt jurisdictionis voluntariæ?

R. Benefitiorum unio et divisio, suppresio vel creatio, tam curatorum quam simplicium.

2.° Bonorum ecclesiasticorum allienatio.

3.° Dispensationes in matrimonialibus.

4.° Juris patronatus adquisitio, vel probatio si non sit contradictio.

5.° Juris patronatus exercitium.

Et alia plura hujus generis, quæ enumerare longum foret.

—Possunt esse hæc omnes jurisdictionis contentiosæ?

R. Af. Ubi sit qui legitime contradicat.

—Jure Tridentino aliquæ causæ dicuntur exceptæ?

R. Af. Ait enim «Ab his excipiantur causæ, quæ juxta canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ; vel quas ex urgenti, rationabilique causa indicaverit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ Sanctitatis Suæ, manu propria subscribendum,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

committere, aut avocare.» Vide quæ de synodalibus (Sess. XXIV, cap. 20 de Ref. in gen.) dicta sunt.

—Quid de causis exemptorum Trid. Synodus?

R. «In exemptorum causis Constitutio Innocentii IV, quæ incipit: *Volentes*, in generali Concilio Lugdunensi edita, servetur; quam eadem sacrosancta Synodus innovandam censuit, et innovat.» (Sess. VII, cap. 14).

—Quid in hac Constitutione?

R. Volentes libertatem (quam nonnullis apostolica Sedes privilegio exemptionis indulsit) sic integram observari, ut et illam alii non infringant, et ipsi ejus limites non excedant, declaratione irrefragabili definimus, quod quantumcumque sic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, sive contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possunt coram locorum ordinariis conveniri, et illi quoad hoc suam in ipsos jurisdictionem (prout jus exigit) exercere.

—Quid de causis miserabilium personarum Tridentini Synodus?

R. Hæc jam exceptœ et speciales erant jure Decretalium. Trid. insuper sic ait: «Non liceat quoque conservatoribus judicibus ullum habere tribunal erectum. In causis vero mercedum aut miserabilium personarum, hujus sanctæ Synodi super hoc decretum in suo robore permaneat.» (Sess. XIV, cap. 5).

—Quid confirmatur his vobis?

R. Regula superius citata, et alia decisio S. Syn. in sess. VII, cap. 14, quæ sic se habet: «Addendo insuper, quod in civilibus causis mercedum, et miserabilium personarum, clerici sæculares, aut regulares, extra monasterium degentes, quomodolibet exempti, etiam si certum judicem a Sede Apostolica deputatum in partibus habeant in aliis vero si ipsum judicem non habuerint coram locorum ordinariis, tamquam in hoc ab ipsa Sede delegatis, conveniri, et jure medio ad solvendum debitum cogi, et compelli possint: privilegiis, exemptionibus, conservatorum deputationibus, et eorum inhibitionibus adversus præmissa nequaquam valituris.»

LECTIO CII.

DE FORO COMPETENTI (1).

—Quot sunt sensus verbi hujus *competentia*?

R. Duo: unus ratione jurisdictionis, alius ratione oppositionis. Dicitur competentia jurisdictionis facultas aliquid legitime faciendi. Dicitur etiam competentia (saltem in Hispania) conflictus inter duas potestates: unde prima est affirmatio, secunda vero negatio jurisdictionis.

—Quænam sunt regulæ ad forum competens agnoscendum?

R. 1.° Actor sequitur forum rei.

2.° In gravioribus criminibus quæ capite plectuntur, si probentur, vel publicum ordinem gravissima labefactare possunt, non datur forum.

3.° Reus citatus legitime ad judicium tenetur respondere judici nisi de incompetentia constet.

4.° Citatus a judice incompetenti respondet eum recusando vel inhibitionem petendo.

5.° Quærela incompetentiæ a judice denegata a superiore judicatur.

6. In conflictu duarum jurisdictionum superior mutuus litem inter judices oppositos dirimit.

—Quid hac de re Tridentinum Concilium?

R. Nihil in competentiæ materia novum addidit, relicto in suo vigore quæ jure communi seu Decretalium sancita erant.

—Ubi hac de re?

R. In Sess. XXIV, cap. 20, ubi ratio tractandi causas ad forum ecclesiasticum pertinentes præscribitur.

—Quid ergo in genere dispossuit?

R. «Causæ omnes, ad Forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint, in primo instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, atque

(1) Vide supra lectionem LXIX, fol. 338, de privilegio fori seu inmunitate personali.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

omnino, saltem infra biennium a die motæ litis, terminentur.» (Sess. XXIV, cap. 20.)

—Si judex per bienium causam non finiverit amittit competentiam?

R. Af. «Alioquin post id spatium, liberum sit partibus, vel alteri illarum, judices superiores, alias tamen competentes, adire.» (Ib.)

—Quid facere debent novi competentes judices?

R. «Causam in eo statu, quo fuerit, assumant, et quamprimum terminari curent, nec antea aliis committantur, nec avocentur; neque appellationes, ab eisdem interpositæ, per superiores quoscumque recipiantur; eorumve commissio aut inhibitio fiat, nisi a definitiva, vel a difinitivæ vim habente, et cujus gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat.» (Ib.)

—Excipiuntur aliquæ causæ ab his regulis?

R. Af. Et vide quæ supra præcedenti lectione dicta sunt fol. 493 de causis a S. Sede reservatis. «Ab his excipiantur,» etc.

—Si ergo Tridentinum competentiæ materiam fere intactam reliquit ubi eam studere licebit?

R. In jure communi, et titulo de foro competenti ex libro 2.° Decretalium, cujus cap. 1, affert Canonem Calched. Concilii, quo judicium apud arbitros commendat his verbis. «Si quis Clericus adversus Clericum habet negotium non deserat Episcopum proprium, sed prius apud ipsum actio ventiletur, vel *certe* consilio ejusdem apud alios *quos* utraque pars voluerit, juditium obtinebunt.»

—Quibus de causis forum sortitur, seu judex fit competens?

R. Ratione domicilii, ratione delicti, contratus et rei sitæ, ut patet ex capite *Licet* 20, quidem has quatuor adhibet.

—Sunt alii casus competentiæ?

R. Af. Ex praxi citantur sequentes.

1.° Continentia causæ. 2.° Tertia in lite et contraria gestio quæ hispanice dicitur *tercería*. 3.° Summissio partis. 4.° Responsio partis non recusantis.

—Ratio originis seu nativitatis attendenda est ad competentiam?

R. N. Quamvis ad ordinationem sequatur ante omnia ratio hæc, ut Episcopus competens sit ad ordinandum: attamen in forensibus vix attenditur nisi in casibus dubiæ jurisdictionis.

—Clericus absens respondet extra territorium ubi delictum perpetravit judici citanti?

R. N. Axioma enim juris ait—Extra territorium jus dicenti non paretur impune.

—Sunt alii etiam competentiæ casus?

R. Sunt etiam:

1.° Competentia inter inferiorem et superiorem volentem noscere ommisso medio.

1.° Inter duos judices ecclesiasticos in diverso territorio intra diœcesim.

3.° Inter duos judices ecclesiasticos extra diœcesim.

4.° Inter jurisdictionem ordinariam et exemptam.

5.° Inter judicem ecclesiasticum et sæcularem.

Si judex civilis noscat in spiritualibus dicitur *recurso de queja*, id est mera querela, vel querimonia. Si judex ecclesiasticus noscit in prophanis dicitur *recurso de fuerza* de quibus infra speciali lectione dicetur.

—Quis cognoscit in harum competentiarum solutione?

R. Ex jure civili cognoscunt Curiæ civiles (*Audiencias*). Ex jure canonico deberet cognoscere Rom. Pont.

—Quid posterioribus legibus jussum est?

R. 1.° Ut clerici actibus conciliationis intersint, quæ quidem si inter clericum et laicum et de temporalibus agatur tolerabilis foret, secus in aliis (1).

2.° In locationibus domuum seu habitationum (*inquilinatos*) (2).

3.° Ad testimonia seu declarationes præstandas, seu ferendas in causis criminalibus (3).

---

(1) Art. 21 al 30 del Reglamento provisional y 201 de la Ley del Enjuiciamiento civil. Hodie jam non est judicium sed mera *conciliationis gestio* (*acto de consiliacion*).

(2) Reales órdenes de 23 de Junio y 29 de Julio de 1815, y 10 de Octubre de 1817.

(3) Todos sin distincion alguna están obligados en cuanto la

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

4.° In posessoriis et in interdictis: quod quidem cum de beneficiorum ecclesiasticorum posessione agitur male fertur (1).

Has autem omnes et singillatim explicare, et juxta juris canonici ac sanæ criticæ regulas exarare, longum et a re nostra valde absonum foret.

—Quinam sunt ex Partitarum legibus casus in quibus non datur forum?

R. 1.° In causis feudalibus: verum hæc jam hodiedum non agnoscuntur.

2.° Cum clericus laicum pro temporali demandat.

3.° Si ex consequentiis suarum actionum clericus ex reconventione coram hoc judice demandetur.

4.° In actionibus testamentariis, hæreditatis, legati, inventarii et partionis hæreditatis, vel expilatæ hæreditatis.

5.° Ex actione reali empti venditi sive mobile sive immobile venditum sit, et proinde etiam in casu evictionis vel sanationis, quam hispanicæ dicimus *saneamiento* (2).

—Quibus in casibus clericus forum ammittit criminis causa ex Partitarum doctrina?

R. 1.° In falsificatione Bullæ seu privilegii Apostolici, seu Regalis.

2.° Si Episcopum contemnit, vel illi insidias parat.

---

ley no les exime, á ayudar á las autoridades cuando sean interpelados por ellas para el descubrimiento, persecucion y arresto de los delincuentes.

Art. 2.° Toda persona, de cualquier clase, fuero ó condicion que sea, cuando tenga que declarar en una causa criminal, está obligada á comparecer para este efecto ante el juez que conozca en ella, sin necesidad de prévio permiso del jefe ó superior respectivo. Igual autoridad tendrá para este fin el juez ordinario respecto á las personas eclesiásticas y militares *que los jueces militares y eclesiásticos respecto á los de los otros fueros*...

Art. 3.° Toda persona en estos casos, cualquiera que sea su clase, debe dar su testimonio, no por certificacion ó informe sino por declaracion bajo juramento en forma, que deberá prestar segun su estado respectivo ante el juez de la causa ó el autorizado por éste. (Ley de 3 de Octubre de 1820 restablecida en 1836).

(1) Art. 692. «El conocimiento de los interdictos corresponde esclusivamente á la jurisdiccion ordinaria, cualquiera que sea el fuero del demandante.

(2) Ley 57, tít. 6.°, partida 1.ª.

3.° Si in hæresim relabitur (1).

Hæc vero hodiedum parum intersunt:

—Quænam sunt causæ ut forum ammitatur ex legibus Recopilatis?

R. 1.° Clericus ante acceptionem hæreditatis laicalis tenetur ostendere testamentum judici sæculari coram propinquis defuncti (2).

2.° In causis nullitatis testamenti (3).

3.° In solutione jurium feudalium (4) perdatque ea clericus si sæcularem judicem recusare vellit.

4.° In locatione vectigalium vel publicorum redituum (5).

5.° In causis novalium decimarum (6). Hæ vero jam obsoletæ sunt.

LECTIO CIII.

DE PROCESSU CANONICO CIVILI, SEU DE CAUSIS CIVILIBUS ECCLESIASTICI FORI.

—Quænam causæ dicuntur civiles?

R. In exercitio judicialis Ecclesiæ potestatis, dicitur aliqua causa seu processus *civilis* prout opponitur causæ *criminali*. Inde est quod res ad rempublicam pertinentes quamvis vulgariter dicantur *civiles* in jure canonico sæculares seu profanæ appellari potius debeant.

---

(1) Ley 60 del mismo título.

(2) Ley 6.ª, tít. 18, libro. 10 «Mandamos que si el lego ficiere heredero al clérigo, que sea tenudo el tal clérigo heredero de enseñar el testamento ante nuestro juez seglar.» (Ley del Ordenamiento Real).

(3) Ley 16, tít. 20, libro 10. «No permitiese en adelante que los tribunales eclesiásticos tomasen semejantes conocimientos de nulidades de testamentos, inventarios, secuestros y administracion de bienes en iguales juicios reales en que todos son actores (1781).

(4) Servicios de lanzas y otros por donaciones reales: Ley 1.ª tít. 10 del libro 1.°.

(5) Ley 2.ª, tít. 10, lib. 1.°.

(6) Leyes 7 y 10, tit. 6, lib. 1.° de la Noviss. Recop.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®

—Concilium Tridentinum induxit novum procedendi modum in civilibus?

R. N. Sed antiquum reformavit, diminuto litium tractandarum tempore, prohibensque has causas ante alios quam ordinarios tractari, ut dicemus modo.

—Quænam sunt ergo negotia quæ ut plurimum hac civili forma tractantur?

R. Præsertim causæ decimales, beneficiales et etiam aliquæ matrimoniales: causæ capellaniarum, juris patronatus controversiæ, et plures aliæ gubernativæ, in quibus partium contentio oritur. Denique causæ in quibus laicus clericum vel clericus clericum ex actione personali convenire potest.

—Quænam sunt judicii partes?

R. Libelli oblatio, quæ in criminalibus querella dicitur (*querella*) in civilibus *demanda*.

2.° In jus vocatio seu demandati citatio, quæ in ecclesiastico foro non distinguntur.

3.° Rei comparitio ipsique notificatio libelli.

4.° Litis a reo contestatio, seu evasiva seu negativa, a qua vera lis orditur.

5.° Duplices et triplices contestationes in scriptis, si petantur et necessariæ censeantur.

6.° Probationes si petantur, et necessariæ quoque habeantur, in casu quo non de jure sed de facto agatur.

7.° Probationum crisis.

8.° Citatio partium ad audiendam sententiam.

9.° Sententiæ gravis pronuntiatio.

10. Sententiæ notificatio.

11. Ipsius appellatio, voce vel scripto, si non consentiatur.

12. Apostolorum traditio.

—Hæc omnes processus partes essentiales sunt?

R. N. Sunt essentiales libelli oblatio, citatio, litis contestatio, citatio pro audienda sententia, sententiæ pronuntiatio, illiusque notificatio.

—Præter duodecim asignatas judicii partes possunt esse etiam aliquæ aliæ?

R. Af. Rei contumacia, et nominatio procuratoris advocatique ex officio.

2.° Judicis recusatio.

3.° Exceptiones dilatoriæ et perentoriæ.

4.° Appellationes a sententia interlocutoria.

5.° Harum denegatio vel admissio, in uno vel in utroque effectu.

6.° Interrogationum oblatio, quæ si in thesis forma concreta adducuntur *positiones* audiunt.

Sed hæc non Tridentini juris sunt, sed a Decretalium decissionibus pendent, unde nostri instituti eas exarare non est.

—Quid ergo speciatim de his S. Synodus decrevit?

R. 1.° Modum agendi contra contumaces.

2.° Circa litis contestationem.

3.° Circa litium durationem.

4.° Erga sententias et earum appellationes.

—Debet judex ecclesiasticus statim contra contumaces interposita censurarum vi procedere?

R. Neg. «In causis vero judicialibus mandatur omnibus judicibus ecclesiasticis, cujuscumque dignitatis existant, ut quandocumque executio realis vel personalis in qualibet parte judicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo quam definiendo, a censuris ecclesiasticis, seu interdicto.» (Sess. XXV, cap. 3). Mt.

—Quid contra contumaces Trid. Concil. judicibus ecclesiasticis imponit?

R. «Liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus, ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscumque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis piis, ibi existentibus, eo ipso quod exactæ fuerint, asignentur; seu per captionem pignorum, personarumque districtionem, per suos proprios aut alienos executores faciendam; sive etiam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia procedere, et causas definire.» (Ib.)

—«Quod si executio realis vel personalis adversus reos hac ratione fieri non poterit; sitque erga judicem contumacia?»

R. «Tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio suo, præter alias pœnas ferire poterit.» (Ib.) Mt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quænam sunt Tridentini regulæ circa litis contestationem?

R. «Admonet dehinc Sancta Synodus tam ordinarios quam alios quoscumque judices, ut terminandis causis, quanta fieri poterit brevitate, studeant; ac litigatorum artibus, seu in litis contestatione, seu alia parte judicii differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant.» (Sess. XXV, cap. 10). Mt.

—Dantur fixa et determinata temporis spatia (vulgo *plazos*, *términos*), ad processus evolutiones?

R. N. Concilium enim noluit nec formulis nec angustia temporis judices ecclesiasticos auxiliaresque eorum premi, sed spatium dedit intra quod lites finirentur, his verbis: «Causæ omnes, ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia coram ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, atque omnino, saltem infra biennium a die motæ litis, terminentur.» (Sess. XXIV, cap. 20). Vide lect.

—Sunt etiam aliquæ causæ civiles speciatim ordinariis commissæ?

R. Af. Juxta mentem Ecclesiæ et Decretalium «in civilibus causis mercedum et miserabilium personarum clerici sæculares aut regulares extra monasterium degentes quomodolibet exempti etiamsi certum judicem a Sede Apostolica deputatum in partibus habeant; in aliis vero, si ipsum judicem non habuerint, coram locorum ordinariis, tanquam in hoc ab ipsa Sede delegatis, conveniri, et jure medio ad solvendo debitum cogi et compelli possint: privilegiis, exemptionibus, conservatorum deputationibus, et eorum inhibitionibus adversus præmissa nequaquam valituris.» (Sess. VII, cap. 14.)

LECTIO CIV.

DE ECCLESIASTICO JUDICIO IN CAUSA CRIMINIS SEU CRIMINALI.

—Quotuplices sunt causæ criminales?

R. 1.° Sunt majores, et minores.
2.° Ecclesiasticæ, sæculares, vel mixtæ.
3.° Inmunes, et non inmunes.
4.° Graviores, graves, et leves.
5.° Contra Episcopos, contra clericos, et contra laicos.
6.° Reservatæ, et ordinariæ.

—Quæ causæ dicuntur mere ecclesiasticæ?

R. Quæ de rebus ecclesiasticis et spiritualibus tantum tractant, et in quibus Ecclesia tantum cognoscit toto in orbe terrarum, nec pendent a relationibus Ecclesiam inter et Statum: v. g., violatio sigilli sacramentalis, simonia, sacrorum abusus vel irrita ordinatio. Hæc omnes immunes sunt; nec possunt ad sæculares judices trahi.

—Quæ dicuntur mixtæ?

R. Quæ ab utroque judice cognoscuntur, non vero preventive, sed ad invicem, lædunt enim et Ecclesiam et Statum: v. g., homicidium a clerico patratum, perduellionis delictum, seu rebellio contra principem. In his sæcularis potestas clericum detinet; nec fori privilegio gaudet, qua de causa non immunes sunt.

—Possunt hæc causæ criminales contra laicum quoque iniri, et etiam cognoscente sæculari judice?

R. Af. Ut patet in casu bigamiæ, sacrilegii, et etiam hæresis et apostasiæ; quin a sæculari judice hoc impediri possit, has enim causas jure proprio habet Ecclesia.

—Potest ergo delictum mixtum duplici pœna puniri?

R. Af. Est enim duplex vulnus et contra Ecclesiam et contra Rempublicam, ideoque duplici medella et reparatione utendum: sicuti enim qui febri intus laborat, et extus in carne vulnus habet, medico utitur et quirurgo, sic Status et Ecclesia injurias contra se patratas medentur. Attamen aliquando Ecclesia in atrocissimis vix reum insequitur, præsertim cum hic capite plectendus est, ¿quid

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

enim ultra? In hoc casu potius reum protegit et ad meliorem frugem trahit, quod in ea semper præcipuum est.

—Quæ erga has causas mixtas regula?

R. Attendenda est delicti natura. Hinc omnia delicta mixta ad utriusque potestatis forum pertinent.

2.° Pendendæ et examinandæ relationes Ecclesiam inter et Rempublicam. Sic: v. g. Hæresis et apostasia in Hispania sunt delicta mixta, et ab utroque judice puniuntur: non ita in Gallia et Germania, cum ibi sit cultuum pluralitas, quam *libertatem* vocant.

3.° In his mixtifori si judex sæcularis non insequatur, attamen non ideo ecclesiasticus a prosequendo criminali judicio cessabit.

—Ubi invenitur divisio causarum graviorum et minorum?

R. In Sess. XXIV, cap. 5, cum de causis Episcoporum Tridentina Synodus tractat, ait enim: «Causæ criminales *graviores* contra Episcopos, etiam hæresis, quod absit, quæ depositione aut privatione dignæ sunt, ab ipso tantum Summo Romano Pont. cognoscantur et terminentur.»

Ex quo apparet eas causas esse mere ecclesiasticas, majores, graviores et reservatas.

—Hæc disciplina nova erat?

R. N. Jam enim ante Tridentinum hæ causæ ad Sanctam Sedem ferebantur; quin et ipsa S. Syn. antea dixerat: «Causæ Episcoporum, cum pro criminis objecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Max. referantur, ac per ipsum terminentur.» (Sess. XIII, cap. 8). Mt.

—Potest vero Rom. Pont. harum causarum cognitionem delegare?

R. Af. Ait enim S. Syn.: «Quod si ejusmodi sit causa, quæ necessario extra Romanam Curiam sit committenda, nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis, aut Episcopis, a Beatissimo Papa eligendis.» (Sess. XXIV, cap. 5). Mt.

—Quomodo fieri debet hæc delegatio?

R. «Hæc vero commissio, et specialis sit, et manu ipsius SS. Pontificis signata, nec umquam plus his tribuat, quam ut solam facti instructionem sumant, processumque

conficiant, quem statim ad Romanum Pontificem transmittant; reservata eidem Sanctissimo sententia definitiva. Cætera alias sub fel. rec. Julio III, super his decreta, et necnon, Constitutio sub Innocentio III, in Concilio generali, quæ incipit:—*Qualiter, et quando*; quam sancta Synodus in præsenti innovat, ab omnibus observetur.» (Ib.) Mt.

—Quænam sunt ea quæ decreta fuere ab ipsa S. Syn. Julii III tempore?

R. Præter reservationem Sanctæ Sedi confirmatam (supra ex cap. 8. Sess. XIII) injunxit etiam alia circa Episcoporum citationem et qualitates testium in eorum causis.

—Quid de Episcoporum citatione?

R. «Quonam vero subditi Episcopo, tametsi jure correpti fuerint, magnopere tamen eum odisse, et tamquam injuria affecti sint, falsa illi crimina objicere solent; ut, quoque pacto possint, ei molestiam exhibeant, cujus vexationis timor plerumque illum ad inquirenda et punienda eorum delicta segniorem reddit: idcirco, ne is magno suo et Ecclesiæ incommodo gregem sibi creditum relinquere, ac non sine episcopalis dignitatis diminutione vagari cogatur, ita statuit, et decrevit: Episcopus, nisi ob causam, ex qua deponendus, sive privandus veniret, etiam si ex officio, aut per inquisitionem, seu denuntiationem, vel accusationem, sive alio quovis modo procedatur, ut personaliter compareat, nequaquam citetur, vel moneatur.» (Sess. XIII, cap. 6).

—Quid vero de testibus?

R. «Testes in causa criminali ad informationem, vel indicia, seu alias in causa principali contra Episcopum, nisi contestes, et bonæ conversationis existimationis et famæ fuerint, non recipiantur; et si odio, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, gravibus pœnis mulctentur.» (Ib. cap. 7). Mt.

—Quid vero ista Innocentiana decretalis *Qualiter et quando*, a S. Syn. laudata?

R. Continetur in tit. 1.°, libri V Decretalium cap. 24, ex Lateranensi Concilio deprompta, ubi probatur Ecclesiæ ad judicandum et superiores et subditos potestas et pericula in causis Prælatorum expenduntur: «Ideo Sancti

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Patres... voluerunt providere Prælatis, ne criminarentur injuste, ut tamen caverent, ne delinquerent insolenter, contra morbum utrumque invenientes congruam medicinam; videlicet, ut criminalis accusatio, quæ ad diminutionem capitis (id est, degradationem) intenditur, *nisi legitima præcedat inscriptio, nullatenus admittatur*. Sed cum super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, ita ut jam clamor ascendat, qur diutius sine scandalo dissimulari non possit, si fuerit gravis excessus, etsi non degrabitationis scrupulo, ad inquirendum et puniendum ejus excessus, non ex odii fomite, sed charitatis procedatur detur ab ordine, ab administratione tamen amoveatur omnino... Debet igitur esse præsens is contra quem facienda est inquisitio, nisi per se contumaciam absentaverit: et exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi seipsum. Et non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei, ut quid, et a quo sit dictum appareat, publicanda: nec non exceptiones et replicationes legitimæ admittendæ, nec per suppressionem nominum infamandi, per exceptionum vero exclusionem, deponendi falsum, audacia præbeatur.

—Ad corrigendos itaque subditorum excessus, quid facere debet Prælatus?

R. *Etsi tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, denuntiationem, et inquisitionem eorum*, ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leve compendium ad grave dispendium veniatur; sicut *accusationem legitima præcedere debet inscriptio, sic et denuntiationem charitativa admonitio, et inquisitionem clamosa insinuatio prævenire*: illo semper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii, sententiæ quoque forma dictetur.» (Ib.)

Ex quo apparet eas causas esse mere ecclesiasticas, graviores, majores et reservatas.

—Quis cognoscit in causis minoribus Episcoporum?

R. «Minores vero criminales causæ Episcoporum in Concilio tantum provinciali cognoscantur, et terminentur, vel a deputandis per Concilium provinciale.» (Sess. XXIV, cap. 5).

—Quis hodiedum in his causis cognoscit cum prov. Concilia desueverint?

R. Ad Sacram Concilii Congregationem interpretum recurratur.

—Cujus est cognoscere causas criminales seu clericorum seu laicorum in prima instantia?

R. Solius Episcopi ex Tridentini jam citatis verbis. Ad hæc causæ matrimoniales et criminales, etc. (Sess. XXIV, cap. 20. Vide supra. Lect. CII, fol. 495.

—Potest hac jurisdictio tolli Episcopis a Nuntiis vel in Hispania a Tribunali Rotæ?

R. Neg. Ut patet ex verbis Concilii jam citatis in lect. VII, fol. 33, cum de Legatis Apostolicis. (Sess. XXIV, cap. 20).

In Hispania vetitum est etiam tribunali Rotæ lege 4.ª tit. V, lib. II, Noviss. Recop.: quid etiam nec *ad effectum* videndi causas avocare ipsi permittitur.

—Biennii spatium etiam in criminalibus ad finiendas causas intelligitur?

R. Af. Concilium enim ait (Sess. XXIV, cap. 20.) «Causæ *omnes* ad forum ecclesiasticum..... infra biennium a die motæ litis terminentur.» Ergo et criminales. V. Lect. præcedentem, fol. 502.

—Potest judex ecclesiasticus uti censuris contra contumaces in prosecutione judicii?

R. Af. «In causis quoque criminalibus, ubi executio realis, vel personalis, ut supra, fieri poterit, erit a censuris abstinendum: sed, si dictæ executioni facile locus esse non possit, licebit judici hoc spirituali gladio in delinquentes uti; si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum, id postulet.» (Sess. XXV, cap. 3).

—Licet Episcopo procedere contra alienos clericos ex privilegio?

R. N. Nam ut habet Concil.: «Præterea, quia nonnulli, quorum etiam aliqui veri sunt Pastores, ac proprias oves habent, alienis etiam ovibus præesse quærunt, et ita alienis subditis quandoque intendunt, ut suorum curam negligant; quicumque, etiam Episcopali præditus dignitate,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

qui alienos subditos puniendi privilegium habuerit, contra clericos sibi non subditos, præsertim in sacris constitutos, quorumqumque etiam atrocium criminum reos, nisi cum proprii ipsorum clericorum Episcopi, si apud Ecclesiam suam resederit, aut personæ ab ipso Episcopo deputandæ interventu, nequaquam procedere debeat: alias processus, et inde secuta quæcumque viribus omnino careant.» (Sess. XIV, cap. 8).

—Innovavit Concilium modum procedendi in criminalibus?

R. N. Sed integrum judicium reliquit juxta juris communis et Decretalium regulas.

—Quotuplici modo judicium initur jure communi?

R. Per accusationem, denuntiationem et inquisitionem, ut patet ex supra laudato Lateranensi canone, ubi potiora quæ de processu criminali scienda sunt, continentur.

—Quid de cæteris processus seu causæ partibus, citatione probationibus et sententiis?

R. Regulæ sequuntur quæ pro civilibus causis expediendis datæ sunt.

—Quod temporis spatium ad appellandum datur?

R. Decem dierum sicuti pro civilibus.

—Quod tempus pro remissione appellationum?

R. Vide infra cum de appellationibus; et etiam modum procedendi contra canonicos capitulorum exemptorum, quamvis hæc apud nos penitus abolita fuerint.

—Quodnam est primum criminalis processus exemplar?

R. Ipsum quod Deus induxit contra primos parentes (Genes. 3, v. 5), in quo continentur omnes judicii criminalis essentiales partes et forma.

LECTIO CV.

DE CAUSIS MATRIMONIALIBUS, ET ETIAM NULLITATIS FROFESSIONIS.

—Causæ matrimoniales sunt ecclesiastici fori?

R. Af. Canon XII, Sess. XXIV sic ait: «Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad judices ecclesiasticos; anathema sit.»

—Causæ matrimoniales reputantur inter graves?

R. Af. Qua de causa relinquuntur Episcopo, non archidiaconis nec vicariis, nisi ex speciali delegatione, ut patet ex verbis Tridentini: (Sess. XXIV, cap. 20). «Ad hæc, causæ matrimoniales et criminales, non decani, archidiaconi, aut aliorum inferiorum judicio, etiam visitando, sed Episcopi tantum examini et jurisdictioni relinquantur; etiam si in præsenti inter Episcopum et decanum, seu archidiaconum, aut alios inferiores super causarum istarum cognitione lis aliqua in quacumque instantia pendeat.»

—Causæ matrimoniales computantur inter civiles vel inter criminales?

R. Potius videntur criminales, vel iis assimilantur: aliquando tamen civiliter aguntur et ideo speciales seu mixtæ censentur.

—Sequitur in illis sæcularis procedendi modus ex Lege civilium judiciorum (vulgo *ley del Enjuiciamiento civil*?

R. N. Nam sacramentales sunt et omnino ecclesiasticæ: deinde defensor matrimonii sæculari lege ignotus est, proinde necessario alius sequendus est in procedendo modus, nam in machina ubi est alius motor ibi etiam est alius motus.

—Attamen in pluribus regionibus causæ matrimoniales apud sæculares judices videntur?

R. Videntur ad civiles effectus, non vero ad validitatem Sacramenti, ejusque consectaria. In Hispania, ex catholi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cis nostris et antiquisimis (1) legibus, causarum matrimonialium cognitio penes judices ecclesiasticos habetur.

2.° Tales judices et eorum imperantes vel catholici sunt vel acatholici. Si fideles non sunt ¿quid mihi de his qui foris sunt judicare? Si catholici, dies erit quo rationem reddent illi qui dixit: «*Ego judicantes judicabo.*»

—Quomodo iniuntur causæ matrimoniales?

R. Eo modo quo criminales, nempe, per accusationem libello oblatam, per denuntiationem, et per inquisitionem (*de oficio*) cum clamosa vox scandalum denuntiat.

—Quid in libello penitur?

R. Vel declaratio nullitatis matrimonii, si advit impedimentum dirimens, vel merum divortium, id est separatio quo ad thorum et habitationem, vel ex delicto, vel sævitia qualificata aut aliis causis quæ jure communi taxantur.

—Sancta Syn. statuit aliquid speciale ad causas matrimoniales prosequendas?

R. N. Sed juxta ea quæ de jure communi ad alias causas præcripta erant, earum cognitionem et processum sequendos reliquit.

Institutio defensoris in causa matrimonii posterior est.

—A quo inductus fuit hic matrimonii Defensor?

R. A Benedicto XIV in Bulla «*Dei miseratione*» lata die 29 Novembris anni Incarnat. Dom. 1741; de quo vide quæ dicta sunt in Lect. XXVIII, fol. 134.

—Quid «ad officium autem defensoris matrimoniorum hujusmodi, ut supra electi, spectabit?»

R. «In judicium venire, quotiescumque contigerit, matrimoniales causas super validitate, vel nullitate coram legitimo judice disceptari, eumque oportebit in quolibet actu judiciali citari, adesse examini testium, voce, et scriptis matrimonii validatem tueri, eaque omnia deducere, quæ ad matrimonium sustinendum necessaria censebit. (Ib.)

---

(1) Concil. Eliber. ante pacem Constantini, impedimenta matrimonialia instituebat: necessum ergo erat ut in eis judicarent ecclesiastici judices cum eorum observantia non a civili potestate penderet. Concil. Coyacense vocat ad judices ecclesiasticos *sanguine mixtos* etc. Vide supra.

—Defensoris hujusmodi persona tamquam pars necessaria ad judicii validitatem censetur?

R. Af. «Semperque adsit in judicio sive unus ex conjugibus, qui pro nullitate matrimonii agit, sive ambo, quorum alter pro nullitate, alter vero pro validitate in judicium veniant. Defensor autem, cum ei munus hujusmodi committitur, juramentum præstabit fideliter officium suum obeundi, et quotiescumque contigerit, ut in judicio adesse debeat pro alicujus matrimonii validitate tuenda, rursus idem juramentum præbebit: quæcumque vero, eo non legitime citato, aut intimato, in judicio peracta fuerint, nulla, irrita, cassa declaramus.»

—Quid in appellatione defensor matrimonii præ oculis habere debet?

R. «Si a judice pro matrimonii validitate judicabitur, et nullus sit qui appellet, ipse etiam ab appellatione se abstineat; idque etiam servetur, si a judice secundæ instantiæ pro validitate matrimonii fuerit judicatum, postquam judex primæ instantiæ de illius nullitate sententiam pronuntiaverat; sin autem contra matrimonii validitatem sententia feratur, defensor inter legitima tempora appellabit adhærens parti, quæ pro validitate agebat; cum autem in judicio nemo unus sit, qui pro matrimonii validitate negotium insistat, vel si adsit, lata contra eum sententia, judicium deseruerit, ipse ex officio ad superiorem judicem provocabit.» (Ib.)

—Potest fiscalis constitui in defensorem matrimonii?

R. Hanc praxim non probari a viris doctis fertur, rationibus adductis in citato loco (fol. 134), et ex aliis.

—Datur etiam defensor in causis nullitatis professionis regularis?

R. Af. Et inductus fuit ab ipso Benedicto XIV, in Bulla «*Si datam hominibus fidem,*» anno 1748.

—Quibus rationibus ad hoc inductus fuit?

R. «Quemadmodum vero in citata constitutione nostra quæ incipit *Dei miseratione*, decrevimus, ut in singulis diœcesibus ab ordinario deputari deberet aliquis probitate ac doctrina commendatus, cujus officium esset in causis matrimonialibus in judicio stare pro validitate matrimo-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nii, ita nunc omnibus et singulis locorum ordinariis committimus et mandamus ut personam aliquam similibus qualitatibus præditam in suis respective diœcesibus eligant, cui *defensoris professionum* munus imponant, utque huic omnia demandata, injuncta et respective applicata esse censeantur *quæcumque Nos in præcitatis litteris de matrimonii defensore* statuimus?

—Quomodo procedendum in his causis deficientium a professione?

R. Præter ea quæ dicta sunt (in lect. LXII, fol. 265, ex Sess. XXV, cap. 19 de Ref. Reg.) hæc Bulla *Si datam* præ oculis habere oportet ad sciendum casus repositionis quinquennii, et jura prælatorum ut ei audiantur, et in aliis casibus cum ordinario audiant et judicent.

—Potest in his causis civilis procedendi modus sequi?

R. Neg. Est enim causa sacramentalis et mere spiritualis, quin etiam civilis lex nihil de matrimonii defensore habet, sed integrum negotium in Hispania ecclesiasticæ curiæ committit, quod quidem et pium ac catholicum, et antiqui moris valde laudabilis est.

—Sunt aliæ causæ in quibus præsentia defensoris requiratur?

R. Af. In causis super nullitate votorum solemnium. Causæ enim hujusmodi matrimonialibus adsimilantur.

—Potest demandatus pauper cogi litigare extra provinciam?

R. Neg. Concilium enim ait postquam exclusivam cognitionem commisit Episcopo: «Coram quo, si pars vere paupertatem probaverit, non cogatur extra provinciam nec in secunda nec in tertia instantia in eadem causa matrimoniali litigare, nisi pars altera et alimenta et expensas litis velit subministrare.» (Sess. XXIV, cap. 20.)

—Quid in Hispania?

R. Appellationes a Metropolitano ad Rotæ Tribunal deferuntur, quare in provincia cognoscuntur, cum persæpe inter canonistas provincia pro natione vel gente usurpetur.

LECTIO CVI.

DE SUMMARIO JUDICIO.

—Quodnam judicium dicitur summarium?

R. Illud in quo solemnia ommittuntur, sed necessaria servantur. In Hispania *summarissimum* dicimus illud in quo aliqua etiam ex necessariis prætermittuntur, de quibus in lect. seq... Hinc divissionem inducere licet hujusmodi.

1.° Ordinarium, in quo et necessaria et solemnia servantur.

2.° Summarium, in quo necessaria sed non solemnia.

3.° Summarissimum, in quo non solum solemnia omittuntur, sed etiam e necessariis ea quæ referuntur ad rei citationem, et ex hac consectaria, nempe litis contestationem etc. omittuntur.

—Judicium summarium conforme est Ecclesiæ menti?

R. Af. Quin et optimum censetur, cum Ecclesia forenses strepitus et tricas abhorreat, gaudeatque potius evangelica simplicitate, etiam in exterioribus hisce.

—Quibus fundamentis nituntur tam summarium quam summarissimum judicium?

R. Percelebri Clementina de verborum significatione quæ his verbis incipit: «*Sæpe contingit quod causas committimus et in earum aliquibus simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura judicii procedi mandamus.*»

In primis verbis simpliciter et de plano comprehenditur judicium summarium; simplicitas enim solemnitates fugit.

In secundis summarissimum, nam cum secreto agitur fugitur strepitus; cum vero nec necessaria servantur, non habetur *figura judicii*. Hinc summarissimum judicium dicitur etiam *processus extrajudicialis*.

—Secretum et summarissimum sunt synonima?

R. Neg. Nam aliquando proceditur secreto in causis gravissimis et scandalo obnoxiis, puta contra sollicitantes in confessione, et in his servantur non solum necessaria

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sed etiam solemnia, v. g. duplicia et triplicia scripta, probationes, testium recusationes, ac probationum crisis.

Idem etiam in jurisdictione voluntaria cum agitur de matrimoniis conscientiæ, in qua testes examini subjiciuntur.

—Quibus verbis ostendit citata Clementina esse in Ecclesia judicia in quibus etiam necessaria omittuntur?

R. Sequentibus: «Sancimus ut judex cui taliter causam committimus *necessario libellum non exigat*; litis contestationem non postulet, in tempore etiam feriarum (ob necessitates hominum indultarum) a jure procedere possit.»

Certum autem et indubitatum est libelli oblationem (*demanda por escrito*) reique citationem et litis contestationem esse necessarias judicii partes: hæ tamen ommittuntur, ergo non summarium sed summarissimum seu extrajudicialem processum pariunt.

—Quid ergo de summario Clementina regula præstat?

R. «Amputet dilationum materiam, litem quanto poterit faciat breviorem, exceptiones, apellationes dilatorias et frustratorias repellendo, partium, advocatorum et procuratorum contentiones et jurgia, testiumque superfluam multitudinem refrænando.» (Ib.)

—Potest ergo judex ecclesiasticus, brevitatis ergo, negare probationum admissionem?

R. Neg. «Non sic tamen judex litem abbreviet quin probationes necessariæ et defensiones legitimæ admittantur. *Citationem* vero ac præstationem juramenti de calumnia, sive de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem hujusmodi intelligimus non excludi.» (Ibid.)

—Quomodo petitio facienda in his summariis?

R. «Verum quia juxta petitionis formam pronuntiatio sequi debet pro parte agentis, et etiam rei, si quid petere voluerit, est in ipso litis exordio petitio facienda, sive scriptis, sine verbo: actis vero... inserenda.» (Ib.)

—Admittuntur positiones in summario judicio?

R. Af. «Et quia positiones ad faciliorem expeditionem litium, propter partium confessiones et articulos, ad clariorem probationem usus longævus in causis admissit; Nos

usum hujusmodi observari volentes, statuimus, ut judex sic deputatus a Nobis, (nisi aliud de partium voluntate procedat) ad dandum simul utrosque terminum dare possit, et ad exhibendum omnia acta et monumenta quibus partes uti volunt in causa post dationem articulorum, diem certam, quandocumque sibi videbitur valeat assignare.» (Ib.)

—Potest judex partes interrogare?

R. Af. «Interrogabit etiam partes, sive ad earum instantiam, sive ex officio, ubicumque hoc æquitas suadebit.» (Ibid.)

—Quomodo datur sententia in summariis?

R. «Sententiam vero definitivam, citatis ad id, licet non peremptorie partibus, *in scriptis* et (prout magis sibi placuerit) stans aut sedens proferat; etiam, si ei videbitur, conclusione non facta.» (Ib.)

—Admittitur appellatio a judicio summario?

R. Af. Nam etiam in his casibus solemnis ordo potest sequi, subdit enim: «Si tamen in præmissis casibus solemnis ordo judiciarius in toto vel in parte non contradicentibus partibus observetur, non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus.» (Ib.)

—Pro quibus casibus datur?

R. Idem Papa Clemens V, alia sua (2 de *judiciis*) sic ait: «Dispendiosam prorogationem litium (quam interdum ex subtili ordinis judiciarii observatione causarum docet experientia provenire) restringere in subscriptis casibus cupientes, statuimus ut in causis super electionibus, postulationibus vel provissionibus, aut super dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus, vel præbendis, seu quibusvis beneficiis ecclesiasticis aut super decimis... necnon super matrimoniis vel usuris, et eas quoquo modo tangentibus ventilandis. procedi valeat de cætero simpliciter et de plano, *ac sine strepitu judicii et figura*.» (De judiciis, tit. 1.°, cap. 2.)

—Omnes hi casus uniformes sunt?

R. Neg. Primi omnes beneficiales, prouti electio et postulatio, sunt causæ jurisdictionis voluntariæ, et gubernativæ; tantumque erunt contentiosæ accidentaliter ex partis oppositione.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2.° Causæ decimales computabantur inter graves ut plurimum: aliquando autem ex levitate materiæ cognoscebantur summarie.

Causæ matrimoniales cum de nullitate agitur hodie nequeunt cognosci summarie. Ex mente Trid. computantur inter graves, et ex decis. Ben. XIV in eis agit semper defensor et sunt ordinariæ et contentiosæ.

3.° Excipiuntur aliquæ minus graves, prouti annullatio sponsalium, declaratio libertatis vel viduitatis, dispensatio monitionum et aliorum præliminarium, quæ cognoscuntur summarie, et quandoque summarissime, et de his credendum loqui in Clementina.

4.° Causæ usurariæ, si delictum sit patratum a clerico et occulte, cognoscentur summarissime, secus vero summarie.

—Quæ aliæ causæ cognoscuntur summarie?

R. Ex jure decretalium causæ miserabilium personarum, viduarum, horphanorum, pauperum, etc. (quæ antea dicebantur apud nos *casos de Córte*): 2.° causæ alimentorum, 3.° causæ spolii, ad spoliatum restituendum, 4.° causæ leviores. Sed hodiedum nec ex legibus civilibus, nec ex praxi, ecclesiasticus judex in his cognoscit, nisi materia aut persona ecclesiasticæ sint: puta si alimenta præstare debeat clericus patrono ecclesiæ, vel clericus injuste fuerit beneficio, capellania vel alio jure ab alio clerico spoliatus.

—Quid ad rem de causis concubinatus Trid. Synodus?

R. «In criminibus tamenex incontinentia provenientibus, de qua in decreto de concubinariis, et in atrocioribus delictis, depositionem, aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timetur, ne judicium eludatur, et ideo opus sit personali detentione, possit initio solus Episcopus ad summariam informationem, et necessariam detentionem procedere: servato tamen in reliquis ordine præmisso.» (Sess. XXV, cap. 6).

—Variavit aliquid Trid. Syn. de summariis?

R. Neg. Nihil hac de re dispossuit, proindeque omnia quæ ad ea referuntur non in Trid. sed in decretalibus quærenda sunt, cum enim optime disposita essent et temporibus congruerent nihil addendum, minuendum vel mutandum putavit.

—Datur appellatio in processu summario ac proinde publico ad morum correctionem contra clericum?

R. N. Appellatio admittitur tantum in devolutivo, non in suspensivo; ait enim S. Syn. «nec appellatio executionem hanc quæ ad morum correctionem pertinet suspendat.» Vide supra. Lect. LXX, fol. 346 ex Sess. XXII, cap. 1.°.

—Sunt aliæ causæ etiam in quibus Episcopus summarie cognoscit?

R. Af. In causis in quibus agitur de peccatorum remissione.

—Qua de causa?

R. «Et quoniam per fictas causas, quæ tamen satis probabiles videntur, interdum accidit, ut nonnulli ejusmodi gratias extorqueant, per quas pœnæ illis Episcoporum juxta severitate inflictæ, aut remittuntur omnino, aut minuuntur; cum non ferendum sit, ut mendacium, quod tantopere Deo displicet, non modo ipsum impunitum sit, verum etiam alterius delicti veniam impetret mentienti; idcirco, ut sequitur, statuit et decrevit: Episcopus apud ecclesiam suam residens, de subreptione, et obreptione gratiæ, quæ super absolutione alicujus publici criminis vel delicti, de quo ipse inquirere cœperat, aut remissione pœnæ, ad quam criminosus per eum condemnatus fuerit, falsis precibus impetratur, per se ipsum, tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, *etiam summarie cognoscat*; ipsamque gratiam, potsquam per falsi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam esse legitime constiterit, non admittat.» (Sess. XIII, cap. 5).

—Judicium executivum computatur inter summaria?

R. Af. In eo enim ex praxi nostra solemnitates ommittuntur.

—Datur vero hoc judicium in tribunalibus ecclesiasticis?

R. Af. Nam S. Syn. ait. «Ut quandocumque executio realis vel personalis in qualibet parte judicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se, tam in procedendo quam in definiendo, a censuris.»

Ergo datur executio ex Tridentini mente.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quænam in hoc praxis in Hispania?

R. Quæ juxta antiquos a sæculo XIII mores, continetur in tit. 20, lib. 1.° *processalis legis* (*ley del Enjuiciamiento civil*).

LECTIO CVII.

DE PROCESSU SUMMARISSIMO SEU JUDICIALI, ET EX INFORMATA CONSCIENTIA.

—Quid est processus summarissimus?

R. Illa judicialis procedendi forma in qua non solum solemnitates rejiciuntur, sed etiam aliqua ad judicandum necessaria, unde ab aliquibus *extrajudiciales* actus nuncupantur ad mentem Concilii.

—Quæ sunt hæ partes necessariæ?

R. Citatio rei, proindeque responsio hujus in judicio, et citatio ejus ad ferendam sententiam, quæ illi inaudito nota fit. Ommittitur etiam in aliquibus probatio, cum hæc non in omnibus necessaria sit.

—Ergo injusti sunt tales processus, cum judex non nisi auditis partibus sententiam ferre debeat?

R. Neg. Sunt enim hujusmodi causæ et in ecclesiasticis et in sæcularibus ut plurimum correctionales et ordinis publici, in quibus Ecclesia et Respublica ad hunc servandum et corrigendos excessus, probata læsione, vel ad vitanda graviora, in delinquentes justissime agunt.

—Sunt in praxi sæculari talia summarissima judicia?

R. Af. In causa spoliationis, in qua spoliatus, ex interdicto judicis, reponitur inaudito spoliatore, si data cautione spoliatus ita velit agere (1).

In causis etiam alimentorum et depositi ad custodiendam fœminam, si contra sævitiam patris vel mariti cavendum sit, nam his inauditis judex summarissime agit (2).

—Processus summarissimus et extrajudicialis est actus voluntariæ jurisdictionis?

---

(1) Art. 124 de la ley del Enjuiciamiento civil.
(2) Art. 1282 y 1313.

R. Neg. Quamvis ita ab aliquibus juris cons. dicatur, non est enim inter volentes. Potest tamen esse in aliquo casu, ut infra dicetur.

—Processus summarissimus et extrajudicialis est idem ac processus ut ajunt gubernativus?

R. N. Nam talis processus gubernativus est administrativus, puta ad reparationem templi vel ad fabricæ computos reddendos, hic vero, quamvis extrajudicialis, natura sua in jure canonico criminalis est, atque ad morum correctionem; unde vulgariter dicitur processus ex *informata conscientia*.

—Habet hic processus fundamentum in jure Trident.?

R. Af. Et patet ex cap. 1.° Sess. XIV, cum agitur de clericis discolis et scandalosis corrigendis: «Cum honestius ac tutius sit subjecto, debitam præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deservire, quam cum præpositorum scandalo graduum altiorum appetere dignitatem; ei, cui ascensus ad sacros ordines a suo Prælato, ex quacumque causa, *etiam ob occultum crimen*, (Nb.) *quomodolibet*, *etiam extrajudicialiter*, fuerit interdictus, aut qui a suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus et dignitates, sive honores, restitutio suffragetur.»

—Quinam sunt ergo casus procedendi extrajudicialiter et *ex informata conscientia*?

R. Duo tantum ex mente Concilii nempe, 1.° denegatio sacrorum ordinum vel promotionis ad superiores, puta ex diaconatu ad presbiteratum. 2.° Suspensionis temporalis in exercendo officio ecclesiastico, ob crimen a clerico patratum, quod quidem Episcopo certo constat, sed difficile probabitur et scandalum parient publicæ probationes si fiant.

—Qua de causa Episcopus non tenetur reddere rationem de non promovendo?

R. Quia hujusmodi actus est non solum voluntariæ, sed etiam gratiosæ jurisdictionis, nequit enim Episcopus cogi ordinare, quem ipse ordinare non vult; unde nec litteram scribere nec processum inire hac de re tenetur. Episcopus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

enim scit utrum in diœcesi plures indigeantur clerici et etiam de litteraria aptitudine. Si vero promovendus habeat crimen occultum, Episcopo vero sit notum, processus, si formetur, extrajudicialis et criminalis erit.

—Potest procedere ex informata conscientia in casu delicti publici?

R. Neg. Ut plurimum, nisi ex majori publicitate majus sequatur scandalum, Apostolus enim (1.ª ad Timot. cap. 5, v. 20), ait: «Peccantes coram omnibus argue, ut et cæteri timorem habeant, quæ verba Concilium recordavit Sess. XXIV, cap. 8. Et hæc est communior opinio Romæ. Quin etiam cum hæc potestas discretionalis sit, non amplianda videtur ad publica crimina, nisi in casu majoris scandali (1).

—Quænam sunt Concilii hac de re et super crimine publico notanda verba?

R. «Apostolus monet (2) publice peccantes palam esse corripiendos. Quando igitur ab aliquo publice et in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandalo offensos commotosque fuisse non sit dubitandum; huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam publice injungi oportet; ut quos exemplo suo ad malos mores provocavit, suæ emendationis testimonio ad rectam revocet vitam:» (Sess. XXIV, cap. 8).

—Potest hæc pœnitentia publica commutari?

R. Af. Subdit enim Concilium: «Episcopus tamen publicæ hoc pœnitentiæ genus in aliud secretum poterit commutare, quando ita magis judicaverit expedire.» (Sess. XXIV, cap. 8). Mt.

—Quænam in hac parte Concilii ad correctionem regulæ?

R. «Eadem sacrosancta Tridentina Synodus, præsidentibus in ea eisdem Sanctæ Sedis Apostolicæ Legato. et Nuntiis, intendens nonnulla statuere, quæ ad jurisdictionem pertinent Episcoporum: ut juxta proximæ sessionis decretum, illi in commissis sibi ecclesiis eo libentius resideant, quo facilius, et commodius sibi subjectos regere, et

(1) Contrariam opinionem tenet Bouix, tit. 2.º de judiciis p. 2.ª, cap. 3.º, pág. 325, sed rationes ab ipso allatæ non convincunt.
(2) 1.ª Tim. 5, v. 6.

in vitæ, ac morum honestate continere potuerint: illud primum eos admonendos censet, ut se pastores, non percussores esse meminerint, atque ita præesse sibi subditis oportere, ut non in eis dominentur, sed illos, tamquam filios et fratres, diligant, elaborentque ut hortando, et monendo ab illicitis deterreant; ne, ubi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur.» (Sess. XIII, cap. 1).

—Quid præmittendum in hoc casu contra hos delinquentes?

R. «Quos tamen, si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis servanda præceptio, ut illos arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate et patientia: cum sæpe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam austeritas; plus exhortatio, quam comminatio; plus charitas, quam potestas. Sin autem ob delicti pravitatem virga opus fuerit: tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia judicium, cum lenitate severitas adhibenda est: ut sine asperitate disciplina populis salutaris ac necessaria conservetur: et qui correcti fuerint, emendentur: aut si resipiscere noluerint, cæteri, salubri in eos animadversionis exemplo, a vitiis deterreantur, cum sit diligentis, et pii simul pastoris officium morbis ovium levia primum adhibere fomenta; post, ubi morbi gravitas ita postulet, ad acriora, et graviora remedia descendere.» (Ib.)

—«Sin autem nec ea quidem proficiant illis submovendis, cæteras saltem oves a contagionis periculo liberare?»

R. «Cum igitur rei criminum plerumque ad evitandas pœnas, et Episcoporum subterfugienda judicia, querelas, et gravamina simulent: et appellationis diffugio judicis processum impediant, ne remedio ad innocentiæ præsidium instituto, ad iniquitatis defensionem abutantur, atque ut hujusmodi eorum calliditati, et tergiversationi occurratur; ita statuit et decrevit: In causis visitationis, et correctionis, sive habilitatis, necnon criminalibus, ab Episcopo, seu illius in spiritualibus vicario generali, ante definitivam sententiam, ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine, non appelletur: nec Episcopus, seu vicarius appellationi hujusmodi, tamquam frivolæ, deferre teneatur.» (Ib.) Cætera in lectione sequenti require.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Datur appellatio ad superiorem in his processibus?

R. N. Et patet ex verbis Concilii: nulla contra ipsius Prælati voluntatem... restitutio suffragetur. Ita pluries a Sacra Congreg. decissum est, et nuperrime anno 1848 (1).

—Quid ergo faciendum si Episcopus tanta abutatur potestate?

R. Patet recursus ad Sacram Congregationem Concilii, in qua de his sæpe cognitum est, et a qua exiguntur Episcopo rationes facti et processus secretus ab ipso inchoatus, unde patet hanc potestatem nec discretionalem tantum esse, nec tirannidem redolere.

—Datur in Hispania recursus ad Rotæ Tribunal?

R. N. Sicuti enim Concilium abstulit appellationem ad Metropolitanum, quæ vigebat ex Decretalibus et jure communi, ita etiam et recursum ad alios superiores nisi Romanum Pontif. proindeque et ad Rotæ Tribunal. 2.° Quia Rota de secretis et reservatis his non agit nec apud Urbem Romam.

—Verbum quomodolibet porrigitur etiam ad secundam partem Trid. sententiæ?

R. Af. Et est communis inter doctores: (Vide Fagnan. Bona, etc.)

—Suspensiones ergo hæc ex informata conscientia nullæ et invalidæ sunt in bona disciplina?

R. Sic jansenistæ omnes, et ad eorum mentem ridicula Pistoriensis Synodus, sed hanc opinionem a rabulis illis consarcinatam Pius VI in prop. 49, Bullæ *Auct. Fidei, falsam, perniciosam et Tridentino injuriosam* declaravit. Aliam vero in qua emendabat Concilium Trident. asserens non licere Episcopo infligere suspensionem ex informata conscientia declaravit idem Pont. (prop. 50) esse jurisdictionis prælatorum læsivam.

—In quibus casibus speciatim suspensionem inflingit Episcopus ex informata conscientia in clericum jam promotum?

---

(1) Ex resol. Sacræ Congreg. Conc. in causa Episcopi Lucionesis (*Luzon*) contra Metropol. Burdigalensem.

R. 1.° In casu concubinatus non publici, nec notorii, sed difficulter probandi.

2.° In casu sollicitationis ad turpia, præsertim in sacramento matrimonii.

3.° In mala directione monialium, rixas inter eas fovendo et concitando, quin etiam contra parochum in parochia sua turbas comitantem.

4.° In inmixtione in politicis, præsertim si reprobatis societatibus nomen dederit.

5.° Contra clericum usurarium, vel mercimoniæ deditum.

6.° Contra clericum qui Episcopo reverentiam negat et ipsum alloquentem secreto contumeliis afficit. (1)

Idem dicendum in aliis similibus qua comprehenduntur in verbis *quomodolibet*, quæ quidem latissima sunt.

—Quomodo intelligenda illa verba etiam ob occultum crimen?

R. Sunt aliqua crimina qua nec publica, nec occulta dici possunt, cum a paucis sciantur. Hæc sine secreto persequi plus scandali quam ædificationis produceret. Secreto ergo expedit persequi, quamvis ea in rigore juris occulta dici non possint. His forsan conciliantur opiniones hac de re contrariæ erga interpretationem horum verborum.

—Datur specialis processus ex informata conscientia contra clericos concubinarios ex Tridentino?

R. Af. «Quam turpe, ac clericorum nomine, qui se divino cultui addixerunt, sit indignum, ac impudicitiæ sordibus, immundoque concubinatu versari, satis res ipsa, communi fidelium omnium offensione, summoque clericalis militiæ dedecore, testatur. Ut igitur ad eam, quam decet, continentiam, ac vitæ integritatem ministri Ecclesiæ revocentur, populusque hinc eos magis discat revereri, quo illos

---

(1) Casus hic non infrequens. Episcopo probo et benigno clericum discolum corripiente scimus hunc Prælato probrosis verbis et etiam minis insectasse, eo quod secreto agerent, et sine testibus correptio fieret. Justissima ergo in hoc casu suspensio, a qua non appellatum fuit; si autem appellatio data fuisset ad Sacram Congreg hæc potius Episcopi probi assertionibus assensum præbuisset, quam petulantis clerici.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vita honestiores cognoverit; prohibet Sancta Synodus quibuscumque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra detinere, aut cum iis ullam consuetudinem habere audeant: alioquin pœnis a sacris canonibus, vel statutis ecclesiarum impositis, puniantur.» (Sess. XXV, cap. 14.)

—Quod si a superioribus moniti, ab iis se non abstinuerint?»

R. «Tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum suornm quorumcumque, et pensionum, ipso facto sint privati: quæ fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi, applicetur.» (Ib.)

—«Sin vero in delicto eodem cum eadem, vel alia fœmina perseverantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint?»

R. «Non tantum fructus omnes, ac proventus suorum beneficiorum, et pensiones eo ipso amittant, qui prædictis locis applicentur, sed etiam a beneficiorum ipsorum administratione, quoad ordinarius, etiam uti Sedis Apostolicæ delegatus, arbitrabitur, suspendantur.» (Ib.)

—«Et si ita suspensi, nihilominus eas non expellant; aut cum iis etiam versentur?»

R. «Tunc beneficiis, portionibus, ac officiis, et pensionibus quibuscumque ecclesiasticis perpetuo priventur; atque inhabiles ac indigni quibuscumque honoribus, dignitatibus, beneficiis ac officiis in posterum reddantur, donec post manifestam vitæ emendationem ab eorum superioribus cum iis ex causa visum fuerit dispensandum.» (Ib.)

—«Sed si, postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut alias hujusmodi scandalosas mulieres sibi adjungere ausi fuerint?»

R. «Præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur. Nec quævis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat, aut suspendat.» (Ib.)

—Quis in hoc secreto processu cognoscit?

R. «Supradictorumque omnium cognitio, non ad archidiaconos, nec decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat: qui sine strepitu, et figura judicii, et sola facti veritate inspecta, procedere possint.» (Ib.)

—Quid vero si delinquentes beneficia non habeant?

R. «Clerici vero beneficia ecclesiastica aut pensiones non habentes, juxta delicti, et contumaciæ perseverantiam et qualitatem, ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab ordine, ac inhabilitate ab beneficia obtinenda, aliisve modis, juxta sacros canones, puniantur.» (Ib.)

—«Episcopi quoque, quod adsit, si ab hujusmodi crimine non abstinuerint, et a Synodo Provinciali admoniti, se non emendaverint?»

R. «Ipso facto sint suspensi: et si perseverent, etiam ad Sanctissimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ, etiam per privationem, si opus erit, in eos animadvertat.» (Ib.)

—Sunt alii casus in quibus Episcopus de plano et summarissimo cognoscit?

R. Af. In controversiis super præcedentia et prælatione quæ vulgo dicuntur *cuestiones de etiqueta.* (Vide Lect. LXII, fol. 294, ex Sess. XXV Concilii, cap. 13 de ref. reg.)

LECTIO CVIII.

DE APPELLATIONIBUS.

—Quid est appellatio?

R. Ab inferiori judice ad superiorem provocatio, facta ab eo qui aliqua sententia gravatur, seu gravari potest?

—Quotuplex est appellatio?

R. 1.° Scriptis, vel in voce.

2.° Judicialis, et extrajudicialis.

3.° A sententia definitiva. et ab interlocutoria.

4.° Utilis seu rationalis, et frivola.

—Appellationem extrajudicialem interponere licet?

R. Af. Sed improprie dicuntur appellationes, dicitur enim in Decretalibus: «Quoniam sacri canones etiam extra judicium passim appellare permittunt, nec solent hujusmodi dici appellationes sed *provocationes ad causam...*» (Lib. 2.°, tit, 28, cap. 5.°).

—Quibus in casibus appellatur extrajudicialiter?

R. Jure communi dicitur: «Statuimus ut ab electioni-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bus, postulationibus, provissionibus, et *quibuslibet extrajudicialibus actibus* (in quibus potest appellatio interponi) quisquis ex eis gravatum se reputans per appellationis beneficium gravamen illatum desideraverit revocari, intra decem dies (postquam sciverit) si velit appellet.» (§ 8. tit. 15, lib. 12, Decret. in Sexto).

—Datur appellatio extrajudicialis ut ordinandus non teneatur examen subire?

R. Neg. Ait enim Trid. «Et nullus appellationis remedio se tueri possit quominus examen subire teneatur.» (Sess. VII, cap. 13).

—Datur appellatio extrajudicialis in visitatione pro morum correctione?

R. N. «In causis visitationis et correctionis, sive habilitatis, et inhabilitatis, necnon criminalibus, ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario generali, ante definitivam sententiam, ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine, non appelletur: neque Episcopus, seu Vicarius appellationi hujusmodi, tamquam frivolæ deferre teneatur; sed ea, ac quacumque inhibitione ad appellationis judice emanata, nec non omni stylo et consuetudine, etiam immemorabili, contraria non obstante, ad ulteriora valeat procedere.» (Sess. XIII, cap. 1.°).

—Semper et sine exceptione sequenda est hæc regula?

R. Af. «Nisi gravamen hujusmodi per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva appellari non possit: quibus casibus sacrorum, et antiquorum canonum statuta illibata persistant.» (Ib.) Horum autem rationem vide in lectione præcedenti.

—Potest hæc sententia admitti in aliquo effectu?

R. In devolutivo, non vero in suspcnsivo, ait enim Concilium Sess. 22, cap. 1.° de Ref.: «Nec appellatio executionem hanc quæ ad morum correctionem pertinent suspendat.»

—Potest admitti ad S. Sedem appellatio?

R. N. Procedunt enim etiam tamquam Apostolica Sedis delegati prouti supra dictum est.» (L. XX, fol. 92, de visitatione. Sess. XXIV, cap. 10 de Ref.)

—Datur appellatio in processu exinformata conscientia?

R. Neg. Et patet ex dictis lectione præcedenti. fol. 522.

—Datur in causa contra clericum concubinarium?

R. N. Et patet ex dictis etiam in lectione præcedenti fol. 524.

—Quomodo fit appellatio?

R. Appellatio in voce fit in actu notificationis sententiæ et sufficit dicere *appello*, vel *provoco*, quæ verba notarius actu conscribit in notificationis, et suscribit cum ipso reo. Appellatio scripta in libellum redigitur, in quo gravamina illata vel inferenda breviter exponiuntur.

—Quot dies dantur ad appellandum?

R. Jure civile quinque tantum: jure canonico decem etiam pro extrajudicialibus, ut supra dictum est, hæc vero spatia fatalia dicuntur in illis enim prorogatio non datur (1).

—Tempus decem dierum statuitur jure Tridentino?

R. Neg. Sed jure Decretalium, nihil enim de hoc spatio S. Synodus, sed in libro 2.° Decret. sic habetur. (Cap. 15, tit. 27). «Cum post decem dierum spatium sententia in auctoritatem rei transeat judicatæ, qui ad provocationis subsidium intra id temporis non recurrit appellandi sibi aditum denegavit.»

—Quibus in causis apud nostrates quinquedium sequitur juris civilis?

R. In causis mere temporalibus vel mixtifori, in quibus judex agit juxta methodum dictæ legis (*ley del Enjuiciamiento civil*). In sacramentalibus vero et mere ecclesiasticis, quin etiam in extrajudicialibus decemdium potius dandum videtur.

—Ante quem appellatur?

R. Ante judicem qui sententiam tulit, provocaturque ad inmediatum superiorem non ommisso medio. Ille judex a *quo* hic ad *quem* dicitur.

—Quid hac de re Tridentinum?

R. «A sententia Episcopi, vel ipsius in spiritualibus

(1) Art. 67. de la ley de Enjuiciamiento Civil. Las sentencias definitivas y las interlocutorias que decidan un artículo, serán apelables dentro de cinco dias.»

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Vicarii generalis, in criminalibus appellationis causa, ubi appellationi locus fuerit, si Apostolica auctoritate in partibus eam committi contigerit, Metropolitano, seu illius etiam Vicario in spiritualibus generali; aut, si ille aliqua de causa suspectus foret, vel ultra duas legales dietas distet, seu ab ipso appellatum fuerit, uni ex vicinioribus Episcopis, seu illorum Vicariis, non autem inferioribus judicibus, committatur.» (Sess. XIII, cap. 2).

—Quotuplici modo potest admitti sententia?

R. Dupliciter, in effectu nempe suspensivo et in devolutivo.

—Cum dicitur in Concilio vel Decretalibus, *quacumque appellatione remota* intelligendum est nullum esse nec appellationi nec querellæ locum?

R. Neg. Sed tantum non licere suspensionem in exequenda sententia, sed admittendam tantum devolutionem ad superiorem seu ad effectum devolutivum.

—Possunt Legati et Nuntii admittere appellationes?

R. N. Et patet ex dictis Lect. VII, fol. 33, ex Sess. VII, cap. 22.

—Quid habet hæc Innocentiana Constitutio hic citata?

R. Habetur in Sextô Decret., lib. 2.°, tit. de appellationibus, pro suffraganeis Rhemensis Ecclesiæ. et ex inclusione in Decretalibus jus commune evasit: jubet ergo ut tribunal officialium ecclesiasticorum idem sit ac tribunal Episcopi, ab eoque ad Metropol. debeat appellari, excepto casu in quo tribunal archidiaconi non idem sit ac Episcopi.

In illa etiam exhibetur decem dierum spatium, quod reipsa Concilium Trid. probat; verba enim Decretalis hæc sunt. «Si vero vocatis partibus vel nullatenus, *aut non intra decem dies* post interlocutoriam vel definitivam sententiam appellatum fuisse,» etc.

—Quod temporis spatium datur ad actarum remissionem?

R. «Reus, ab Episcopo, aut ejus Vicario in spiritualibus generali, in criminali causa appellans, coram judice, ad quem appellavit, acta primæ instantiæ omnino producat: et judex, nisi illis visis, ad ejus absolutionem minime procedat. Is autem, a quo appellatum fuerit, intra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat, alioqui absque

illis causa appellationis hujusmodi, prout justitia suaserit, terminetur?» (Sess. XIII, cap. 3.°)

—Quomodo hæc acta remissa appellantur?

R. Vulgariter dicuntur *Apostoli*, quia mittuntur.

—Quis tenetur solvere appellationis expensas?

R. «Præterea, si quis in casibus a jure permissis appellaverit, aut de aliquo gravamine conquestus fuerit, seu alias ob lapsum biennii, de quo supra, ad alium judicem recurrerit; teneatur acta omnia, coram Episcopo gesta, ad judicem appellationis expensis suis transferre: eodem tamen Episcopo prius admonito, ut, si quid ei pro causæ instructione videbitur, possit judici appellationis significare.» (Sess. XXIV, cap. 20.)

—Tenetur aliquid solvere non appellans?

R. «Quod si appellatus compareat, cogatur tunc is quoque actorum, quæ translata sunt, expensas, proportione sua, si illis uti voluerit, subire; nisi aliter ex loci consuetudine servetur, ut scilicet ad appellantem integrum hoc onus pertineat.» (Ib.)

—Quænam sunt notarii in appellationibus munia?

R. «Porro ipsam actorum copiam teneatur notarius, congrua mercede accepta, appellanti quanto citius, et ad minus intra mensem exhibere. Qui notarius, si in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officii administratione arbitrio ordinarii suspendatur; et ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem et pauperes loci distribuendam, compellatur.» (Ib.)

—«Judex vero, si et ipse impedimenti hujus conscius particepsve fuerit, aliterve obstiterit, ne appellanti integre acta intra tempus traderentur?»

R. «Ad eamdem dupli pœnam, prout supra, teneatur: non obstantibus, quoad omnia suprascripta, privilegiis, indultis, concordiis, quæ suos tantum teneant auctores, et aliis quibuscumque consuetudinibus.» (Ib.)

—Datur appellatio in controversiis super præcedentia?

R. Neg. Ex cap. XIII, Sess. XXV: v. Lect. LXII, fol. 294.

—Quod est in Hispania ultimum appellationum tribunal?

R. Rotæ Tribunal, de quo vide Lect. VII, fol. 34.

—Quid specialiter de appellationibus canonicorum exemptorum in causis correctionis?

R. Vide quæ dicta sunt in Lect. XX, fol, 92, et Lectione XXXVI, fol. 172, ubi habetur specialis modus, ex Sess. XXV, cap. 6 de Ref. in genere.

—Quid vero speciale in sententia et de procesus appellatione?

R. «Unum autem tantum sit utriusque votum, possitque alter Episcopo accedere. Quod si ambo ab Episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel diffinitiva sententia fuerint, tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant.» (Sess. XXV, cap. 6 de Ref. in gen.)

—«Et si in electione tertii etiam discordent?»

R. «Ad viciniorem Episcopum electio devolvatur: et juxta eam partem, cum qua tertius conveniet, articulus, in quo erat discordia, terminetur: alias processus, et inde secuta nulla sint, nullosque producant juris effectus.» (Ib.)

—Quid vero in criminibus ex incontinentia?

R. Vide in præcedenti lect. de summarissimo judicio.

—Aliquid horum viget in privata nostra disciplina?

R. N. Nam omnes capitulorum exemptiones eversæ sunt. (V. Lect. XXXVII, fol. 173 et Lect. LI, fol. 239, et etiam praxis conjudicum ex ipsa Concord. noviss. mente omnino vetita est. Lect. LI, fol. 240.)

LECTIO CIX.

DE PROCESSIBUS DICTIS PER VIM, SEU AB ABUSU, ET FROTECTIONIS.

—Quid de his Tridentina Synodus?

R. Nec verbum quidem, sed potius contra illos clamavit cum immunitatem Ecclesiæ *ex ordinatione divina* pendere declaravit.

—Attamen S. Syn. principum Christianorum protectionem pro suis sanctionibus expetivit.

R. *Protectionem* non *protectorarum*. Protectionem et

auxilium ut mandata implerentur, non ut abuterentur nec in discrimen verterentur. Sane filii tenentur protegere matrem, sed ex eo non infertur posse obstare præceptis matris, nec protectorarum in illius personam et res exercere, nec protectionis prætextu illis imperitare.

—Quid ergo de his recursibus ab abusu dicendum?

R. Eos Ecclesia tolerat, numquam vero probavit nec probat, cum ipsi, illa inconsulta et inaudita, inducti fuerint. Ideo in Syllabo præcipuorum nostræ ætatis errorum continetur sequens. «Civili potestati, *vel ab infideli imperante exercita* (Nb.), competit potestas indirecta negativa in sacra: eidem proinde competit nedum jus quod vocant *exequatur*, sed etiam jus *appellationis*, quod nuncupant *ab abusu* (41).

—Quotuplices sunt recursus hi in Hispania?

R. Duplices: alii administrativi, qui *protectionis* dicuntur (*recursos de proteccion*): alteri vero judiciales, qui dicumtur per vim vel ab abusu (*recursos de fuerza*), qui majus Ecclesiæ præjudicium pariunt, cum et nomen ipsum illorum et inurbanum et illi indecorum sit.

—In quo hæc contra Ecclesiam inurbanitas et præjudicium?

R. Quia juxta tritum in scholis axioma *Episcopi volentibus Reges nolentibus imperant*, ergo vis et violentia in Statu non in Ecclesia est, nam hæc verbis, ratione, doctrina, persuasione, censuris et etiam moderatis pœnis procedit; e contra vero Status, id es societas civilis. Attamen cum judex sæcularis in res spirituales falcem mittit contra illum interponitur merus querellæ recursus (*recurso de queja*). E contra vero contra ecclesiasticum *recursus per vim* (*recurso de fuerza*). Cur tam varie?

—Quando interponitur protectionis recursus?

R. Cum laicus dctinetur ab ecclesiastico judice, vel clericus ipse inhumano modo in ecclesiastico carcere vel aliquo loco insalubri, etiamsi juste detineatur: Princeps enim tenetur ordinem publicum servare, et subditorum vitam bona, libertatem legitimaque jura tueri; unde si aliqua auctoritas ecclesiastica, jurisdictionis cujuslibet sit, aliquem, sive clericum sive laicum, in his violenter vexare

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

contendat, Princeps hanc violentiam impedire tenetur, nam clericus eo quod sit clericus non desinit esse Hispanus (1).

—Attamen in hoc casu debet adiri superior ecclesiasticus?

R. Af. Et indubium est in casu in quo sit superior.

Si vero hic non adsit, si in longinquis versetur, aut superior sit a vicario suo, nepote vel amico præocupatus, adsitque grave ac urgens vitæ aut famæ periculum, licet Principis auxilium invocare (2).

—Quid de hoc antiqui nostri canones?

R. «Si prægravatus quis a Metropolitano proprio ad alterius provinciæ metropolitanum *molestiam præssure agnoscendam detulerit*, aut si inauditus a duobus metropolitanis *ad regios auditus negotia sua perlaturus acceserit*, etc. (3). (Can. 12, Concil. Tolet. XIII).

Patet vero ex verbis ipsis: 1.° esse casum gubernativum et meræ protectionis, non vero judicialem seu *de fuerza*, 2.° ex verbis non infertur nisi merus recursus ad Principem, non vero tribuitur Principi facultas cognoscendi in illo negotio.

—Attamen varii Theologi Hispani tempore Tridentini, et etiam aliqui Tridentini Patres (4) recursus hosce probaverunt?

R. Quidquid sit de illorum sententia, quæ hic non est, expendenda, tantum loqui videntur de recursu protectionis, in quo violentia vel factum inhumanum retunditur, non vero de recursu judiciali qui dicitur ab abusu.

---

(1) Apostolus Paulus loris ligatus municipalia jura sibi vindicavit, velut Tarsensis civis (Act. Ap. 22, v. 25).

«Si hominem Romanum et indemnatum licet vobis flagellare?»

(2) Sic Sancta Theresia jussa fuit a Domino confugere ad Philipum secundum pro ordinis sui tuitione; cum Sanctus Joannes a Cruce, Gracian, aliique sanctissimi viri in vinculis, inauditi et torti detinebantur, non a Sancta Inquisitione, ut vulgus credit, sed a prælatis regularibus et exemptis.

(3) Cum canon hic prolixus sit præcedentia et subsequentia verba ommittuntur: loquitur vero canon de casu quo clericus vel monachus excommuuicetur ab Episcopo contra quem litem pendentem habet.

(4) «Et consulti Cuesta Episcopus Legionensis, uterque Sotus, Canus, Mancius, et noster Deza, multique Theologi, jurisperitique quia vim vi repellere pertinet ad bonum status et gubernationem totius regni,» etc. Henriq..e Henriquez, Summa lib. 14, cap. 12.

—Quot sunt recursus per vim seu *de fuerza* ex hodiernis nostris legibus?

R. Sunt tres, nempe in cognoscendo, 2.° in procendo, 3.° in negando appellationem. (1)

Tribunal Supremum cognoscit de recursibus contra Nuntiaturam et tribunalia superiora ecclesiastica, quæ Matriti sunt: de cæteris vero territoriales curiæ. (2)

Horum processuum seriem describere nostrum non est.

—In secundo et tertio casu interponitur recursus statim lata ab ecclesiastico judice sententia?

R. N. Dummodo sit appellationi locus, quo in casu gravamen a superiori ecclesiastico tollitur. Hoc articulo diminuti sunt plures processus hujus generis. (3)

—Quam pœnam incurrit judex ecclesiasticus qui testimonium providentiæ suæ denegatoriæ non tradit?

R. Renovatur mulcta in Codice pœnali, articulo vero 305 lata (4), qui quidem minatur inhabilitationis tempora-

---

(1) Ley del Enjuiciamiento civil.

Art 1103. «Los recursos de fuerza pueden interponerse contra lo que hagan los jueces ó tribunales eclesiásticos en conocer, en el modo de proceder y en no otorgar.»

Art. 1104 «El de la primera clase procede cuando el juez eclesiástico conoce de una causa profana no sujeta á su jurisdiccion.

El de la segunda cuando conociendo el eclesiástico de causa de su competencia no observa los trámites establecidos por las leyes.

El de la tercera cuando deniega una apelacion procedente.»

(2) Art. 1105. «El Tribunal supremo de Justicia conocerá de los recursos de fuerza que se interpongan contra la Nunciatura y los tribunales superiores eclesiásticos de la córte: las audiencias del territorio respectivo de los que se interpongan contra los demas jueces y tribunales eclesiásticos.

De las sentencias que sobre ellos pronunciaren el Tribunal Supremo ó las andiencias no hay ulterior recurso.»

Para quitar la odiosidad que siempre han llevado consigo los recursos de fuerza, hubiera sido mejor haber dejado el fallo de todos ellos á cargo del Tribunal Supremo, cuyos magistrados son ménos apasionados que los de las audiencias, y aun pudiera haberse formado tribunal mixto, como ya se hizo el siglo pasado en algunas partes.

(3) Art. 1128. «Los recursos en el modo de proceder y en no otorgar se prepararán pidiendo reposicion al juez eclesiástico de la psovidencia en que se creyere haberse cometido la fuerza *apelando subsidiariamente* y protestando si no se admite la apelacion impetrar el Real auxilio contra la misma fuerza.»

(4) El eclesiástico que, requerido por el tribunal competente, rehusare remitirle los autos pedidos para la decision de un recurso

lis pœnam ecclesiastico judici, qui processum a tribunali civili petitum non misserit, vel censuras impositas non sustullerit. Reincidentia inhabilitatione perpetua punitur.

—Quid in posterioribus resolutionibus?

R. Fiscalis territorialis Curiæ tenetur ex officio ecclesiasticam jurisdictionem tueri, si ipsa indefensa sit et tuenda videatur. (1)

—Quinam sunt casus in quibus S. Syn. auxilium sæcularis brachii impertiendum voluit?

R. Pro clausura sanctimonialium et reductione monasteriorum suorum intra urbes. (Cap. 5 de Ref. regul., Sess. XXV.)

Pro expellendis concubinis (cap. 8.° de Ref. matrim., Sess. XXIV.) Pro implenda reformatione regularium. (Sess. XXV, de Ref. cap. 22). Denique ad servandam Ecclesiæ libertatem, realem personalemque immunitatem, «ne ab ullis baronibus, domicellis, rectoribus aliisve dominis temporalibus seu magistratibus, *maximeque ministris ipsorum principum* lædi patiantur.» (V. Lect. LXIX, fol. 340, ex Sess. XXV, cap. 20.)

---

interpuesto, ó alzar las censuras ó la fuerza, será castigado con la pena de inhabilitacion temporal.

La reincidencia se castigará con la de inhabilitacion perpétua especial.» (Art. 304 del Código penal.)

(1) «Para evitar que la jurisdiccion eclesiástica quede sin la debida representacion oficial, y sin la conveniente defensa en los recursos de fuerza... que los fiscales de las audiencias sean parte indispensable en todos los juicios de esta clase y sostengan la defensa de la jurisdiccion eclesiástica cuando crean que los tribunales de este fuero no se han extralimitado de las atribuciones que les competen.» (Real órden de 23 de Agosto de 1861.)

PARS DECIMA.

De pœnis et delictis.

LECTIO CX.

DE POENIS IN GENERE.

—Quid est pœna in genere?

R. Privatio boni ob abussum illius. Hæc vero philosophica definitio pœnas omnes et naturales et supernaturales continet. Qui gratiam despicit gratiam ammittit: qui gula trahitur salute et apetitu abutens bonum salutis ammittit.

—Quid est pœna canonica in genere?

R. Privatio boni seu spiritualis seu temporalis ab Ecclesia inflicta ob abussum contra divina et ecclesiastica mandata patratum.

—Quotuplices sunt canonicæ pœnæ in genere?

R. 1.° Censuræ, et pœnæ in specie: illis spiritualium, his temporalium privatio bonorum inflingitur.

2.° Publicæ, et privatæ, pro natura delicti ac ratione scandali.

3.° Generales, et speciales pro aliquibus delictis.

4.° Fixæ seu taxatæ, et arbitrariæ.

5.° Judiciales, et gubernativæ, pro modo et forma quibus imponuntur.

6.° Principales, et accesoriæ.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

7.° Antiquæ, antiquatæ, novæ, et renovatæ (ex operis nostri instituto) prout S. Syn. eas renovavit, vel de novo induxit.

—Est idem pœna ac pœnitentia?

R. N. Nam crimina et peccata pœnitentia expiantur, censura crimina coercentur, pœna vero puniuntur.

—Pœnæ canonicæ habent omnes qualitates ab hodierna juris philosophia requisitas ut bonæ sint?

R. Af. Et non tantum illas habet sed eminentiori gradu, et in casibus in quibus civiles leges vix eas habere dici potest.

1.° Sunt correctionales et morales: dantur enim semper ad correctionem et emendationem rei.

2.° Sunt exemplares: ideo S. Syn. jubet publice peccantes publice puniri, ut cæteri a malo deterreantur.

3.° Sunt divisibiles et proportionales, nam et suprema capitalis canonica pœna, nempe excomunicatio, divisibilis et reparabilis est, quod quidem in civili, nempe decapitatione, non habetur.

4.° Sunt analogæ, nam ut plurimum et semper ferunt privationem boni ipsius quo abussum fuit.

—Quo jure inducta est facultas pœnas in Ecclesia imponendi?

R. Jure divino et ab ipsemet Jesu Christo, Deo et Sanctæ Ecclesiæ fundatore, continuo et æterno ejus capite.

Verba concessionis continentur: in facultate ligandi et solvendi, in quibus coercitiva potestas continetur; qui enim ligat coercet ligatum libertate privans; qui absolvit a pœna liberat, vel inocentiam vel pœnitentiam rei post judicium videns. (Math. 18, v. 18).

In verbis quoque quibus criminalis jurisdictio indicitur in correctione fraterna, nempe.

1.° Correptio secreta et charitativa: «Si autem peccaverit in te frater tuus corripe eum inter te et ipsum solum.»

2.° Judicium arbitrale seu actus conciliationis. «Si autem te non audierit adhibe tecum adhuc unum vel duos.»

3.° Judicium contentiosum juxta canonum formam: «Quod si non audierit eos dic Ecclesiæ.»

4.° Excommunicatio, id est censuræ et pœnarum in pervicaces impositio: «Si autem Ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus.»

Cum ethnico israelitæ non communicabant: publicanus autem, non incommunicationis tantum, sed odii et despectus objectum erat.

—Quid vero in excommunicatione continetur?

R. Sicuti in capitali pœna cæteræ minores pœnæ complectuntur, ita in excommunicatione, quæ est maxima et capitalis canonica pœna, cæteræ, et censuræ et pœnæ, comprehenduntur.

Capite plexus vitam, libertatem, honores, divitias ammittit; unde qui potest capitalem pœnam imponere a fortiori et alias minores pœnas, nam ut ait tritum in scholis axioma: *qui potest magis potest et minus.*

Idem ergo in capitali canonica pœna, quæ est excommunicatio, qua christiana anima spirituali vita privatur.

—Habet ergo Ecclesia suas graduales pœnas?

R. Af. Et quamvis illæ synoptico schemate non concinatæ sunt, attamen facillimum est, et etiam ex S. Syn. mente, saltem ad scholarum nostrarum usum, ut facilius possint præ oculis haberi et memoriæ traddi, illas gradatim computare.

—Quænam ergo ad hanc gradualem computationem methodus?

R. 1.° Juxta gravitatem pœnarum a superioribus et gravioribus incipiendum, ideoque primo censuras deinde pœnas.

2.° Distinguendum inter eas quæ clericorum propriæ, et eas quæ clericis et laicis communes sunt.

3.° Cum apud nos, ex fœlici cultus unitate, quandoque Status seu societas civilis ipsa delicta contra Ecclesiam commissa puniat, pro his delictis mixtis etiam civilium pœnalium gradus seu schema præ oculis habere opportet, quin etiam ad majorem rei tractatæ claritatem.

—Affer ergo hanc gradualem pœnarum canonicarum computationem?

R. V. in sequenti schemate.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

	Pœnæ canonicæ.	*Pœnæ nostræ civiles.*
		ESCALA NÚM. 1.
Communes. Censuræ.	1.ª Anathema trina canonica monitione præmissa.	1.º Muerte.
	2.ª Excommunicatio major ipso facto incurrenda.	2.º Cadena perpétua.
	3.ª Excommunicatio major monitione præmissa.	3.º Cadena temporal.
	4.ª Excommunicatio minor.	4.º Presidio mayor.
	5.ª Interdictum.	5.º Presidio menor.
	6.ª Irregularitas ex delicto.	6.º Presidio correccional.
	7.ª Depositio.	7.º Arresto mayor.
		ESCALA NÚM. 2.
Clericorum.	8.ª Suspensio ab officio et beneficio.	1.º Reclusion perpetua.
	9.ª tantum ab officio.	2.º Reclusion temporal.
	10. tantum a beneficio.	3.º Prision mayor.
	11. Inhabilitatio ad ecclesiastica munia obtinenda.	4.º Prision menor.
	12. Privatio jurium patronatus activi, temporalis vel perpetua (*).	5.º Prision correccional.
	13. Privatio honorum temporalis vel perpetua.	6.º Arresto mayor.
		ESCALA NÚM. 3.
Communes.	14. Privatio jurium percipiendorum ratione officii.	1.º Relegacion perpétua.
	15. Privatio pensionum, temp. vel perpetua, absoluta vel partialis.	2.º Extrañamiento.
	16. Mulcta pecuniaria.	3.º Relegacion temporal.
	17. Reclusio temporalis.	4.º Extrañamiento temporal.
	18. Reclusio perpetua vel temporalis.	5.º Confinamiento mayor.
Pœnæ. Clericorum.	19. Privatio vocis activæ et pasivæ in capitulo.	6.º Confinamiento menor.
	20. vocis activæ tantum.	7.º Destierro.
	21. pasivæ tantum.	8.º Sujecion á la vigilancia de la autoridad.
	22. Expulsio e cœtu vel collegio.	9.º Reprension pública.
	23. Incommunicatio.	10. Caucion de conducta. Multas pecuniarias proporcionales en todas las escalas.
Pœna leves.	24. Reprehensio publica.	
	25. Reprehensio privata.	ESCALA NÚM. 4.
		1.º Inhabilitacion absoluta perpetua para cargos... derechos políticos.
		2.º especial perpetua.
		3.º especial temporal.
		4.º Suspension de algun cargo público, derecho ó derechos políticos, profesion ú oficio.

(*) Clarum est posse pœnarum elenchum augeri si pœnæ perpetuæ a temporalibus sejungantur.

RESARCIENDI POENÆ.	RESPONSABILIDAD.
1. Restitutio.	1. Restitucion.
2. Reparatio damni illati.	2. Reparacion del daño causado.
3. Actio ad indemnitatem.	3. Indemnizacion de perjuicios.
ACCESORIÆ (1).	ACCESORIAS.
1.ª Degradatio.	1.ª Argolla.
2.ª Nullitas actus.	2.ª Degradacion
3.ª Pœnitentia publica.	
4.ª Infamia (2).	
5.ª Privatio ecclesiasticæ sepulturæ.	

—Quid ergo est censura?

R. Juxta eximii Suaressii doctrinam (3) censura est pœna spiritualis et medicinalis privans usu aliquorum spiritualium bonorum, per ecclesiasticam potestatem ita imposita ut per eamdem ordinarie absolvi possit.

—Censuræ vero possunt dici pœnæ?

R. Af. Nam vox pœna generica est, et in eo sensu usurpata a S. Syn., cum et ipsas censuras pœnarum nomine donavit ut patebit ex lect. seq.

—Quænam veræ et proprio jure Decretalium dicuntur censuræ?

R. Innocentius III respondet (4) censuræ nomine «non solum interdicti, sed et suspensionis et excommunicationis sententia valet intelligi.»

—Quænam est differentia inter anathema et excommunicationem?

R. Nulla essentialis et interna, sed nomine tantum et exteriori ritu, unde anathema dicebatur apud nostrates *excomunion á matacandelas*.

—Quænam pœnæ dicuntur antiquatæ?

R. Illæ quæ jam hodiedum non sunt in usu, nec Concilium eas renovavit.

(1) Ipsa excommunicatio minor videtur aliquo sensu adjecta seu accessoria majori et anathemati.

(2) Jure civili jam non est infamia, sed quid quæso? Lex potest dare vel adimere famam? Numquid ille qui in patibulo torquete ferreo infami (*argolla*) ligatur fama gaudebit?

(3) De censuris, disp. 1, sect. I.

(4) Cap. 20 extra de verborum signif.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quænam dicuntur antiquæ et renovatæ?

R. Illæ quas S. Syn. vel in usu, ab antiquis temporibus existentes conservavit, vel desuetas in usum revocavit his vel similibus verbis: «pœnas sacris canonibus sancitas incurrunt.»

—Quænam dicuntur novæ?

R. Illæ quæ a S. Syn. pro certis delictis invectæ sunt, cum antea alias pœnas vel nullas haberent. De his in duobus sequentibus lectionibus.

LECTIO CXI.

DE POENITENTIIS ANTIQUIS, ET POENIS A S. SYN. RENOVATIS.

—Quo tempore scribi cœperunt pœnitentiales canones?

R. Sæculo V quo inter alios apparuerunt variæ compilationes in Oriente et Occidente, piorum Episcoporum opera. Posterioribus sæculis prodierunt in Oriente libri pœnitentiales Joannis Jejunatoris, in Occidente Teodori Cantuariensis, Bedæ et aliorum, quin etiam alius a Sancto Carolo Borromeo, ipso fere Tridentini tempore, ex antiquis canonibus conflatus est.

—Quodnam illius objectum?

R. Antiquis temporibus hæ compilationes fiebant ut unusquisque sacerdos sciret quam pœnitentiam vel pœnam pro peccatis vel pro delictis imponere posset: hodiedum habentur præ manibus ut mites nostræ pœnitentiæ cum antiquarum austeritate comparari possint.

—Est aliquis Ecclesiæ Hispanæ privatus pœnitentialis codex?

R. N. Sed ipsa Illiberitana Synodus fere videtur pœnitentialis liber, cum plures et gravissimas pœnitentias et censuras pro criminibus contineat, quæ hodie levioribus pœnitentiis expiantur (1).

(1) Vide in ap. 8, vol. 1, operis a me evulgati *Historia eclesiástica de España*, canonem pœnitentialem ex sæculi IV Ecclesiæ nostræ conciliis confectum.

—Quinam posteriores canones ad pœnitentiarum in Hispania studium præ oculis habendi sunt?

R. Conciliorum Tarraconensium medio sæculo VI (540-548) apud Barcinonem et Ilerdam habitorum, quæ quidem plura continent primum de pœnitentiis, alterum de censuris.

—Quid Barcinonensis Synodus de pœnitentiis?

R. «Pœnitentes viri, tonso capite et religioso habitu utentes, jejuniis et obsecrationibus vitæ tempus peragant.» (Can. 6).

«Ut pœnitentes epulis non intersint.» (Can. 7).

«De his qui in infirmitatibus poscunt pœnitentiam, et a sacerdote accipiunt, si postea convaluerint vitam pœnitentium agant (1). (Can. 8).

—Quid Ilerdenses canones?

R. Plura minantur contra eos qui carnalibus flagitiis polluuntur, et contra clericos qui ecclesiasticam lenitatem non servant, nam et clericos qui in obsidione civitatis hostili sanguine maculantur duos pœnitentiæ annos minatur, et ad ulteriores gradus ascendere vetat.

Alia plura congerere nimis prolixum foret.

—Quousque pœnitentiæ publicæ in Hisp. Ecclesia in usu fuerunt?

R. Sæculo XIV vix usitatæ erant: postea vero Inquisitionis tribunal, pro suæ jurisdictionis delictis, pœnitentias publicas et secretas imponebat.

—Quid de publicis pœnitentiis S. Synodus?

R. «Apostolus monet publice peccantes palam esse corripiendos. Quando igitur ab aliquo publice, et in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandalo offensos, commotosque fuisse non sit dubitandum; huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam publice injungi oportet; ut quos exemplo suo ad malos mores provocavit, suæ emendationis testimonio ad rectam revocet vi-

(1) Hic usus in Hispania etiam sæculo IX sequebatur. Wambanus Rex sæculo VII in mortis agone raptim tonsus, monasticum habitum non dimisit, et in monasterium secessit. Alvarus Cordubensis, sæculo IX, pœnitentium habitu in infirmitate indutus, ab Episcopo absolvi contendebat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tam. Episcopus tamen publicæ hoc penitentiæ genus in aliud secretum poterit commutare, quando ita magis judicaverit expedire.» (Sess. XXIV, cap. 8 de Ref. in gen.)

Vide etiam de clericis publice peccantibus, lect. CVII.

—Quid de pœnitentiarii munere?

R. V. Supra quæ de ejus institutione ex eodem capite dicuntur. Lect. XXXIII, fol. 155.

—Quænam sunt antiquæ pœnæ a Trid. renovatæ?

R. 1.° Contra Episcopos in curiis vagantes.»

2.° Prædicatores hæreticos.

3.° Indignos beneficia minora conferentes.

4.° Jura ultra taxam exigentes.

5.° Episcopos Concilio non interessentes.

6.° Episcopos clericos sine congrua sustentatione ordinantes.

7.° Parochos non residentes.

—Quid ergo contra prædicatores hæreticos?

R. «Quod si hæreses predicaverit, contra eum, *secundum juris dispositionem*, aut loci consuetudinem, procedat Episcopus. (Sess. V, cap. 2.)

Secundum juris dispositionem suspenditur prædicator donec judicatur; postea vero retractari tenetur, et pro gravitate culpæ et pertinaciæ vel suspenditur, vel deponitur, vel excommunicatur.

—Quid de Episcopis in Curiis vagantibus?

R. V. Lect XVIII, fol. 80, ex Sess. VI, cap. 1.°.

—Quid contra indignos beneficia minora obtinentes?

R. «Ordinarius collator pœnas constitutionis Concilii, *Grave nimis* se noverit incursurum.» (Sess. VII, cap. 3).

Verba autem Innocentii III in illo Lat. canone (Decret. lib. 3.°, tit. 5.°, cap. 28) hæc sunt: «Fiatque de hoc in provinciali concilio diligens inquisitio annuatim, ita ut qui, post primam et secundam correctionem fuerit repertus culpabilis a beneficiis conferendis per ipsum Concilium suspendatur, instituta in eodem concilio persona provida et honesta, quæ suspensi suppleat defectum in beneficiis conferendis.»

Ergo pœna in hoc casu est *suspensionis* censura hic a Trid. renovata.

—Quid de jurium ultra taxam exactione?

R. V. supra Lect. XXV, fol. 118, cum de notariis, quæ sequuntur verba: «et qui secus fecerint tam dantes quam accipientes, ultra divinam ultionem *pœnas a jure inflictas* ipso facto incurrant.» (Sess. XXI, cap. 1.)

—Quænam sunt hæc pœnæ a jure inflictæ?

R. Ex antiquis nostris canonibus (1) puniebatur anathematis pœna: «Quia antiqua definitio Patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit dicens: anathema sit danti et accipienti.» (Brachar. II. canon 3.)

—Quid de negligentia in assistendo provinciali concilio?

R. «Quod si in his tam Metropolitani, quam Episcopi et alii suprascripti, negligentes fuerint, *pœnas sacris canonibus sancitas* incurrant.» (Sess. XXIV, cap. 2.)

—Quænam sunt hæ pœnæ?

R. Quæ continentur in Dist. 18 Decreti, ubi, inter alios, citatur Tarraconensis Conc. canon 6. «*Si quis* Episcopus commonitus a Metropolitano ad Synodum nulla gravi intercedente necessitate corporali venire contempserit, usque ad futurum Concilium cunctorum Episcoporum communione privetur.»

—Hæc autem erat excommunicationis censura?

R. N. Sed incommunicationis pœna, nam Episcopi comprovinciales nec urbanam conversationem volebant cum illo qui suam sodalitatem despexerat.

—Quid de Episcopo clericum sine congrua sustentatione ordinantem?

R. V. Lect. LXVII, fol. 331, ubi sunt verba «*antiquorum canonum pœnas* super his innovando» et eorum explicationem.

—Quid contra parochos non residentes?

R. V. supra Lect. XVIII, can. 79 et XLVI, fol. 208 ex Sess. XXIII, cap. 1.°

---

(1) Tolet VIII, canone 2, præter *anathematis opprobrium* jubet ut «suscepti honoris gradu privetur, et in monasterio sub perenni pœnitentia religetur.»

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO CXII.

DE POENIS CANONICIS HODIEDUM EX TRIDENTINO VIGENTIBUS.

—Præter renovatas ergo has pœnas S. Syn. aliquas alias induxit?

R. Af. Eadem enim potestate ac alia generalia Concilia prædita erat, unde poterat illorum pœnas et censuras relaxare, mitigare, abrogare, mutare, confirmare vel alias novas inducere.

Ideo omnium pœnarum, quarum in præcedenti elencho specimen factum est, impositionem jussit in pluribus casibus, quæ dicentur infra cum de delictis in specie sermo fiet. Præterea ad earum applicationem speciales regulas adhibuit.

—Quibus in casibus injunxit excommunicationis censuram?

R. Præter alios casus:

1.° Contra eos qui negant Communionis Paschalis annuam obligationem.

2.° Contra eos qui negant Confessionis Paschalis annuam obligationem, quæ definitiones, *quamvis de re disciplinari*, dogmaticæ sunt non doctrinales tantum. (Nb.)

3.° Monasticæ clausuræ violatio excom. pœna ipso facto incurrenda. (Sess. XXV, cap. 3).

4.° Donatio coacta ante professionem anathematis pœna. (Ib. 16).

5.° Coactio ad profitendum vel non profitendum (Ib. 18).

6.° Crimen raptus. (Sess. XXIV de Ref. matr. cap. 6).

7.° Concubinatus cum scandalo et pertinacia. (Ib. 8).

8.° Prepotentes qui matrimoniis inique opponuntur. excom. puniuntur. (Ib. cap. 9).

9.° Bonorum ecclesiasticorum vel ad pios usus destinatorum raptores. (Sess. XXII, cap. 11).

10. Intrusio in præsentatione beneficiorum, pro qua etiam interdictum. (Sess. XXV, cap. 9).

11. Duellorum barbara temeritas.

12. Inmunitatis violatio.

—Quænam interdicto puniuntur?

R. 1.° Intrusio capituli dantis reverendas.

2.° Ob occultum crimen cum suspensione ad altiores ordines. (Sess. XIV, cap. 1.°).

3.° Clericalis vagantia. (Sess. XXIII, cap. 16).

4.° Acceptatio munerum ad collationem beneficii.

5.° Intrusio de qua supra.

—Quænam sunt hæc notanda S. Syn. verba?

R. «Nec dictum jus patronatus venditionis vel alio quocumque titulo in alios contra canonicas sanctiones transire præsumant: si secus fecerint *excommunicationis et interdicti pœnis subjiciantur* (Nb.) et dicto jure patronatus ipso jure privati existant.» (Sess. XXIV, cap. 18). Ubi notandum.

1.° Censuras dici etiam pœnas ut supra Lect. præcedenti dictum est.

2.° Præter censuras imponi etiam pœnas; nam privatio juris patronatus inter pœnas habetur.

3.° Non esse omnino certam doctrinam a canonistis sæculi præteriti traditam, de non imponendis pœnis nisi cum censuræ insuficientes sint (1), nam S. Syn. pœnas hic ipso facto cum censuris injungit.

—Numquid hæc excommunicatio non est contra evangelicam doctrinam?

R. Si excommunicatio major ipso facto incurrenda, et sine trina canonica monitione, esset contra Jesu Christi doctrinam non sanxisset eam S. Synodus, uti hic et aliis in locis sancxit et decrevit, afflata enim Sp. Sancto melius agnoscit Evangelium quam Jansenistæ.

Suadet idem et ipsa naturalis ratio, nam in criminibus atrocibus quæ uno actu patrantur ridicula foret trina monitio, secus in his quæ consistunt in actuum repetitione continua. Sic. (ex. gr.) clericus occidit Episcopum suum: ¿poterit eum non occidisse, sive tres sive centum monitiones illi fiant ut Episcopum non interficiat?

---

(1) Berardi Carol. Sebast. Instit. juris canonici, libro V, tit. 7.°, § 5.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid de excommunicatione minori?

R. Nihil de illa S. Syn. sed inducta erat jure communi, et, prouti adjecta anathemati, supervacaneum erat eam nominare. E contra præscripsit incommunicationem cum Episcopo qui Sanctæ Synodus decreta non admittat. (Sess. XXV, cap. 2).

—Irregularitas ex crimine est vera censura?

R. Af. Et ita habetur in praxi ab aliquibus juris canonici peritis (præsertim Gonzalez Tellez); nam S. Syn. de ea loquens sic ait: de homicida voluntario «*nullo* tempore ad sacros ordines *promoveri possit*» ut patebit ex his quæ infra dicentur cum de delictis mixtis sermo fiet.

—Pro quibus delictis inducitur suspensio officii vel beneficii.

R. Patebit ex his quæ dicenda sunt cum de specialibus delictis clericorum, et etiam casus in quo non tantum suspensione sed privatione puniuntur.

—Quo casu privatur clericus voce activa et passiva?

R. Jure communi inducitur aliquando contra canonicos negligentes vel irregulares, ex. gratia contra canonicos sacris ordinibus non initiatos: (Sess. XXII, cap. 4). Sancta vero Syn. hanc pœnam inducit contra regulares proprietatem habentes. «Quod si quis aliter quidquam tenere deprehensus aut convictus fuerit, *is biennio* activa et passiva voce privatus sit.» (Sess. XXV de Ref. Regul. cap. 2).

—In quo casu S. Syn. absolute privat beneficio et officio?

R. Præsertim clericos concubinarios (Sess. XXV, c. 14).

—Clericus privatur aliquando privilegio canonis?

R. Af. Et non tantum in casu degradationis, sed etiam in casu indebitæ ordinationis, ex cap. 10, Sess. VII: «et sic ordinati... nullo privilegio clericali præsertim in criminalibus gaudeant.»

—Quis privatur tantum officio?

R. Qui hospitalis bona male curat, et quidem non privatione tantum temporali sed perpetua (Sess. XXV, cap. 8).

—Licet ecclesiastico judici pecuniarias mulctas imponere?

R. Quamvis negatum sit a pluribus jurisperitis, attamen S. Syn. eas imponi jussit, *etiam laicis* (Nb.) Sess. XXV, cap. 3, ut dicemus infra cum de censuris imponendis.

—Quinam perpetua infamia notantur?

R. Raptor, raptaque consentiens, cæterique operam præbentes «sint *ipso facto excommunicati* et *perpetuo infames.*» (Nb.) (Sess. XXIV de Ref. matr. cap. 7). Item duellistæ et eorum fautores *perpetuæ infamiæ* poenam incurrant. (Sess. XXV, cap. 19).

—Quibus in casibus inducuntur arbitrariæ pœnæ?

R. Contra parochos prædicationem negligentes. (Sess. V, cap. 2).

2.° Quæstores eleemosynarum importunos. (Ib).

3.° Regulares qui sine superioris permissione alterius prælati seu domini servicio mancipantur. (Sess. XXV, cap. 2 de Ref. Reg.).

4.° Notarios negligentes. (Sess. XXIV, cap. 20).

5.° Matrimonium clandestinum contrahentes (Sess. XXIV de Ref. matr.).

6.° Parochos qui patrinos impedimentum contractum non monent. (Sess. XXIV, cap. 2).

—Quibus in casibus datur inhabilitatio perpetua?

R. Contra canonicos regulares ad beneficia translatos. (Sess. XIV, cap. 9).

2.° Clericos ecclesiæ bona surripientes. (Sess. XXII, cap. 11).

3.° Simoniacos munera ad beneficiorum provissionem accipientes. (Sess. XXIV, cap. 18).

4.° Jurisdictione sua in electionibus prælatorum regularium abutentes. (Sess. XXV, cap. 6 de Ref. Reg.).

5.° Matrimonium clandestinum contrahentes. (Sess. XXIV, de Ref. matrim. cap. 1.°).

6.° Sine dispensatione nubentes. (Sess. XXIV, cap. 5 de Ref. matr.).

7.° Clericos concubinarios pervicaces. (Sess. XXV, cap. 14 de Ref. in gen.).

8.° Raptores puellarum. (Sess. XXIV, cap. 6 de Ref. m.).

—Quid de excommunicationum usu S. Synodus?

R. «Quamvis excommunicationis gladius nervus sit ecclesiasticæ disciplinæ, et ad continendos in officio populos valde salutaris; sobrie tamen magnaque circunspectio-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ne exercendus est: cum experientia doceat, si temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni quam formidari, et perniciem potius parere quam salutem. Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis ad finem revelationis, ut ajunt, aut pro deperditis seu subtractis rebus ferri solent, a nemine prorsus, præterquam ab Episcopo decernantur, et tunc non alias, quam ex re non vulgari causaque diligenter ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ ejus animum moveat; nec ad eas concedendas cujusvis sæcularis, etiam magistratus, auctoritate adducatur; sed totum hoc in ejus arbitrio et conscientia sit positum: quando ipse pro re, loco, persona aut tempore eas decernendas esse judicaverit.» (Sess. XXV, cap. 3 de Ref. in genere).

—Quid ulterius ubi executio realis vel personalis facienda sit?

R. Vide supra quæ ex eodem cap. dicta sunt in Lect. CIII, fol. 501, cum de processu canonico civili.

—Licet sæculari potestati censurarum impositioni obsistere?

R. «Nefas autem sit sæculari cuilibet magistratui prohibere ecclesiastico judici, ne quem excommunicet, aut mandare ut latam excommunicationem revocet, sub prætextu, quod contenta in præsenti decreto non sint observata: cum non ad sæculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.» (Ib.)

—«Excommunicatus vero quicumque si post legitimas monitiones non resipuerit?»

R. «Non solum ad Sacramenta, et communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur; sed, si obdurato animo, censuris annexus, in illis per annum insorduerit, etiam contra eum, *tamquam de hæresi suspectum* (Nb.) procedi possit.» (Ib.)

—Pro quibus delictis imponitur degradatio?

R. Contra omnes qui atrocia delicta commitunt, pro quibus sæculari brachio tradendi sunt, et contra alia graviora in clerico delicta, puta raptum puellæ.

De hac autem accesoria pœna dicitur in lectione sequenti, ex Sess. XIII, cap. 4.

LECTIO CXIII.

DE DELICTIS CANONICIS IN GENERE.

—Quid est delictum canonicum?

R. Transgresio mandatorum Dei et Ecclesiæ, facto vel ommissione patrata in foro externo punienda.

—Est idem ac peccatum?

R. N. Nam peccatum definitur «dictum factum vel concupitum contra legem Dei» unde latius patet quam delictum, complectitur enim etiam actus internos, quos quidem non complectitur delictum.

Inde tritum axioma de *internis non judicat Ecclesia*, id est *in foro externo*, peccata enim sunt interni fori, id est in tribunali pœnitentiæ judicanda.

—Quid legibus nostris civilibus vocatur delictum?

R. «Omnis actio vel ommissio a lege punita.» (1) Hæc vero definitio delictum non a priori, et ratione moralitatis judicat, sed a posteriori et subjective, ratione pœnæ, quod enim impunitum est delictum juxta eam, non est.

Ecclesia vero jusque suum, quæ pro objecto dogma mores et disciplinam habent, non potest non moralitatem in omnibus præ oculis habere, ideoque delicta apud ipsam non sunt mala quia prohibita, sed prohibita quia mala.

—Quotuplex est delictum apud nos?

R. 1.° Mere canonicum, mere civile et mixtum.

De civilibus hic sermo non est.

Dicitur delictum canonicum illud quod supra definitum est.

Mixtum vero apud nos dicitur quod utraque lege, ecclesiastica nempe et civili, punitur, ex fœlici patriæ nostræ Ecclesiam inter et Statum fœdere, ratione unitatis catholicæ; nam in his regionibus ubi est cultuum pluralitas delicta mixta vix sunt, vel potius ut in plurimis non sunt.

---

(1) «Es delito ó falta toda accion ú omision penada por la ley.» (Art. 1.° del *Código penal*.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quotuplex vero est delictum canonicum?

R. 1.° Atrox seu gravissimum, grave et leve.

2.° Commissionis et ommissionis.

3.° Clericale tantum et commune clericis et laicis.

4.° Reservatum et non reservatum, hoc vero iterum est.

5.° Reservatum Sanctæ Sedi, et reservatum Episcopis.

6.° Publicum et occultum.

7.° Ratione instituti nostri. Extra Tridentinum, Tridentinum, et post Tridentinum; nam plura delicta erant ante Concilii hujus celebrationem, et sunt hodiedum, quæ quidem S. Syn. in canonibus suis non declaravit. Alia vero, sive antea punita, seu impunita, nominavit vel novis pœnis punienda damnavit, alia vero antiquis ignota posterioribus decretis a Sancta Sede damnantur et puniuntur.

—Quomodo solent delicta in varias classes distribui?

R. Vulgaris est in scholis nostris divisio in sex classes nempe.

1.° Delicta contra Deum ejusque mandata.
2.° — — Ecclesiam ejusque mandata.
3.° — — ecclesiasticas personas.
4.° — — ecclesiasticas res.
5.° — — publicam moralitatem.
6.° — — privatas personas.

Hæc tamen divisio pluribus repetitionibus obnoxia est, ideoque non omnibus arridet, nec pro instituti nostræ ratione sectanda videtur.

—Quam ergo ad mentem Sanctæ Syn. sequemur?

R. Quum magna affinitas sit, debeatque esse, inter pœnas et delicta, ad mentem eorum quæ in præcedentibus lectionibus dicta sunt dicemus:

1.° De delictis quæ clericis et laicis communia sunt, et præsertim de delictis mixtis.

2.° De delictis specialibus clericorum ex Trid. Syn., sive commissionis, sive ommissionis sint.

3.° De delictis communibus post Tridentinam Synodum.

4.° De minoribus delictis, ubi etiam de delictorum attenuatione.

—Quænam delicta dicuntur atrocia?

R. Ea quæ gravissimis pœnis puniuntur a jure communi vel a S. Synodo.

—Quid ergo de his S. Synodus?

R. «Cum vero tam gravia nonnumquam sint delicta ab ecclesiasticis commissa personis, ut *ob eorum atrocitatem a sacris ordinibus deponendæ, et curiæ sint tradendæ sæculari*: in quo secundum sacros canones certus Episcoporum numerus requiritur: quos si omnes adhibere difficile esset, debita juris, executio differretur; si quando autem intervenire possent, eorum residentia intermitteretur, propterea statuit, et decrevit: Episcopo per se, seu illius Vicario in spiritualibus generali, contra clericum in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutum etiam ad illius condemnationem nec non verbalem depositionem, et per se ipsum etiam ad actualem atque solemnem degradationem ab ipsis ordinibus et gradibus ecclesiasticis, in casibus in quibus aliorum Episcoporum præsentia in numero a canonibus definito requiritur, etiam absque illis procedere liceat: adhibitis tamen in hoc assistentibus totidem abbatibus usum mitræ et baculi ex privilegio apostolico habentibus, si in civitate, aut diœcesi reperiri, et commode interesse possint; alioquin aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graves, ac juris scientia commendabiles existant.» (1)

—Quænam alia regula contra gravissima et atrociora crimina?

R. Ex reservatione pendet, nam ea S. Synodus a solis Rom. Pont. et Episcopis absolvenda declaravit his verbis: «Magnopere vero ad christiani populi disciplinam pertinere Sanctissimis Patribus nostris visum est ut *atrociora quædam et graviora crimina* non a quibusvis sed a summis dumtaxat sacerdotibus absolverentur» prouti supra dictum est (Lect. XXIII, fol, 106 ex Sess. XIV, cap. 7) ubi de reservatis Sanctæ Sedi et Episcopis criminibus sermo fit.

(1) Ex legibus nostris vigentibus clericus capite plectendus prius sacris exanctoratur. Id hoc citatur Episcopus qui eum degradare debet, si vero post triduum degradatus non fuerit lictori interficiendus traditur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quænam delicta juris communis in Decretalibus punita a S. Syn. recensita ~~non~~ sunt?

R. Ex jure communi, et libro V. Decretalium Gregorii IX, sunt.

	Delictum.	Tit.	Poena.
1.°	Calumnia.....	(tit. 2.°)	Suspensione ab officio et beneficio punitur.
2.°	Simonia.....	(tit. 3.°)	Depositione.
3.°	Hæresis.....	(tit. 7.°)	Anathemate.
4.°	Schisma.....	(tit. 8.°)	Nullitate actuum et aliis.
5.°	Apostasis clericalis.....	(tit. 9.°)	Ammissione fori.
6.°	Apostasis monastica....	(Ib.)	Perpetuo carcere.
7.°	Rebaptizatio.....	(Ib.)	Salutifera coactione (arbitraria).
8.°	Filiorum occisio in raptu iræ et cum pœnitentia.....	(tit. 10)	Reclusione in monasterio
9.°	Expositio minorum.....	(tit. 11)	Privatione jurium paternalium.
10.	Homicidium furis.....	(tit. 12)	Pœnitentia et jejunio.
11.	Idem a presbytero.....	(Ib.)	Pœnitentia perpetua.
12.	Veneficus.....	(Ib.)	Tamquam homicida voluntarius punitur.
13.	Complicatio in homicidio.....	(Ib.)	Pœnitentia.
14.	Torneamenta.....	(tit. 13)	Privatione ecclesiasticæ sepulturæ si in eo moriatur.
15.	Duellum clerici.....	(tit. 14)	Depositione.
16.	Sagitariatus vel inventio machinarum ad plures occidendos.	(tit. 15)	Anathemate.
17.	Adulterium.....	(tit. 16)	Excommunicatione et separatione.
18.	Stuprum..	(Ib.)	Nubere cum stuprata vel e contrario dotatio illius, pænitentia et retrusio in monasterio imponuntur.
19.	Rapina.....	(tit. 17)	Excommunicatione punitur.
20.	Incendium ecclesiæ...	(Ib.)	Excommunicatione et damnorum reparatione.

21.	Furtum sine necessitate.....	(tit. 18)	Excommunicatione punitur donec pœniteat.
22.	Furtum in necessitate.	(Ib.)	Pœnitentia per tres hebdomadas.
23.	Usuræ manifestæ.....	(tit. 19)	Excommunicatione et restitutione.
24.	Crimen falsi seu falsificatio litterarum Apostolicarum.....	(tit. 20)	Anathemate.
25.	Sortilegium.....	(tit. 21)	Dies 40 pœnitentiæ imponuntur.
26.	Id. a clerico patratum.	(Ib.)	Suspensione per annum punitur.
27.	Venatio strepitosa in clerico.....	(tit. 23)	Suspensione temporali a communione.
28.	Percussio a clerico facta.	(tit. 25)	Suspensione ab officio.
29.	Maledicentia clerici in superiores.....	(tit. 26)	Pœna arbitraria.
30.	Blasphemia.....	(Ib.)	Pœnitentia publica.
31.	Officium a clerico excommunicato vel suspenso ministratum...	(tit. 27)	Depositio.
32.	Officium a clerico non ordinato ministratum.	(tit. 28)	Suspensio et inhabilitas ad ulteriora.
33.	Ordinatio per saltum ex inscientia.....	(tit. 29)	Pœnitentia.
34.	Ordinatio furtiva.....	(tit. 30)	Reclusio in monasterio cum suspensione.
35.	Excessus Prælatorum in jurium exactione...	(tit. 31)	Variæ pœnæ: correctio.
36.	Violatio privilegiorum.	(tit. 33)	Privatio propriorum privilegiorum.

Alia plura sunt, et ex aliis libris, quæ congerere longum foret, et obscurum nimis. Dicta ergo sufficiant, quamvis brevissima, nam hæc provinciæ nostræ hon est.

—Privatio ecclesiasticæ sepulturæ est pœna accessoria?

R. Af. Nam imponitur tantum his qui extra Ecclesiæ communionem mortui sunt, juxta illud quod supra dictumest lect. XC. fol. 444.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO CXIV.

DE DELICTIS COMMUNIBUS, SEU QUÆ A CLERICIS ET LAICIS COMMITTUNTUR.

—Quænam delicta dicuntur canonicæ communia?

R. Illa quæ a clericis et laicis patrantur, cum non ratione status, dignitatis aut officii alicujus ecclesiastici, committantur, sed humanitatis et christianæ vitæ propria sint, nam de infidelibus sermo non est, cum Apostolus dicat «Quid mihi de his qui foris sunt judicare.» (1.ª Cor. 5).

—In his delictis eadem pœna imponitur clerico quæ laico?

R. N. Sed generatim gravior est, cum quodlibet delictum gravius sit in clerico quam in laico, ratione scandali si publicum sit, et ratione majoris perfectionis quam clericus habere debet, etiamsi occultum maneat.

—Quænam sunt ergo delicta clericis et laicis juxta S. Syn. communia?

R. 1.° Hæresis.
2.° Schisma.
3.° Apostasia a fide.
4.° Sacrilegium, seu detentatio bonorum Ecclesiæ, vel piorum locorum.
5.° Incontinentia, cuncubinatus, raptus et alia hujus generis crimina.
6.° Violatio clausuræ regularis.
7.° Violatio immunitatis ecclesiasticæ.
8.° Locorum religiosorum vel sacrorum profanatio.
9.° Duellum seu monomachia.
10. Simonia.
11. Homicidium.
12. Superstitiones.

Aliqua horum, veluti raptus et duellum, laicalia plus quam clericalia sunt, cum vix et rarissime a clericis patrata inveniantur.

Alia e contra plus clericalia quam laicalia, vel saltem in clericis specialia et graviora de quibus in sequenti lectione.

—Quid de hæresis delicto?

R. «Sancta Synodus id potissimum curavit ut præcipuos hæreticorum nostri temporis errores damnaret et anathematizaret, veramque et catholicam doctrinam traderet et doceret, prout damnavit, *anathematizavit* et definivit.» (Sess. XXV in fine.)

His verbis antiquas anathematis et excommunicationis majoris pœnas contra hæreticos renovavit, et etiam accessorias omnes, inclusa excommunicatione minori contra eos qui cum hæreticis vitandis sine causa conversantur.

—Si vero hæreticus fuerit clericus aut prædicator?

R. Vide in lectione sequenti.

—Quid de schismaticis?

R. Sancta Synodus non tantum de schismaticis quantum de hæreticis egit. Attamen confixit eos in eadem hæreticorum pœna, cum de inani illorum fiducia sermonem habuit (Sess. VI, cap. 9 de justific.) his verbis: «Cum apud hæreticos et *schismaticos* possit esse, imo nostra tempestate sit, et magna contra Ecclesiam catholicam contentione prædicetur vana hæc et ab omni pietate remota fiducia.»

—Quæ pœna contra apostatas?

R. Apostasia duplex est, a *fide* nempe, vel a *religione professa*: de hac in lectione sequenti, nam clericorum vel saltem religiosarum personarum propria est. Apostasis vero a fide eadem ac hæresis pœna punitur, unde Trid. Syn. nihil de hac in specie dixit, sed inter hæreticorum errores anathematizavit.

—Quid de sacrilegii delicto?

R. «Anathemati tamdium subjaceat, quamdiu... integre restituerit ac deinde *a Rom. Pont.* absolutionem obtinuerit.» (Nb.) Unde est pœna reservata, (Sess. XXII, cap. 12.) V. Lect. LXXV, fol. 370.

Hoc vero delictum est commune, nam verba Concilii in capitis initio hæc sunt: «*Si quem clericorum* vel *laicorum*, quacumque his dignitate etiam Imperali aut Regali præfulgeat etc.»

—Quid vero si sacrilegus detentator clericus sit?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Vide in lectione sequenti, nam præter excommunicationem habet Clericus privationem beneficii, suspensionem ab officio et inhabilitatem.

—Quid de concubinatus pœna?

R. «Grave peccatum est, homines solutos concubinas habere, gravissimum vero, et in hujus magni sacramenti singularem contemptum admissum, uxoratos quoque in hoc damnationis statu vivere, ac audere eas quandoque domi etiam cum uxoribus alere et retinere. Quare, ut huic tanto malo Sancta Synodus opportunis remediis provideat, statuit hujusmodi concubinarios, tam solutos quam uxoratos, cujuscumque status, dignitatis et conditionis existant, si, postquam ab ordinario, etiam ex officio, ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non ejecerint: seque ab earum consuetudine non sejunxerint, excommunicatione feriendos esse, a qua non absolvantur, donec re ipsa admonitioni factæ paruerint.» (Sess. XXIV, cap. 8 de Ref.)

—«Quod si in concubinatu per annum, censuris neglectis, permanserint?»

R. «Contra eos ab ordinario severe pro qualitate criminis procedatur. Mulieres, sive conjugatæ, sive solutæ, quæ cum adulteris seu concubinariis publice vivunt, si ter admonitæ non paruerint, ab ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio graviter pro modo culpæ puniantur; et extra oppidum, vel diœcesim, si id eisdem ordinariis videbitur, invocato, si opus fuerit, brachio sæculari, ejiciantur: aliis pœnis contra adulteros et concubinarios inflictis, in suo robore permanentibus.» (Ib.)

—Quid vero si concubinarius clericus fuerit?

R. In lectione sequenti require, ubi hoc delictum etiam in Episcopo punitur.

—Quid de raptus delicto?

R. «Raptor ipse ac omnes illi consilium, auxilium, et favorem præbentes *sint ipso jure excommunicati et perpetuo infames* omniumque dignitatum incapaces.» (Nb.)

Unde pœna sunt excommunicatio major, cum accessoriis infamiæ et inhabilitatis. (V. Lect. XCV, fol. 467 (et prouti est delictum mixtum in lectione sequenti.

—Et si clerici fuerint?

R. «*De proprio gradu decidant.*» (Ib,) Unde præter dictas pœnas depositione puniuntur.

—Quid de violatione locorum ecclesiasticorum?

R. Comprehenduntur in antecedenti declaratione; ait enim: «Ecclesiæ et personarum ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione et *canonicis sanctionibus* constitutam.»

—Quid contra irreverentias in locis sacris?

R. «Ab ecclesia vero musicas eas ubi sive organu, sive cantu lascivum aut impurum aliquid miscetur, item sæculares omnes actiones, vana atque adeo *profana colloquia, de ambulationes, strepitus, clamores* arceant. Sess. XXII, decretum de observandis et vitandis in sacrificio Missæ: et prouti delictum mixtum Vide etiam in lectione sequenti et CXI, fol. 542.

—Quid contra superstitiones?

R. «Quemdam vero Missarum et candelarum certum numerum, qui magis a superstitioso cultu, quam a vera religione inventus est omnino ab Ecclesia removeant.» (Ib.)

—Qua pœna hæc superstitiones hique abusus puniuntur?

R. Arbitrariis pœnis et censuris ab ordinariis locorum imponendis. «Ad ea inviolate servanda censuris ecclesiasticis aliisque pœnis quæ illorum arbitrio constituentur fidelem populum compellant.» (Ib.)

—Qua pœna puniuntnr clausuræ monasticæ violatores?

R. «Ingredi autem intra septa monasterii nemini liceat cujuscumque generis *aut conditionis*, sexus vel ætatis fuerit, sine Episcopi vel superioris licentia *in scriptis obtenta*, (Nb.) sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda.» Mt. V. Lect. LXIII fol. 303-307.

—Quid de ecclesiasticæ immunitatis violatione?

R. Antiquorum canonum pœnas renovavit prouti supra dictum est. Ex Sess. XXV, cap. 20, Lect. LXIX, fol. 540.

—Qua pœna simoniacus punitur?

R. Tam *dantes quam* accipientes, ultra divinam ultionem, pœnas a jure inflictas ipso jure incurrant.« (Sess. XXI, cap. 1.º)

Unde pœna est renovata et arbitraria et præcipua excommunicationis. V. Lect. XXV, fol. 118.

—Possunt hanc pœnam incurrere laici?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. Af. Nam munus a manu, a lingua et ab obsequio non tantum clerici sed laici possunt dare vel accipere.

—Incurritur simonia accipiendo munera ob synodale examen?

R. Af. «Caveantque ne quidquam prorsus occasione hujus examinis, nec ante, nec post accipiant, alioquin simoniæ vitium tam ipsi quam alii dantes incurrant.» (Sess. XXIV, cap. 18.)

—Hoc crimen est commune vel speciale?

R. Commune, nam potest et a laicis incurri, nam possunt esse examinatores in concursu «aut *etiam sæculares*» ut S. Syn. ait. (Ib.) V. Lect. XLV, fol. 203.

—Quid de monomachiæ delicto?

R. «Detestabilis duellorum usus, fabricante diabolo, introductus, ut cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex christiano orbe penitus exterminetur. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites et quocumque alio nomine, domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris suis inter christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati: ac jurisdictione, et dominic civitatis, castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur; et si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur.» (Sess. XXV, cap. 19.)

—«Qui vero pugnam commisserint, et qui eorum patrini vocantur?»

R. «*Excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ae perpetuæ infamiæ* pœnam incurrant; et ut homicidæ, juxta sacros canones, puniri debeant; et, si in ipso conflictu decesserint, *perpetuo careant ecclesiastica sepultura.*» (Ib.)

—«Illi etiam qui consilium in causa duelli, tam in jure quam facto dederint, aut alia quacumque ratione ad id quemquam suaserint, necnon spectatores?»

R. «Excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur: non obstante quocumque privilegio, seu prava consuetudine, etiam immemorabili.» (Ib.)

—Qua pœna homicidæ puniuntur?

R. Præter pœnas a jure Decretalium et civili inflictas

(nam delictum mixtum est) puniuntur irregularitatis censura tam homicidæ voluntarii quam casuales.

—Quid S. Syn. contra homicidas voluntarios?

R. «Cum etiam qui per industriam occiderit proximum suum, et per insidias, ab altari avelli debeat; qui sua voluntate homicidium perpetraverit, etiam si crimen id nec ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoveri possit; nec illi aliqua ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum, conferri liceat: sed omni ordine, ac beneficio, et officio ecclesiastico perpetuo careat.» (Sess. XIV, cap. 7.)

—«Si vero homicidium non ex proposito, sed casu vel vim vi repellendo, ut quis se a morte defenderet, fuisse commissum narretur; quam ob causam etiam ad sacrorum ordinum, et altaris ministerium, et beneficia quæcumque, ac dignitates, jure quodammodo dispensatio debeatur?»

R. «Committatur loci ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu vicionori Episcopo, qui non nisi causa cognita et probatis precibus, ac narratis, nec aliter, dispensare possit.» (Ib.)

LECTIO CXV.

DE DELICTIS MIXTIS QUÆ PRÆSERTIM LAICORUM SUNT.

—Quænam delicta sunt mixta in Hispania?

R. 1.° Conatus abolendi vel variandi apud Hispaniam ejusque ditiones catholicam nostram religionem. (1)

2.° Actus publicus cujuslibet cultus, qui catholicus non sit.

3.° Excitatio publica ad præceptorum Ecclesiæ contemptum.

---

(1) Título primero del libro segundo del Código penal, dado en 1848 y vigente.—De los delitos contra la religion.
Articuli in quibus hæc delicta continentur et puniuntur sunt a 128 ad 138 inclusive.

4.° Irrisio publica sacrorum, vel mysteriorum religionis catholicæ, et etiam sacramentorum, imaginum, vel sacrorum vasuum profanatio vel conculcatio.

5.° Sacrorum intra vel extra templum turbatio.

6.° Injuria opere vel facto illata sacerdoti, vel cultus ministro, in hujus exercitio.

7.° Apostasis a religione catholica, quæ si ab Hispano cive fiat (1) perpetua relegatione punitur.

8.° Exhumatio cadaverum vel eorum mutilatio.

9.° Duellum, vel illius provocatio. (2)

10. Adulterium et concubinatus. (3)

11. Raptus puellæ minoris 12 annis, vel majoris ipsa invita.

12. Stuprum et seductio minorum ad turpia.

13. Matrimonia clandestina, vel inita cum impedimento dirimenti dispensabili, de quibus vide Lect. XCV, fol. 470.

14. Matrimonium ejus qui sacros ordines accepit vel castitatis votum emmissit.

15. Bigamia. (4)

---

(1) Si apostasis committatur ab extero apud nos degente erit delictum canonicum sed non mixtum; lex enim de Hispanis loquitur, et pro nobis data est. Pœnitens absolvitur a pœna civili si Ecclesia eum absolvit.

(2) Homicidium, infanticidium et abortus delicta quoque mixta sunt, nam et in antiquis canonibus et Decretalibus puniuntur. Hodie autem raro in tribunalibus ecclesiasticis persequuntur, nisi ex speciali causa; sed civilibus punienda relinquuntur.

Idem de duello, nisi in casu applicationis censurarum. Hujus circunstantias et pœnas vide cap. 6, tit. 9, lib. 2, pœnalis legis, art. 349 ad 357 inclusive.

(3) De adulterio ibidem, cap. 1, tit. 10, art. 358 ad 362.

Art. 359. No se impondrá pena por delito de adulterio sino en virtud de la querella del marido agraviado. Este no podrá deducirla sino contra ambos culpables, si uno y otro vivieren.

Art. 362. El marido que tuviere manceba *dentro de la casa conyugal ó con escándalo* (Nb.) será castigado con la pena de prision correccional. La manceba será castigada con la de destierro.

Non ergo punitur in soluto vel soluta; nec etiam in conjugato punitur concubinatus sed potius *scandalum concubinatus.*

(4) Art. 395. «El que contrajere segundo ó ulterior matrimonio sin hallarse legítimamente disuelto el anterior, será castigado con la pena de prision mayor.

En igual pena incurrirá el que contrajere matrimonio estando ordenado *in sacris* ó ligado con voto solemne de castidad.»

—Sunt etiam alia delicta mixta?

R. Af. Hæc vero computantur inter minora, seu *faltas*. (1)

1.° Blasphemia. 2.° Irrisio sacrorum picturis vel figuris facta. 3.° Irreverentia ad valbas templi, vel irrisio fidelium qui ad illud concurrunt. 4.° Obscenarum imaginum expositio. Hæc omnia pecuniaria mulcta ac reprehensione puniuntur.

Alia forsan reperire fas esset, dicta vero sufficiant.

—Actus puniendi hæc delicta canonica civilibus pœnis est intrusio potestatis civilis?

R. N. Sede contra est actus valde meritorius, si in auxilium ecclesiasticarum legum dentur, quin Ecclesiæ sua jurisdictio adimatur, quod quidem ita apud nos et hisce legibus fit.

—Inobservantia festorum et alia quæ in Recopilat. legibus vetabantur sunt hodiedum delicta mixta?

R. N. Non enim prohibentur in hac novissima lege.

LECTIO CXVI.

DE SPECIALIBUS DELICTIS CLERICORUM.

—Quænam sunt delicta clericorum?

R. Ea quæ ratione officii vel beneficii committuntur, unde speciali pœna puniuntur.

—Quot sunt horum delictorum species?

R. 1.° Commissionis, et ommissionis.

2.° Communia clericis et laicis, quæ tamen in illis sæveriori pœna distinguntur.

3.° Communia omnibus clericis, et propria aliorum dignitates vel beneficia habentium.

4.° Delicta mere civilia quæ civilibussed non ecclesiasticis legibus puniuntur, et mere canonica quæ ecclesiasticis tantum sed non civilibus legibus puniuntur.

---

(1) Libro 3.° de las faltas: título 1.°, art. 481 y 482.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quænam sunt delicta clericorum in genere et ex commissione?

R. 1.° Acumulatio beneficiorum.
2.° Vagantia.
3.° Intrusio in aliena jura.
4.° Violatio sigilli sacramentalis.
5.° Aucupia et assistentia ludis theatralibus.
6.° Ordinatio fraudulenta.

—Quid de acummulatione beneficiorum?

R. Vide quæ supra dicta sunt lect. LXXVII, fol. 376 et seq. Pœna autem imposita est privationis beneficii vel beneficiorum. (V. Ibidem fol. 378).

—Quid de vagantia seu non residentia?

R. V. supra lect. LXVIII, fol. 334, ubi prohibetur ex Sess. XXIII, cap. 16: «nec incertis vagetur sedibus.»

—Quid de ordinatione fraudulenta?

R. V. quæ supra dicta sunt. (Lect. LXVII, fol. 331-333).

—Quid de assistentia choreis, aleis et aliis hujusmodi?

R. Pœnis «arbitrio ordinarii imponendi» puniuntur, ex Sess. XXII, cap. 1.°. V. Lect. LXX, fol. 346, et etiam ex cap. 12. Sess. XXIV: Lect. XXXV, fol. 165.

—Quænam sunt delicta communia, quæ speciali modo puniuntur in clerico quam in laico cum in ipso graviora sint.

R. 1.° Errorum disseminatio præsertim in prædicatione.
2.° Concubinatus Episcopi vel clerici.
3.° Apostasia ab statu clericali, vel a regulari, illorumque habitu.
4.° Bonorum ecclesiasticorum aut piorum usurpatio.
5.° Avaritia in sacrorum exercitio.
6.° Simonia specialis in provissione beneficiorum.

—Quænam sunt delicta specialia aliquorum clericorum?

R. Ea quæ ratione dignitatis, beneficii aut specialis status aut regulæ committuntur nempe.
1.° Delicta Episcoporum ex invassione alieni juris.
2.° Ordinatio incompetenter facta.
3.° Delictum capituli dantis reverendas sede vacante.

4.° Parochi male ministrantis.
5.° Parochi aliena jura invadentis.
6.° Proprietas in eo qui paupertatis votum habet.

—Quænam sunt delicta clericorum ex ommissione?

R. Alia sunt Episcoporum, alia habentium beneficium vel officium aliquod ecclesiasticum, vel munus aliquod ab Ecclesia acceptum, quæ, cum plura sint, speciali synopsi in lectione sequenti computantur.

—Quænam sunt delicta civilia clericorum?

R. Ea quæ lex civilis quandoque punit, non vero puniuntur canonicis sanctionibus, quin etiam aliqua eorum nec habentur ab illis tamquam delicta.

Potiora autem hæc sunt, quæ quidem continentur in cap. 9, tit. 8, lib. 1, pœnalis codicis.

1.° Abusus in prædicatione, si nempe clericus verbo vel scripto civilis potestatis actus tamquam abusivos et religioni contrarios impugnaverit.
2.° Negatio remissionis processus ab auctoritate judiciali civili petiti per recursum ab abusu.
3.° Abusus in exercitio jurisdictionis, qui quidem coercentur prouti alii abusus civilium curialium.
4.° Publicatio Bullarum sine Regio prævio placito.

—Hi actus possunt dici delicta mixta?

R. N. Nam aliqua eorum non prohibentur ab Ecclesia, ergo non sunt delicta contra eam: nec sunt mixta quia ad hoc requiritur ut ab utraque potestate coerceantur et puniantur.

—Quid de errorum a prædicatoribus disseminatione?

R. «Episcopus ei prædicationem interdicat.» (Sess. 5, cap. 2).

—Quod si hæreses prædicaverit?

R. «Contra eum secundum juris dispositionem aut loci consuetudinem procedat.» (Ib.)

—Quid si hæresis disseminator Episcopus fuerit?

R. Vide supra lect. CIV, fol. 504, ex Sess. XXIV, cap. 5, quod incipit. «Causæ criminales graviores contra Episcopos etiam hæresis, quod absit, qua depositione aut privatione dignæ sunt, etc.»

—Quid de concubinatu clericorum?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

R. «Quam turpe, ac clericorum nomine, qui se divino cultui addixerunt, sit indignum in impudicitiæ sordibus, immundoque concubinatu versari, satis res ipsa, communi fidelium omnium offensione, summoque clericalis militiæ dedecore, testatur. Ut igitur ad eam, quam decet continentiam, ac vitæ integritatem ministri Ecclesiæ revocentur; populusque hinc eos magis discat revereri, quos illos vita honestiores cognoverit, prohibet Sancta Synodus quibuscumque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra detinere, aut cum iis ullam consuetudinem habere audeant: alioquin pœnis, a sacris canonibus, vel statutis Ecclesiarum impositis puniantur.» (Sess. XXV, cap. 14).

—«Quod si a superioribus moniti, ab iis se non abstinuerint?»

R. «Tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum suorum quorumcumque, et pensionum, ipso facto sint privati: quæ fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi applicetur.» (Ib.)

—«Sin vero in delicto eodem cum eadem, vel alia femina perseverantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint?»

R. «Non tantum fructus omnes ac proventus suorum beneficiorum et pensiones ex ipso ammittant, qui prædictis locis applicentur, sed etiam a beneficiorum ipsorum administratione quoad ordinarius, etiam ut Sedis Apostolica delegatus arbitrabitur, suspendatur.» (Ib.)

—Quid ulterius?

R. Etiam inhabilitate perpetua et excommunicatione majori puniri possunt ut patet ex supradictis lect. CVII. fol. 523 cum de summarissimo judicio.

—«Clerici vero beneficia Ecclesiastica, aut pensiones non habentes?»

R. «Juxta delicti, et contumaciæ perseverantiam, et qualitatem ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisve modis, juxta sacros canones, puniantur.» (Ib.)

—«Episcopi quoque, quod absit, si ab hujusmodi crimine non abstinuerint, et a Synodo provinciali admoniti se non emendaverint?»

R. «Ipso facto sint suspensi: et, si perseverent, etiam ad Sanctissimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur; qui pro qualitate culpæ, etiam per privationem, si opus erit, in eos animadvertat.»

—Quam specialem pœnam incurrit clericus bonorum ecclesiasticorum seu piorum usurpator?

R. V. supra lect. LXXV, fol. 370 ex Sess. XXII, cap. 1.°). «Clericos vero,» etc.

—Quid de apostasia et dimissione habitus clericalis seu regularis?

R. Dimmissio habitus clericalis privatione officii et beneficii punitur, ex cap. 6, Sess. XIV. V. Lect. LXX, fol. 348. Quoad regulares vero V. Lect. LXI, fol. 290-292, ex cap. 4 et 11. Sess. XXV, de Ref. Regul.

—Quid de speciali delicto avaritiæ in sacrorum exercitio?

R. Præsertim continentur in illis verbis: «Atque ut multa paucis comprehendantur, in primis quod ad avaritiam pertinet cujusvis generis mercedum conditiones, pacta et quidquid pro Missis novis celebrandis datur, necnon importunas atque illiberales eleemosynarum exactiones potius quam postulationes, *aliaque* hujusmodi quæ a simoniaca labe, vel certe a turpi quæstu non longe absunt, omnino prohibeant.» (Sess. XXII, de observandis et evitandis in celebrat Missæ).

—Quid de simonia in præsentatione et provissione beneficiorum?

R. V. supra lect. XXXVI, fol. 167 et quæ ibi dicta sunt ex cap. 14 Sess. XXIV de Ref. in gen.

—Quænam sunt delicta specialia Episcoporum in alieni juris usurpatione vel invasione?

R. Primo in exercitio Pontificalium in aliena diœcesi. (Sess. VI, cap. 5).

2.° In ordinatione alieni subditi: (Sess. IX, cap. 23, et XXIII, cap. 8) in quo ordinans et ordinatus suspensionis pœna feriuntur.

3.° Episcopus titularis qui sine licentia diœcesani pontificalia exercet, cap. 2, Sess. XIV, qui quidem suspensione exercitii pontificalium per annum interdicuntur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

De his tribus delictis. V. Lect. XIX, fol. 84 et seq.

—Qua pœna puniuntur qui dant reverendas contra jus?

R. Suspensione temporali ab officio et beneficio per annum, ex cap. 10, Sess. XXIII.

—Quænam est pœna parochi male ministrantis?

R. Præsertim hæc imponitur matrimonii sacramentum male celebranti, de quo vide Sess. XXIV de Ref. matr. cap. 1. Lect. XCIII, fol. 455 et 457.

—Quænam parochi scandalosi?

R. Suspensio, et in pertinaciæ casu privatio ex Sess. XXI, cap. 6. V. Lect. XLIX, fol. 224.

—Quid de regulari proprietatem habente?

R. Suspensione vocis activæ et passivæ punitur ex cap. 3, Sess. XXV de Ref. reg.

LECTIO CXVII.

DE DELICTIS EX OMMISSIONE ET NEGLIGENTIA.

—Culpæ ommissionis et negligentiæ sunt tantum defectus (hispanice *faltas*) seu levia delicta?

R. N. Nam aliquæ earum etiam diris et gravioribus pœnis puniuntur. E contra sunt delicta commissionis, quæ pœnis non ita gravibus coercentur vel expiantur.

—Quot inveniuntur ommissionis delicta in S. Syn. punita?

R. Possunt censeri vigintiquatuor præcipua, quæ fere omnia clericorum tantum sunt, quamvis aliqua eorum etiam a laicis personis committi possint.

Horum autem octo sunt Episcoporum: octo clericorum officium vel beneficium ecclesiasticum habentium: octo alia denique etiam a laicis incurri possunt.

—Sunt etiam præter hos alii negligentiæ casus?

R. Af. Præsertim in minoribus culpis, quæ tantum nullitate aut devolutione puniuntur, de quibus in altera Lectione.

In præsenti vero expendemus primo delicta, deinde pœnas ex ipsius S. Syn. verbis.

—Quænam sunt ergo ommissionis delicta?

R. Delicta Episcoporum ex ommissione sunt.

1.° Negligentia in prædicando.

2.° In residendo.

3.° In ommittendo consecrationem suam ultra tres menses.

4.° In visitando diœcesim suam.

5.° In fundatione Seminarii.

6.° In assistendo provinciali Concilio, vel celebrando diœcesano.

7.° In admissione Tridentinorum decretorum.

8.° In regularium vigilantia.

—Quænam sunt ommissiones beneficiatorum?

R. Alia canonicorum, alia parochorum sunt.

9.° Negligentia canonici in susceptione sacrorum ordinum.

10. In assistendo canonicis horis.

11. Negligentia parochi in litterarum studio, ita ut ignarus fiat.

12. In prædicando.

13. In monendo patrinos baptismi affinitatem cum baptizato contractam.

14. In residendo.

15. In usu clericalium vestium, quod quidem non beneficiatis tantum sed clericis omnibus injungitur.

16. Negligentia judicis ecclesiastici in appellatione mittenda.

—Quænam sunt delicta ommissionis in his qui ecclesiastica officia seu munia habent?

R. 17. Superioris regularis in monendo Episcopum de professione a sanctimoniali facienda.

18. Clericorum minorum ordinum et sacristarum in officio et functionibus suis.

19. Administratorum hospitalium ecclesiasticorum aut religiosorum in horum administratione et cura.

20. Notariorum ecclesiasticorum in differenda exhibitione appellationis.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

21. Professorum in Seminario docentium.
22. In festorum dierum celebratione.
23. In confessione peccatorum annua.
24. In paschalis communionis præcepto adimplendo.

Decimarum insolutio inter commissionis delicta plus quam inter ommissionis haberi debet. Jejuniorum vero observantia plus interni quam externi fori est; (secluso scandali casu), nam hujus negligentiam Dei judicio relinquit S. Syn. illis verbis «qui vero contemnunt Deum ipsum ultorem sentient.» (Sess. XXV in continuat).

—Quid S. Syn. de negligentia Episcopi in prædicando?

R. «Si quis hoc adimplere præsumpserit districtæ subjaceat ultioni.» (Sess. V, cap. 2) V. Lect. XVII.

—Quid de negligentia in residendo?

R. Si absit sex menses privatur quarta parte fructuum unius anni: si alios sex alia quarta. «Crescente vero contumacia severiori sacrorum canonum censuræ subjiciatur.» (Sess. VI, cap. 1.°, Sess. XXIII, cap. 1.°) V. Lect. XVIII.

—Quid de Episcopo consecrationem negligente?

R. «Si munus consecrationis intra tres menses non susceperint ad fructuum perceptorum restitutionem teneatur.»

«Si intra totidem menses postea id facere neglexerint ecclesiis ipso jure sint privati.» (Sess. XXIII, cap. 2) Vide Lect. XV, fol. 68.

—Quid de Episcopo negligente visitationem diœcesis?

R. «Ejus diœcesis a Metropolitano visitatur.» Sess. VII, cap. 8, Sess. XXIV de Ref. in gen., cap. 3.) V. Lect. IX, fol. 41.

—Quid de Episcopo negligente fundationem Seminarii?

R. «Episcopum Archiepiscopus, Archiepiscopum et superiores Synodus provincialis *acriter corripere*... studiose curabit.» (Sess. XXIII, cap. 18.) Lect. LXV, fol. 320.

—Quid de negligentia in assistendo prov. Concilio vel celebranda diœces. Synodo?

R. «Quod si in his tam Metropolitani, quam Episcopi, suprascripti negligentes fuerint pœnas sacris canonibus sancitas incurrant.» (Sess. XXIV, cap. 2.) V. Lect. XI, fol. 48, et XXI, fol. 77.

—Quid de admissione Tridentini?

R. Episcopi comprovinciales statim Summum Rom. Pont. admonere sub pœna divinæ indignationis teneantur. (Sess. XXV, cap. 2.) Lect. XI, fol. 50.

—Quid de negligentia Episcopi in vigilantia regularium?

R. «Episcoporum negligentiam Concilia provincialia suppleant et *coercea nt*.» (Sess. XXV, cap. 22.)

—Quid de negligentia canonici in susceptione sacrorum ordinum?

R. «Vocem in hujusmodi in ecclesiis in capitulo non habeat.» (Sessio XXII, cap. 4.°)

—Quid de negligentia in officiorum suorum exercitio?

R. «Cogantque Episcopi eos diebus statutis dictos ordines per se ipsos exercere... sub eisdem et aliis gravioribus pœnis.» (Ib. V. Lect. XXXV, fol. 161).

—Quid de negligentia in assistendo canonicis horis?

R. «Si personaliter competens sibi servitium, juxta formam ab eisdem Episcopis præscribendam quolibet die stato non impleverint, illius diei distributionem ammittant etc.» (Sess. XXII, cap. 3.) V. Lect. XXXV, fol. 162.

—Quid de negligentia parochi in litterarum studio?

R. «Si alias honestæ vitæ sint, coadjutores aut vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint.» (Sess. XXI, cap. 6.) V. Lect. XLIX, fol. 224.

—Quid de negligentia parochi in prædicando?

R. «Ubi ab Episcopo moniti trium mensium spatio muneri suo defuerint per censuras ecclesiasticas seu alias ad ipsius Episcopi arbitrium cogantur.» (Sess. V, cap. 2, Sess. XXIV, cap. 4 de Ref. in gen.) V. Lect. XLVI, fol. 209.

—Quid de parocho negligente in monendo patrinos de contracto impedimento?

R. «Si parochi culpa vel negligentia secus factum fuerit arbitrio ordinarii puniatur.» (Sess. XXIV, cap. 2 de Ref. matrim.) Lect. XCV, fol. 466.

—Quid de parocho residentiam negligente?

R. «Eadem omnino etiam quoad culpam, ammissionem fructuum, et pœnas de curatis inferioribus et aliis quibus-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cumque qui beneficium aliquod ecclesiasticam curam animarum habens sacrosancta Syn. declarat et decernit.» (Sess. XXIII, cap. 1 de Ref.) Lect. XLVI, fol. 208.

—Quid de negligentia in usu clericalium vestium?

R. «Per suspensionem ab ordinibus, ac officio et beneficio, ac fructibus reditibus et proventibus ipsorum beneficiorum, nec non si semel correpti denuo in hoc deliquerint etiam per privationem officiornm et beneficiorum hujusmodi coerceri possint et debeant.» (Sess. XIV, cap. 6.)

—Quid de negligentia judicis in appellationum devolutione?

R. Notarius arbitrio ordinarii suspendatur, et teneatur ad dupli pœnam.

Judex vero etiam «ad eamdem dupli pœnam prout supra teneatur.» (Sess. XXIV. cap. 20 de Ref.) Lect. CVIII, fol. 529.

—Quid de præfecta monasterii quæ Episcopum de professione facienda certiorem non facit?

R. «Quamdiu Episcopi videbitur ab officio sit suspensa.» (Sess. XXV, cap. 17 de Ref. Reg.) Lect. LXIII, fol. 304.

—Quid de clerico in minorum ministerio negligente?

R. «Ordinarii judicio aut ex parte mulctari aut in totum privari possit.» (Sess. XXIII, cap. 17.)

—Quid de negligentia in administratione hospitalium?

R. «Non solum per ecclesiasticas censuras et alia juris remedia ad id compelli possint, sed etiam hospitalis ipsius administratione, curave perpetuo privari possint etc.» (Sess. XXV, cap. 8.°) Lect. LXXXIX, fol. 438.

—Quid de negligentia eorum qui debent docere in Seminariis?

R. «Si idonei fuerint etiam per substractionem fructuum docere compellantur. Quod si judicio Episcopi digni non fuerint alium qui dignus sit nominent.» (Sess. XXIII, cap. 18.)

Quid de præcepto Parochialis S. Synodi?
V. pag. 583.

LECTIO CXVIII.

DE CANONICIS DEFECTIBUS SEU MINORIBUS DELICTIS, ET DE CIRCUNSTANTIIS DELICTA ATENUANTIBUS.

—Quænam sunt ergo hæc minores culpæ seu potius defectus?

R. Sunt ea quæ ut plurimum *tantum* nullitate actus vel devolutione puniuntur, nam et ipsa delicta gravia quæ in commissione consistunt, et præcipue invasionis et intrusionis delicta anullantur.

—Quænam sunt ergo hæc facta seu culpæ quæ tantum nullitate puniuntur?

R. 1.° Nominatio indigni ad beneficium minus.
2.° Acumulatio beneficiorum.
3.° Donatio monasterii majoris in commendam.
4.° Provisio canonicatus sine debitis requisitis.
5.° Præsentatio indigni a patrono facta.
6.° Locatio ad firmam.
7.° Resignatio in favorem filiorum.
8.° Præsentatio facta alii quam Episcopo.

—Quid de presentatione indigni?

R. «Facta collatio sive provissio omnino irritetur.» (Sess. VII, cap. 3).

—Quid vero amplius contra collatorem?

R. Pœnas incurrat juxta decretalia ex cap. *Grave nimis* de prebendis. V. supra Lect. LXXIX, fol. 385.

—Quid de monasterio capite ordinis?

R. «Ut in provissionibus dictorum monasteriorum qualitas singulorum nominatim exprimatur, aliterque facta provissio subreptitia esse censeatur.» (Sess. XXV, cap. 21).

—Quid in provissione præbendarum?

R. «Ut eorum qualitatibus vel ordinibus nihil in ulla provissione detrahatur, et aliter facta provissio subreptitia censeatur.» (Sess. XXV, cap. 5 de Ref. in gen.)

—Quid de præsentatione indigni a patrono facta?

R. «Liceat Episcopis præsentatos a patronis, si idonei non fuerint, repellere.» (Sess. XXV, cap. 9).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid de locationibus ad firmam?

R. Sancta Syn. irritas decernit quas a triginta annis citra ad longum tempus, seu ut in nonnullis partibus ad viginti novem, seu bis viginti novem annos vocant.» (Sess. XXV, cap. 11).

—Quid si reciprocæ resignationes posthac a parentibus clericis in favorem filiorum fiant ut alter alterius beneficium consequatur?

R. «In fraudem hujus decreti et canonicarum sanctionum factæ omnino censeantur.» (Sess. XXV, cap. 15).

—Quid de præsentatione facta alii quam Episcopo loci ordinario?

R. «Præsentatio ac institutio forsan secutæ nullæ sint et esse intelligantur.» (Sess. XIV, cap. 13).

—Attamen aliquæ hæc culpæ gravia peccata quandoque sunt?

R. Af. Hic tamen de peccatis non agitur sed de externis delictis. Hæc tamen delicta nullitate actus puniantur, et ex inde consequentiis nullitatis, quæ aliquando pœnæ temporales sunt: v. g., qui ammittit beneficium acumulatum ex nullitate acumulationis fert pœnam *privationis beneficii*.

—In jure canonico sunt circunstantiæ quæ dicuntur attenuantes vel agravantes?

R. Af. Sic ex gr. in ordinatione clerici habentis irregularitatem ex homicidio, qui illud commissit voluntarie, ex industria vel per insidias, habet circunstantiam agravantem, ita ut quamvis crimen sit occultum et impunitum perpetua irregularitate puniatur.

E contra si homicidium non fuit ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, ut quis se a morte defenderet, admititur hoc tamquam circunstantia attenuans, daturque in illa irregularitate dispensatio.

Sic etiam in aliis casibus.

—Pœnitentia est circunstantia attenuans?

R. Af. Et non tantum in foro interno sed etiam in externo, unde ipsa S. Syn. cum de pœnitentiis publicis agit, sic ait: «Huic condignam *pro modo culpæ* pœnitentiam publice injungi oportet.» (Sess. XXIV, cap. 8),

Ideo in pluribus antiquis et recentioribus canonibus adhibentur hæc verba:—*nisi pœnituerit*.

—Contingit idem in civilibus?

R. N. Nam hoc canonicæ lenitatis proprium est: civilis autem lenitate caret—*Reges nollentibus, Episcopi volentibus*. Ideoque tantum in delictis mixtis, in quibus Respublica in auxilium Ecclesiæ venit, hæc exceptio datur ut in manu pœnitentis rei sit pœnam remittere, uti in apostasia contingit (1).

—Contumacia est circunstantia canonica agravans?

R. Af. Ita ut quandoque nec sit delictum si non sit contumacia: ita in hæresi materiali quæ tantum ex contumacia et pertinacia in veram hæresim formalem devenit, unde hæresis non dicitur tantum error sed error pertinax.

—Circunstantiæ attenuantes et agravantes legis nostræ pœnalis admittuntur etiam in curiis ecclesiasticis nostris?

R. Af. Nam hæ omnes in æquitate naturali et antiqua rationabili praxi fundantur, unde hæ omnes in forma qua exponuntur novæ sunt, (2) in praxi vero antiquissimæ.

—Assylum ecclesiasticum est circunstantia attenuans?

R. Lex pœnalis illud inter circunstantias attenuantes non nominat, unde hodiedum nulli nec minima pœnæ pars relaxatur ex intercessione Ecclesiæ in favorem rei, qua de causa vix hodie nullus ad ecclesias confugit; et hæc immunitatis ecclesiasticæ pars fere obsoleta et in oblivione sit (3).

---

(1) Art. 136 del Código penal. «Esta pena (extrañamiento perpetuo) cesará desde el momento en que vuelva al gremio de la Iglesia.

(2) Cap. 2.º, 3.º y 4.º del tít. 1.º, lib. 1.º del Código penal. De las circunstancias que *eximen, atenúan ó agravan* la responsabilidad criminal.

(3) Gravissimi abussus, contra mentem Ecclesiæ, patrati, huic sanctæ et pientissimæ immunitatis praxi nocuerunt, ita ut non tantum auctoritas civilis sed etiam ecclesiastici viri dignissimi et lapides ipsi clamarent, nam tot scelesti, latrones et sicarii continuo in ecclesiis degebant, ut non domus orationis sed spelunca latronum esse viderentur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO CXIX.

DE DELICTIS POST TRIDENTINAM SYNODUM AB ECCLESIA DAMNATIS.

—Quænam sunt ergo hæc delicta quæ nec in Decretalibus nec in S. Trid. Synodo damnata sunt?

R. Ea quæ ex novissima societatis civilis corruptione, superstitionibus et etiam e novissimis grassantibus erroribus ortum habent, unde impossibile erat ea tunc condemnare. Alia autem, quamvis antiqua vel frequentiora vel in alia nova forma evaserunt.

—Quænam hæc sunt?

R. Alia continentur in Constitutionibus Bened. XIV recolendæ memoriæ, alia vero a Sanctissimo nostro Pont. Pio IX declarata sunt. Inter hæc vero præcipua videntur sequentia.

1.° Primo mercimonia clericalis, etiam sub alieno nomine.

2.° Mercimonia super eleemosynis Missarum.

3.° Sollicitatio ad turpia confessionis tempore.

4.° Cessiones commodi redituum beneficiorum pro quantitate taxata.

5.° Spectacula inverecunda diebus festis.

6.° Conventicula secreta liberorum muratorum, quos dicimus *francmasones*, et aliorum ejusdem furfuris.

7.° Jansenismus refractarius Constitutionem Bullæ *Unigenitus* obedire recusans.

A Sanctissimo etiam Pont. Pio IX sequentia damnata.

8.° Rationalismus tam absolutus quam ex parte moderatus et eorum sequælæ.

9.° Indifferentismus practicus et theoreticus.

10. Abusus et superstitiones magnetismi animalis et mesmerismi.

11. Superstitiones spiritismi, et malignæ defunctorum evocationes et colloquia novatio.

12. Bibliomaniaca propaganda.

Alia notari possent, et de insignibus quoque Pontificibus: dicta vero sufficiant.

—Qiud erga mercimoniam clericis vetatur?

R. Eam vetuit Bened. XIV, anno 1741, in Bulla *Apostolicæ servitutis*, in qua Pii IV Bulla *Decens* instauratur cum omnibus pœnis et etiam spolliationis clericos illicite, etiam sub laici nomine, negotiantes minando.

—Quid de mercimonia super eleemosynis Missarum?

R. Ab eodem Rom. Pont. eodem anno vetita fuit, in Bulla *Quanta cura*, his verbis: «Qui eleemosynas seu stipendia majoris pretii pro Missis celebrandis quemadmodum locorum consuetudines vel synodalia statuta exigunt, colligens, Missas retenta sibi parte earumdem eleemosynarum celebrari fecerit, laicum quidem seu sæcularem, præter alias *arbitrio vestro* irrogandas pœnas, *excommunicationis* pœnam (Nb.) clericum vero, sive quemquam sacerdotem pœnam suspensionis *ipso facto incurrere.*»

Hæc suspensio Rom. Pont. reservatur ibidem.

—Quid de sollicitatione ad turpia in confessione?

R. Vide Bullam Ben. XIV *Sacramentum pœnitentiæ*, latam anno ipso, quam in his difficilibus et ut plurimum secretis et etiam extrajudicialibus processibus præ oculis habere oportet, et etiam declarationem ipsius Bullæ (*Apostolici muneris*) latam anno 1745.

—Quid de cessione commodi?

R. Vetatur clericis ne in posterum audeant sub nomine alienandi utilitatem et commodum percipiendi fructus, vel alio quovis titulo, prætextu et colore, vendere ac distrahere suorum respective beneficiorum reditus, proventus vel ad vitam vel in longum tempus recepta ab emptore per unam vel plures solutiones pecuniarum quantitate, etc. (Bulla ejusdem Bened. XIV, eodem anno 1741 lata, quæ incipit *Universalis Ecclesiæ cura*).

—Quid de spectaculis inverecundis?

R. Prohibita fuerunt spectacula in quibus homines nudi luctantur, et præsertim diebus festis (1).

(1) Illiberitanus canon vetuit comicos et aurigas in circo ludentes in Ecclesia admitti. «Si auriga aut pantomimi credere voluerint placuit ut prius artibus renuntient, et tunc demum suscipiantur» (Can 62).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

—Quid ergo hac de re circa agitationes taurorum in Hispania?

R. A variis Pont., præsertim S. Pio V, prohibita sunt tam barbara spectacula, cumque non adimpleantur conditiones quibus tolerata dicuntur, prohibita censeri debent, cum et a lenitate et a morum decantata civilitate abhorreant etiam et in laicis, potius vero in clericis.

—Quid de condemnatione conventiculorum francmasonicorum?

R. Bened. ipse XIV Bulla sua *Providas Rom. Pont.* lata anno 1751, renovavit Constit. Prædecessoris sui Clementis XII *In Eminenti*, imponens quoque pœnam excommunicationis sine ulla declaratione et ipso facto incurrendam, Rom. Pont. reservatam, injungens ut ad extirpationem eorum sæcularis brachii auxilium impetretur.»

Hodie autem fere in omnibus regionibus, vix scepta Hispania, sæculare brachium hoc morbo laborat, prius in se curandum.

Alii Pont. ipseque Pius IX in allocutione sua *Multiplices inter machinationes*, habita die 25 Sept. anni 1865, hunc morborum morbum et putredinum fomitem eisdem pœnis puniendum jussit.

—Quid de refractariis jansenistis?

R. «Illis etiam viaticum in mortis articulo dari vetuit, Bened. XIV, Bulla sua *Ex omnibus*, lata anno 1756.»

—Quid est magnetismus?

R. «Novum quoddam superstitionis genus, invectum ex phenomenis magneticis, non ad scientias phisicas enucleandas, ut par esset, sed e contra ad decipiendos homines præstigiis futilibus et sutilibus quibus occulta detegere, remota ac ignota scire mentiuntur.» Ita fere in verbis Encyclica lata die 30 Junii anni 1856, a sacra Inquisitionis congregat.

—Quænam de hoc regula?

R. «Remoto omni errore, sortilegio, explicita aut implicita dæmonis invocatione, usus magnetismi nempe merus actus adhibendi media physica aliunde licita non est moraliter vetitus, dummodo non tendat ad finem illicitum aut quomodolibet pravum. *Applicatio autem principiorum*

et mediorum pure phisicorum ad res et effectus vere supernaturales ut physice explicentur non est nisi deceptio omnino illicita et hæreticalis.» (Ex Resolut. S. Congreg. Inquisit. 28 Julii 1847.)

—Quid de somnambulismo et spiritismo?

R. «Somnambulismi et *claræ intuitionis* (Hispanice *segunda vista*) uti vocant præstigiis, mulierculæ, gesticulationibus non semper verecundis abreptæ se invisibilia quæque conspicere effutiunt, ac de ipsa religione sermones instituere animas mortuorum evocare, responsa accipere, ignota ac longinqua detegere aliaque, id genus superstitiosa exercere ausu temerario præsumant.» (Encyclica anni 1856).

Hæc autem superstitiosa mortuorum evocatio, ac cum spiritibus colloquia *spiritismus* audiunt.

—Quænam illorum pœna?

R. Cum hæreticalia delicta sint excommunicatione puniuntur, ideoque monet S. Sedes ordinarios, «qua paternæ charitatis monitis, qua severis objurgationibus, qua demum *juris remediis adhibitis* omnem impendant operam hujusmodi abusus reprimendos.» (Ib.)

—Societates secretæ damnatæ sunt ab ipso B. P. Pio IX?

R. Af. Et quidem ab initio sui Pontificatus, die 9 Novembris 1846, in Encyclica *Qui pluribus*. «Clandestinæ illæ sectæ (1) a tenebris *ad rei tum sacræ tum publicæ exitium* et vastitatem emersæ, atque a Rom. Pont. decessoribus nostris iterato anathemate damnatæ suis Apostolicis litteris, *quas Nos* Apostolicæ nostræ potestatis plenitudine confirmamus et diligentissime servari mandamus.»

Ibi etiam contra Biblicas societates.

—Adscriptio in illis societatibus in Hisp. est delictum mixtum?

R. Af. Nam et civilibus legibus nostris punitur (2).

---

(1) Ut sciatur quid sit societas secreta notare oportet S. Inquisitionis resolutionem latam, anno 1865, contra *fratrum fenorum* seu fenianorum sectam. «*Societates* occultæ, de quibus in Pontificiis Constitutionibus sermo est, eæ omnes intelliguntur, quæ adversus Ecclesiam vel Gubernium sibi aliquid proponunt, exigant vel non exigant a suis asseclis juramentum de secreto servandum.»

(2) Art. 207. Son sociedades secretas: 1.° aquellas cuyos individuos, *con juramento ó sin él*, tengan la obligacion de ocultar

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LECTIO CXX.

DE INDULGENTIIS.

—Est in Ecclesia potestas concedendi indulgentias?

R. Af. «Cum potestas conferendi indulgentias a Christo Ecclesiæ concessa sit; atque hujusmodi potestate, divinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit: sacrosancta Synodus indulgentiarum usum, christiano populo maxime salutarem, et sacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet, et præcipit; eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant.» (Sess. XXV in finem.)

—Debent indulgentiæ dari indiscriminatim et immoderate?

R. N. «In his tamen concedendis moderationem, juxta veterem et probatam in Ecclesia consuetudinem, adhiberi cupit: ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina enervetur.» (Ib.)

—Indulgentiarum abusus fuit vera occasio protestantis hæresis?

R. Ita dictitant qui historiæ superficiem tantum agnoscunt, sed indulgentiarum quæstio fuit merum prætextum, nam et sine hac quæstione hæresis protestantum quæ a sæculi XIV ab aliqnibus evolvebatur in apertam rebellionem venisset.

—Quid de his abusibus S. Synodus?

R. «Abusus vero, qui in his irrepserunt, et quorum occasione insigne hoc indulgentiarum nomen ab hæreticis blasphematur, emendatos, et correctos cupiens, præsenti decreto generaliter statuit, pravos quæstus omnes pro his consequendis, unde plurima in christiano populo abusuum causa fluxit, omnino abolendos esse.» (Ib.)

—Sunt præterea alii abusus a S. Syn. prohibiti?

á la autoridad pública el objeto de sus reuniones ó su organizacion interior,» etc. Véase todo el cap. 4°, tit. 3.°, lib. 2.° del Código penal.

R. «Cæteros vero qui ex superstitione, ignorantia, irreverentia, aut aliunde quomodocumque provenerunt, cum ob multiplices locorum et provinciarum, apud quas hi committuntur, corruptelas commode nequeant specialiter prohibere, mandat omnibus Episcopis ut diligenter quisque hujusmodi abusus Ecclesiæ suæ colligat eosque in prima Synodo provinciali referat.» (Ib.)

—Quodnam hujus relationis objectum?

R. V. supra Lect. VI, fol. 30, *cum de Sacra indulgentiarum Congregatione.*

—Quomodo faciendæ ergo indulgentiarum publicationibus?

R. Assumptis ab ordinario duobus de capitulo, prouti supra dictum est, Lect. LXXI, fol. 354, ex Sess. XXI, cap. 9, ubi etiam de quæstoribus eleemosynariis sermo fit.

—Indulgentiæ aliquam analogiam habent cum facultate indulta concedendi, quæ ex politica civili lege penes Reges existit?

R. Af. Nam sicuti Rex habet facultatem indulgendi, in parte vel in totum, pœnam a sæculari judice impositam, ita quoque Romanus Pontifex, Christi in terris Vicarius, pœnas, non tantum per delicta canonica, culpasque, sed etiam ob peccata impositas non tantum relaxare, mitigare, et minuere, sed etiam omnino condonare potest.

Sunt tamen valde notabiles differentiæ, et quidem in favorem Ecclesiæ, nam in civilibus superiores magistratus carent indulgendi facultate: in Ecclesia vero Episcopi habent facultatem remmittendi parcialem pœnam.

Quin etiam et ipsa concessio plenariæ indulgentiæ a Rom. Pont. facta, non habet incommoda quæ habere solent indulta politica, qua de causa hæc facultas, quæ inter regalia jura computatur (*regalias políticas*) a J. Cons. impuguari solet: sed Ecclesiæ conditio suavior et mitior est quam societatis civilis.

—Quid Bened. XIV de indulgentiis concessis visitantibus ecclesias?

R. Cum aliqui contenderent has indulgentias lucrari non posse si Sanctissima Eucharistia in ipsa Ecclesia exposita non esset, hanc opinionem tamquam erroneam con-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

futavit rescripto suo percelebri—*Accepimus*, lato anno 1746 (1) ubi etiam oportunam doctrinam de ipsius Sanctissimæ Eucharistiæ expositione dedit.

—Quid ergo de hac expositione prædictus Pontifex?

R. 1.° «Non licere exponi publice Divinam Eucharistiam nisi causa publica et Episcopi facultas intervenerint.»

2.° «Difficile reipsa decernere utrum probanda an improbanda sit Eucharistici Sacramenti frequens expositio.»

3.° Resolutio non debet dari absolutè sed attentis circunstantiis sicuti de communione quotidiana.

—Quid de indulgentia plenaria in articulo mortis?

R. Hæc ante Bened. XIV tempora per triennii spatium et cum variis limitationibus concedebatur. Piissimus autem Pontifex concessit ut «quæ facultates impertiendi benedictionem cum indulgentia plenaria fidelibus in mortis articulo constitutis venerabilibus fratribus... ad hunc diem concessæ reperiuntur... eousque in suo robore maneant, quoad iidem Antistites earum ecclesiarum atque diœcesum regimen obtinebunt.»

«Utque præterea unusquisque ex Antistibus præfatis unum aut plures pios sacerdotes sive sæculares sive regulares in eorum civitatibus subdelegare valeant... aliosque similiter per diœcesim.» etc.

—Quid de indulgentia plenaria in articulo mortis ex Sanctæ Cruciatæ Bulla pro Hisp. nostra concessa?

R. In prorogatione facta apud Cajetam, anno 1849, in qua Pius IX, charissimus Pont. pluraimmutavit, apponebatur clausula ut Christi fideles «bis, hoc est semel in vita et semel in mortis articulo valeant sibi eligere presbyterum sæcularem aut regularem, qui sit confessarius per ordinarium loci approbatus atque ab eo *in foro conscientiæ* a quibuscumque peccatis et censuris cuicumque ordinario *atque etiam Sedi Apostolicæ reservatis* (excepto hæresis crimine, et quoad ecclesiasticos excepta etiam censura de qua in Constitutione Bened. XIV *Sacramentum pœnitentiæ*) (2) ab-

(1) «Hactenus de *illorum errore* qui se carere indulgentiis putant nisi Euchar sacramentum prostet in ecclesia»

(2) Vide Lect. CXIX. *De delictis post Trid.*, fol. 575, ubi de hac Bulla sermo fit.

solvi possint, imposita semper pœnitentia salutari.»

Hæc autem clausula continetur quoque in prorogatione facta mense Aprilis, anni 1861, per duodecim annos usque valitura, quæ hac de causa etiam hodiedum viget.

Restat modo ut a lectoribus et ab Ecclesiæ Prælatis humilis hic liber qui in his temporum angustiis in lucem prodit, benignam quoque mereatur *indulgentiam*, siquid humani in illo ipsius auctor passus sit, quamvis enim ab ordinaria auctoritate examinatus et probatus ad urbem cito pro strictiori correctione properabit cui nunc et semper submittitur.

O. S. C. S. R. E.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

OMMISSA SUPPLE.

In Lectione XI, fol. 50, linea 10.

6.° Adimplere mandata Concilii erga regulares, supplendo negligentiam Episcopi et Capitulorum provincialium seu generalium (Sessio XXV, cap. 22 de Ref. regul.)

In Lect. XVI, fol. 74, linea 15.

10. Assistentia provinciali Concilio cum vocatus fuerit.

In Lect. XXVI ommissa fuit Concordati dispositio de Vicariis generalibus constituendis in locis ubi necessarii videantur (art. 5.°) eam autem in fine Lect. XLII, fol. 191 reperies.

In Lect. XLIII, fol. 193, linea ultima.

9.° Baptismales, et non baptismales nam aliquando baptisterium tantum in matricibus invenitur non in annexis.

In Lectione LXII, fol. 297.

—Quid de his qui extra claustra vivunt?

R. «Caveant præterea Episcopi, ne aliquem, vel eorum, qui cum sint nomine regulares, extra claustra tamen et obedientiam religionum suarum vivunt; vel presbyterorum sæcularium, nisi ipsis noti sint, et moribus, atque doctrina probati, etiam quorumlibet privilegiorum prætextu, in sua civitate, vel diœcesi prædicare permittant, donec ab ipsis Episcopis super ea re Sancta Sedes Apostolica consulatur; a qua privilegia hujusmodi, nisi tacita veritate, et expresso mendacio, ab indignis extorqueri verisimile non est.» (Sess. V, cap. 2.)

Lect. LXIX. fol. 341 in fine.

4.° Denique Rom. Pont. gratissimus Pius IX inter hodiernos errores hos in Syllabo condemnavit.

XXX. «Ecclesiæ et personarum ecclesiasticarum immunitas a jure civili ortum habuit.»

XXXI. «Ecclesiasticum forum pro temporalibus clericorum causis, sive civilibus, sive criminalibus omnino de medio tollendum est etiam inconsulta et reclamante Apostolica Sede.»

XXXII. Absque ulla naturalis juris et æquitatis violatione potest abrogari personalis immunitas, qua clerici ab onere subeundæ exercendæque militiæ eximuntur, hanc vəro abrogationem postulat civilis progressus maxime in societate ad formam liberioris regiminis constitutam.

Lect. LXXII, fol. 354, linea 1.ª

R. «Quæstores vero eleemosynarii, qui etiam quæstuarii vulgo dicuntur, cujuscumque conditionis existant, nullo modo nec per se, nec per alium prædicare præsumant; et contra facientes, ad Episcopis, et ordinariis locorum, privilegiis quibuscumque non obstantibus, opportunis remediis omnino arceantur.» (Sess. V, cap. 2 in fine.)

Lect. LXXXV, fol. 420.

—Quid de ecclesiarum reparatione S. Synodus?

R. «Locorum ordinarii ecclesias quascumque, quomodolibet exemptas, auctoritate Apostolica singulis annis visitare teneantur, et opportunis juris remediis providere, ut, quæ reparatione indigent, reparentur; et cura animarum, si qua illis immineat aliisque debitis obsequiis minime defraudentur: appellationibus, privilegiis, consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore præscriptis, judicum deputationibus, et illorum inhibitionibus penitus exclusis.» (Sess. VII, cap. 8.°)

Lect. CXVII, fol. 570, in finem.

—Quid de præcepto Paschali S. Synodus?

R. Si quis negaverit omnes et singulos Christi fideles utriusque sexus cum ad annos discretionis pervenerint teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, *juxta* præceptum Sanctæ Matris Ecclesiæ, anathema sit. (Can. 9, Sess. XIII de Ref.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ERRATA SIC CORRIGE.

Fól.	5	Línea 6. proprio Marte. . . .	proprio marto.
	16	22. dimicandium. . . .	dimicandum.
	49	7. Alala-Regalensis. .	Alcala-Regalensis
	Ib	13. respondent.	respondet.
	92	16. visitatia.	visitatio.
	104	5. Art. 13.	Art. 14.
	154	antepen. collationem viro. .	collationem factam viro.
	156	14. inorditos.	inordinatos.
	159	25. Centralis.	Centralibus.
	163	10 et 25. Sess. XXII, cap. 4.°	Sess. XXII, cap. 3.°
	172	13. deputa i.	deputati.
	173	22. sublata.	sublatæ.
	229	26. Qui a jurisdictione.	Ea qua quis a jurisdictione.
	235	antepen. adventium.	adventantium.
	240	34. de his quatuor. . . .	de primis quatuor.
	257	penúlt. Primæ.	prima.
	304	24. coaretetur.	coarctetur.
	336	penúlt. can. 32.	can. 33.
	441	20. *somni*.	somnii.
	485	penúlt. *de piedra*.	*Piedra*.
	497	not. 1.ª *consiliationis*. . . .	*conciliationis*.
	552	2. recensita non sunt?	recensita sunt?

Prolixum nimis ac tædiosum foret errata verba omnia hic in medium proferre, vel emendare quæ, seu auctoris in corrigendo incuria, seu typographorum negligentia et præcipitatione evaserunt. Plura eorum hand difficulter agnoscet et corriget latinæ ortographiæ peritus quilibet, puta *ofitium*, *benefitium*, *prophanum*, *mitentes*, pro *officium*, *beneficium*, *profanum*, *mittentes* et alia hujuscemodi; quin etiam benigne illa indulgebit quicumque sciat et temporis angustiam, et difficultatem quæ hodiedum apud nos existit ut quodlibet opus latinum et manu exaratum typis donetur.

APENDICES

NÚMERO 1.°

EL SANTO CONCILIO DE TRENTO, LEY DE ESPAÑA.

(*Ley* 13, *tít.* 1.°, *libro* 1.° *de la Novísima Recopilacion.*)

D. Felipe II, en Madrid por Real Cédula de 12 de Julio de 1564.

«Cierta y notoria es la obligacion que los Reyes y Príncipes cristianos tienen á obedecer, guardar y cumplir, y que en sus Reinos, Estados y Señoríos se obedezcan, guarden y cumplan los decretos y mandamientos de la Santa Madre Iglesia, y asistir y ayudar y favorecer al efecto y ejecucion y á la conservacion de ellos *como hijos obedientes y protectores de ella*, y la que asimismo por la misma causa tienen al cumplimiento y ejecucion de los Concilios universales que legítima y *canónicamente con la autoridad de la Santa Sede Apostólica de Roma* han sido convocados y celebrados: la autoridad de los cuales Concilios universales fué siempre en la Iglesia de Dios de tanta y tan grande veneracion, por estar y representarse en ellos la Iglesia Católica y universal y asistir *á su direccion y progreso el Espíritu Santo*. Uno de los cuales Concilios ha sido y es el que últimamente se ha celebrado en Trento, el cual primeramente á instancia del Emperador y Rey mi Señor, despues de muchas y grandes dificultades, fué indicto y convocado por la felice memoria de Paulo III, Pontífice Romano, para la extirpacion de las heregías y errores, que en estos tiempos en la cristiandad tanto se han extendido; y para la reformacion de los abusos, excesos y desórdenes, de que tanta necesidad habia. El cual Concilio fué en vida del dicho Pontífice Paulo III comenzado, y despues con la autoridad de la buena memoria de Julio III se prosiguió y últimamente con la autoridad y Bulas de N. M. S. P. Pio IV se ha continuado y proseguido hasta se concluir y acabar, en el cual intervinieron y concurrieron de toda la cristiandad y especialmente de nuestros Reinos, tantos y tan notables Prelados, y otras muchas personas de gran doctrina, religion y exemplo, asistiendo asimismo los embaxadores del Emperador nuestro tio y nuestros, y de los otros Reyes y Príncipes, y Repúblicas, y potentados de la cristiandad y en él con la gracia de Dios y asistencia del Espíritu Santo, se hicieron en lo de la *Fe y Religion tan santos y tan católicos Decretos, y asimismo se hicieron y ordenaron en lo de la reformacion muchas cosas muy santas y muy justas, y muy convenientes y importantes al servicio de Dios Nuestro*

ERRATA SIC CORRIGE.

Fól.	5	Línea 6. proprio Marte. . . .	proprio marto.
	16	22. dimicandium. . . .	dimicandum.
	49	7. Alala-Regalensis. .	Alcala-Regalensis
	Ib	13. respondent.	respondet.
	92	16. visitatia.	visitatio.
	104	5. Art. 13.	Art. 14.
	154	antepen. collationem viro. .	collationem factam viro.
	156	14. inorditos.	inordinatos.
	159	25. Centralis.	Centralibus.
	163	10 et 25. Sess. XXII, cap. 4.°	Sess. XXII, cap. 3.°
	172	13. deputa i.	deputati.
	173	22. sublata.	sublatæ.
	229	26. Qui a jurisdictione.	Ea qua quis a jurisdictione.
	235	antepen. adventium.	adventantium.
	240	34. de his quatuor. . . .	de primis quatuor.
	257	penúlt. Primæ.	prima.
	304	24. coaretetur.	coarctetur.
	336	penúlt. can. 32.	can. 33.
	441	20. *somni*.	somnii.
	485	penúlt. *de piedra*.	*Piedra*.
	497	not. 1.ª *consiliationis*. . . .	*conciliationis*.
	552	2. recensita non sunt?	recensita sunt?

Prolixum nimis ac tædiosum foret errata verba omnia hic in medium proferre, vel emendare quæ, seu auctoris in corrigendo incuria, seu typographorum negligentia et præcipitatione evaserunt. Plura eorum hand difficulter agnoscet et corriget latinæ ortographiæ peritus quilibet, puta *ofitium*, *benefitium*, *prophanum*, *mitentes*, pro *officium*, *beneficium*, *profanum*, *mittentes* et alia hujuscemodi; quin etiam benigne illa indulgebit quicumque sciat et temporis angustiam, et difficultatem quæ hodiedum apud nos existit ut quodlibet opus latinum et manu exaratum typis donetur.

APENDICES

NÚMERO 1.°

EL SANTO CONCILIO DE TRENTO, LEY DE ESPAÑA.

(*Ley* 13, *tít.* 1.°, *libro* 1.° *de la Novísima Recopilacion.*)

D. Felipe II, en Madrid por Real Cédula de 12 de Julio de 1564.

«Cierta y notoria es la obligacion que los Reyes y Príncipes cristianos tienen á obedecer, guardar y cumplir, y que en sus Reinos, Estados y Señoríos se obedezcan, guarden y cumplan los decretos y mandamientos de la Santa Madre Iglesia, y asistir y ayudar y favorecer al efecto y ejecucion y á la conservacion de ellos *como hijos obedientes y protectores de ella*, y la que asimismo por la misma causa tienen al cumplimiento y ejecucion de los Concilios universales que legítima y *canónicamente con la autoridad de la Santa Sede Apostólica de Roma* han sido convocados y celebrados: la autoridad de los cuales Concilios universales fué siempre en la Iglesia de Dios de tanta y tan grande veneracion, por estar y representarse en ellos la Iglesia Católica y universal y asistir *á su direccion y progreso el Espíritu Santo*. Uno de los cuales Concilios ha sido y es el que últimamente se ha celebrado en Trento, el cual primeramente á instancia del Emperador y Rey mi Señor, despues de muchas y grandes dificultades, fué indicto y convocado por la felice memoria de Paulo III, Pontífice Romano, para la extirpacion de las heregías y errores, que en estos tiempos en la cristiandad tanto se han extendido; y para la reformacion de los abusos, excesos y desórdenes, de que tanta necesidad habia. El cual Concilio fué en vida del dicho Pontífice Paulo III comenzado, y despues con la autoridad de la buena memoria de Julio III se prosiguió y últimamente con la autoridad y Bulas de N. M. S. P. Pio IV se ha continuado y proseguido hasta se concluir y acabar, en el cual intervinieron y concurrieron de toda la cristiandad y especialmente de nuestros Reinos, tantos y tan notables Prelados, y otras muchas personas de gran doctrina, religion y exemplo, asistiendo asimismo los embaxadores del Emperador nuestro tio y nuestros, y de los otros Reyes y Príncipes, y Repúblicas, y potentados de la cristiandad y en él con la gracia de Dios y asistencia del Espíritu Santo, se hicieron en lo de la *Fe y Religion tan santos y tan católicos Decretos, y asimismo se hicieron y ordenaron en lo de la reformacion muchas cosas muy santas y muy justas, y muy convenientes y importantes al servicio de Dios Nuestro*

Calahorra ó Logroño, Leon, Osma, Palencia, Santander y Vitoria.

De la de Granada, las de Almería, Cartagena ó Murcia, Guadix, Jaen y Málaga.

De la de Santiago, las de Lugo, Mondoñedo, Orense, Oviedo y Tuy.

De la de Sevilla, las de Badajoz, Cádiz, Córdoba é Islas Canarias.

De la de Tarragona, las de Barcelona, Gerona, Lérida, Tortosa, Urgel y Vich.

De la de Toledo, las de Ciudad-Real, Coria, Cuenca, Madrid, Plasencia y Sigüenza.

De la de Valencia, las de Mallorca, Menorca, Orihuela ó Alicante, y Segorbe ó Castellon de la Plana.

De la de Valladolid, las de Astorga, Avila, Salamanca, Segovia y Zamora.

De la de Zaragoza, las de Huesca, Jaca, Pamplona, Tarazona y Teruel.

Art. 7.º Los nuevos límites y demarcacion particular de las mencionadas diócesis se determinarán con la posible brevedad y del modo debido (*servatis servandis*), por la Santa Sede, á cuyo efecto delegará en el Nuncio Apostólico en estos reinos las facultades necesarias para llevar á cabo la expresada demarcacion, entendiéndose para ello (*collatis consiliis*) con el Gobierno de S. M.

Art. 8.º Todos los RR. Obispos y sus Iglesias reconocerán la dependencia canónica de los respectivos Metropolitanos, y en su virtud cesarán las exenciones de los obispados de Leon y Oviedo.

Art. 9.º Siendo por una parte necesario y urgente acudir con el oportuno remedio á los graves inconvenientes que produce en la administracion eclesiástica el territorio diseminado de las cuatro Órdenes militares de Santiago, Calatrava, Alcántara y Montesa, y debiendo, por otra parte, conservarse cuidadosamente los gloriosos recuerdos de una institucion que tantos servicios ha hecho á la Iglesia y al Estado, y las prerogativas de los Reyes de España como Grandes Maestres de las expresadas Órdenes por concesion Apostólica, se designará en la nueva demarcacion eclesiástica un determinado número de pueblos que formen coto redondo para que ejerza en él como hasta aquí el Gran Maestre la jurisdiccion eclesiástica con entero arreglo á la expresada concesion y Bulas pontificias.

El nuevo territorio se titulará *Priorato de las Órdenes militares*, y el Prior tendrá el carácter episcopal con título de Iglesia *in partibus*.

Los pueblos que actualmente pertenecen á dichas Órdenes militares, y no se incluyan en su nuevo territorio, se incorporarán á las diócesis respectivas.

Art. 10. Los M. RR. Arzobispos y RR. Obispos extenderán el ejercicio de su autoridad y jurisdiccion ordinaria á todo el territorio que en la nueva circunscripcion quede comprendido en sus respectivas diócesis; y por consiguiente, los que hasta ahora por cualquier título la ejercian en distritos enclavados en otras diócesis cesarán en ella.

Art. 11. Cesarán tambien todas las jurisdicciones privilegiadas y exentas, cualesquiera que sean su clase y denominacion, inclusa la de San Juan de Jerusalen. Sus actuales territorios se reunirán á

las respectivas diócesis en la nueva demarcacion que se hará de ellas, segun el art. 7.º, salvas las exenciones siguientes:

1.ª La del Pro-Capellan mayor de S. M.—2.ª La Castrense.—3.ª La de las cuatro Órdenes militares de Santiago, Calatrava, Alcántara y Montesa, en los términos prefijados en el art. 9.º de este Concordato.—4.ª La de los Prelados regulares.—5.ª La del Nuncio Apostólico *pro tempore* en la iglesia y hospital de italianos de esta corte.

Se conservarán tambien las facultades especiales que corresponden á la Comisaría general de Cruzada en cosas de su cargo, en virtud del Breve de delegacion y otras disposiciones apostólicas.

Art. 12. Se suprime la Colecturía general de expolios, vacantes y anualidades, quedando por ahora unida á la Comisaría general de Cruzada la comision para administrar los efectos vacantes, recaudar los atrasos, y sustanciar y terminar los negocios pendientes.

Queda asimismo suprimido el Tribunal Apostólico y Real de la Gracia del Excusado.

Art. 13. El Cabildo de las Iglesias catedrales se compondrá del Dean, que será siempre la primera silla *post pontificalem*; de cuatro Dignidades, á saber: la de Arcipreste, la de Arcediano, la de Chantre y la de Maestrescuela, y ademas de la de Tesorero en las Iglesias Metropolitanas; de cuatro Canónigos de oficio, á saber: el Magistral, el Doctoral, el Lectoral y el Penitenciario; y del número de Canónigos de gracia que se expresan en el art. 17.

Habrá ademas en la Iglesia de Toledo otras dos dignidades con los títulos respectivos de Capellan mayor de Reyes y Capellan mayor de Muzárabes; en la de Sevilla la dignidad de Capellan mayor de San Fernando; en la de Granada la de Capellan mayor de los Reyes Católicos, y en la de Oviedo la de Abad de Covadonga.

Todos los individuos del Cabildo tendrán en él igual voz y voto.

Art. 14. Los Prelados podrán convocar el Cabildo y presidirle cuando lo crean conveniente: del mismo modo podrán presidir los ejercicios de oposicion á prebendas.

En estos y en cualesquiera otros actos, los Prelados tendrán siempre el asiento preferente, sin que obste ningun privilegio ni costumbre en contrario, y se les tributarán todos los homenajes de consideracion y respeto que se deben á su sagrado carácter y á su cualidad de cabeza de su Iglesia y Cabildo.

Cuando presidan tendrán voz y voto en todos los asuntos que no les sean directamente personales, y su voto ademas sera decisivo en caso de empate.

En toda eleccion ó nombramiento de personas que corresponda al Cabildo, tendrá el Prelado tres, cuatro ó cinco votos, segun que el número de los Capitulares sea de 16, 20, ó mayor de 20. En estos casos, cuando el Prelado no asista al Cabildo, pasará una comision de él á recibir sus votos.

Cuando el Prelado no presida el Cabildo lo presidirá el Dean.

Art. 15. Siendo los Cabildos catedrales el Senado y Consejo de los M. RR. Arzobispos y RR. Obispos, serán consultados por estos para oir su dictámen ó para obtener su consentimiento en los términos en que, atendida la variedad de los negocios y de los casos, está prevenido por el derecho canónico, y especialmente por el sagrado Concilio de Trento. Cesará por consiguiente desde luego toda inmunidad, exencion, privilegio, uso ó abuso, que de cualquier modo

se haya introducido en las diferentes Iglesias de España en favor de los mismos Cabildos con perjuicio de la autoridad ordinaria de los Prelados.

Art. 16. Ademas de los Dignidades y Canónigos que componen exclusivamente el Cabildo, habrá en las Iglesias catedrales Beneficiados ó Capellanes asistentes, con el correspondiente número de otros ministros y dependientes.

Así los Dignidades y Canónigos como los Beneficiados y Capellanes, aunque para el mejor servicio de las respectivas catedrales se hallen divididos en presbiteriales, diaconales y subdiaconales, deberán ser todos Presbíteros, segun lo dispuesto por S. S.; y los que no lo fueren al tomar posesion de sus beneficios, deberán serlo precisamente dentro del año, bajo las penas canónicas.

Art. 17. El número de Capitulares y Beneficiados en las Iglesias Metropolitanas será el siguiente:

Las Iglesias de Toledo, Sevilla y Zaragoza tendrán 28 Capitulares, y 24 Beneficiados la de Toledo, 22 la de Sevilla, y 28 la de Zaragoza.

Las de Tarragona, Valencia y Santiago, 26 Capitulares y 20 Beneficiados; y las de Búrgos, Granada y Valladolid, 24 Capitulares y 20 Beneficiados.

Las Iglesias sufragáneas tendrán respectivamente el número de Capitulares y Beneficiados que se expresa á continuacion:

Las de Barcelona, Cádiz, Córdoba, Leon, Málaga y Oviedo tendrán 20 Capitulares y 16 Beneficiados. Las de Badajoz, Calahorra, Cartagena, Cuenca, Jaen, Lugo, Palencia, Pamplona, Salamanca y Santander, 18 Capitulares y 14 Beneficiados. Las de Almería, Astorga, Avila, Canarias, Ciudad-Real, Coria, Gerona, Guadix, Huesca, Jaca, Lérida, Mallorca, Mondoñedo, Orense, Orihuela, Osma, Plasencia, Segorbe, Segovia, Sigüenza, Tarazona, Teruel, Tortosa, Tuy, Urgel, Vich, Vitoria y Zamora, 16 Capitulares y 12 Beneficiados.

La de Madrid tendrá 20 Capitulares y 20 Beneficiados, y la de Menorca 12 Capitulares y 10 Beneficiados.

Art. 18. En subrogacion de los 52 beneficios expresados en el Concordato de 1753, se reservan á la libre provision de Su Santidad la dignidad de Chantre en todas las Iglesias Metropolitanas, y en las sufragáneas de Astorga, Avila, Badajoz, Barcelona, Cádiz, Ciudad-Real, Cuenca, Guadix, Huesca, Jaen, Lugo, Málaga, Mondoñedo, Orihuela, Oviedo, Plasencia, Salamanca, Santander, Sigüenza, Tuy, Vitoria y Zamora; y en las demas sufragáneas una Canongía de las de gracia, que quedará determinada por la primera provision que haga S. S. Estos beneficios se conferirán con arreglo al mismo Concordato.

La dignidad de Dean se proveerá siempre por S. M. en todas las Iglesias y en cualquier tiempo y forma que vaque. Las Canongías de oficio se proveerán, prévia oposicion, por los Prelados y Cabildos. Las demas dignidades y canongías se proveerán en rigurosa alternativa por S. M. y los Arzobispos y Obispos. Los Beneficiados ó Capellanes asistentes se nombrarán alternativamente por S. M. y los Prelados y Cabildos.

Las prebendas, canongías y beneficios expresados que resulten vacantes por resigna ó por promocion del poseedor á otro beneficio,

no siendo de los reservados á S. S., serán siempre y en todo caso provistos por S. M.

Asimismo lo serán los que vaquen sede vacante, ó los que hayan dejado sin proveer los Prelados á quienes correspondia proveerlos al tiempo de su muerte, traslacion ó renuncia.

Corresponderá asimismo á S. M. la primera provision de las dignidades, canongías y capellanías de las nuevas catedrales, y de las que se aumenten en la nueva Metropolitana de Valladolid, á excepcion de las reservadas á S. S. y de las canongías de oficio, que se proveerán como de ordinario.

En todo caso los nombrados para los expresados beneficios deberán recibir la institucion y colacion canónicas de los respectivos Ordinarios.

Art. 19. En atencion á que, tanto por efecto de las pasadas vicisitudes, como por razon de las disposiciones del presente Concordato, han variado notablemente las circunstancias del clero español, S. S. por su parte y S. M. la Reina por la suya, convienen en que no se conferirá ninguna dignidad, canongía ó beneficio de los que exigen personal residencia á los que por razon de cualquier otro cargo ó comision están obligados á residir contínuamente en otra parte. Tampoco se conferirá á los que estén en posesion de algun beneficio de la clase indicada ninguno de aquellos cargos ó comisiones, á no ser que renuncien uno de dichos cargos ó beneficios, los cuales se declaran por consecuencia de todo punto incompatibles.

En la Capilla Real sin embargo, podrá haber hasta seis Prebendados de las Iglesias catedrales de la Península; pero en ningun caso podrán ser nombrados los que ocupan las primeras Sillas, los Canónigos de oficio, los que tienen cura de almas, ni dos de una misma Iglesia.

Respecto de los que en la actualidad, y en virtud de indultos especiales ó generales, se hallen en posesion de dos ó más de estos beneficios, cargos ó comisiones, se tomarán desde luego las disposiciones necesarias para arreglar su situacion á lo prevenido en el presente artículo, segun las necesidades de la Iglesia y la variedad de los casos.

Art. 20. En sede vacante, el Cabildo de la Iglesia Metropolitana ó sufragánea en el término marcado, y con arreglo á lo que previene el Santo Concilio de Trento, nombrará un solo Vicario Capitular, en cuya persona se refundirá toda la potestad ordinaria del Cabildo sin reserva ó limitacion alguna por parte de él, y sin que pueda revocar el nombramiento una vez hecho ni hacer otro nuevo; quedando por consiguiente abolido todo privilegio, uso ó costumbre de administrar en cuerpo, de nombrar más de un Vicario, ó cualquiera otro que bajo cualquier concepto sea contrario á lo dispuesto por los sagrados Cánones.

Art. 21. Ademas de la Capilla del Real Palacio se conservarán:

1.° La de Reyes y la Muzárabe de Toledo, y las de San Fernando de Sevilla y de los Reyes Católicos de Granada.—2.° Las colegiatas sitas en capitales de provincia donde no exista Silla episcopal.—3.° Las de patronato particular, cuyos patronos aseguren el exceso de gasto que ocasionará la colegiata sobre el de iglesia parroquial.—4.° Las colegiatas de Covadonga, Roncesvalles, San Isidro de Leon,

Sacromonte de Granada, San Ildefonso, Alcalá de Henares y Jerez de la Frontera.—5.º Las catedrales de las Sillas episcopales, que se agreguen á otras en virtud de las disposiciones del presente Concordato, se conservarán como colegiatas.

Todas las demas colegiatas, cualquiera que sea su orígen, antigüedad y fundacion, quedarán reducidas, cuando las circunstancias locales no lo impidan, á iglesias parroquiales con el número de Beneficiados que ademas del Párroco se consideren necesarios, tanto para el servicio parroquial como para el decoro del culto.

La conservacion de las capillas y colegiatas expresadas deberá entenderse siempre con sujecion al Prelado de la diócesis á que pertenezcan, y con derogacion de toda exencion y jurisdiccion *vere ó cuasi nullius* que limite en lo más mínimo la nativa del Ordinario.

Las iglesias colegiatas serán siempre parroquiales, y se distinguirán con el nombre de parroquia mayor, si en el pueblo hubiese otra ú otras.

Art. 22. El Cabildo de las colegiatas se compondrá de un Abad presidente, que tendrá aneja la cura de almas, sin más autoridad ó jurisdiccion que la directiva y económica de su Iglesia y Cabildo; de dos Canónigos de oficio con los títulos de Magistral y Doctoral, y de ocho Canónigos de gracia. Habrá ademas seis Beneficiados ó Capellanes asistentes.

Art. 23. Las reglas establecidas en los artículos anteriores, así para la provision de las prebendas y beneficios ó capellanías de las iglesias catedrales, como para el régimen de sus Cabildos, se observarán puntualmente en todas sus partes, respecto de las iglesias colegiatas.

Art. 24. Á fin de que en todos los pueblos del reino se atienda con el esmero debido al culto religioso y á todas las necesidades del pasto espiritual, los M. RR. Arzobispos y RR. Obispos procederán desde luego á formar un nuevo arreglo y demarcacion parroquial de sus respectivas diócesis, teniendo en cuenta la extension y naturaleza del territorio y de la poblacion y las demas circunstancias locales, oyendo á los Cabildos catedrales, á los respectivos Arciprestes y á los Fiscales y Tribunales eclesiásticos, y tomando por su parte todas las disposiciones necesarias á fin de que pueda darse por concluido y ponerse en ejecucion el precitado arreglo, prévio el acuerdo del Gobierno de S. M., en el menor término posible.

Art. 25. Ningun Cabildo ni corporacion eclesiástica podrá tener aneja la cura de almas, y los curatos y vicarías perpétuas que ántes estaban unidas *pleno jure* á alguna corporacion quedarán en todo sujetas al derecho comun. Los Coadjutores y dependientes de las parroquias y todos los eclesiásticos destinados al servicio de ermitas, santuarios, oratorios, capillas públicas ó iglesias no parroquiales, dependerán del Cura propio de su respectivo territorio, y estarán subordinados á él en todo lo tocante al culto y funciones religiosas.

Art. 26. Todos los curatos, sin diferencia de pueblos, de clases ni del tiempo en que vaquen, se proveerán en concurso abierto, con arreglo á lo dispuesto en el Santo Concilio de Trento, formando los Ordinarios ternas de los opositores aprobados y dirigiéndolas á S. M. para que nombre entre los propuestos. Cesará por consiguiente el privilegio de patrimonialidad y la exclusiva ó preferencia que en algunas partes tenian los patrimoniales para la obtencion de curatos y otros beneficios.

Los curatos de patronato eclesiástico se proveerán nombrando el Patrono entre los de la terna, que del modo ya dicho formen los Prelados, y los de patronato laical nombrando el Patrono entre aquellos que acrediten haber sido aprobados en concurso abierto en la diócesis respectiva, señalándose á los que no se hallen en este caso el término de cuatro meses para que hagan constar haber sido aprobados sus ejercicios hechos en la forma indicada, salvo siempre el derecho del Ordinario de examinar al presentado por el Patrono, si lo estima conveniente.

Los Coadjutores de las parroquias serán nombrados por los Ordinarios, prévio exámen sinodal.

Art. 27. Se dictarán las medidas convenientes para conseguir, en cuanto sea posible, que por el nuevo arreglo eclesiástico no queden lastimados los derechos de los actuales poseedores de cualesquiera prebendas, beneficios ó cargos que hubiesen de suprimirse á consecuencia de lo que en él se determina.

Art. 28. El Gobierno de S. M. C., sin perjuicio de establecer oportunamente, prévio acuerdo con la Santa Sede, y tan pronto como las circunstancias lo permitan, Seminarios generales en que se dé la extension conveniente á los estudios eclesiásticos, adoptará por su parte las disposiciones oportunas para que se creen sin demora Seminarios conciliares en las diócesis donde no se hallen establecidos, á fin de que en lo sucesivo no haya en los dominios españoles Iglesia alguna que no tenga al ménos un Seminario suficiente para la instruccion del clero.

Serán admitidos en los Seminarios, y educados é instruidos del modo que establece el sagrado Concilio de Trento, los jóvenes que los Arzobispos y Obispos juzguen conveniente recibir, segun la necesidad ó utilidad de las diócesis; y en todo lo que pertenece al arreglo de los Seminarios, á la enseñanza y á la administracion de sus bienes, se observarán los decretos del mismo Concilio de Trento.

Si de resultas de la nueva circunscripcion de diócesis quedasen en algunas dos Seminarios, uno en la capital actual del obispado, y otro en la que se le ha de unir, se conservarán ambos, miéntras el Gobierno y los Prelados de comun acuerdo los consideren útiles.

Art. 29. Á fin de que en toda la Península haya el número suficiente de Ministros y operarios evangélicos de quienes puedan valerse los Prelados para hacer misiones en los pueblos de sus diócesis, auxiliar á los Párrocos, asistir á los enfermos, y para otras obras de caridad y utilidad pública, el Gobierno de S. M., que se propone mejorar oportunamente los colegios de misiones para Ultramar, tomará desde luego las disposiciones convenientes para que se establezcan donde sea necesario, oyendo préviamente á los Prelados diocesanos, casas y congregaciones religiosas de San Vicente de Paul, San Felipe Neri y otra Órden de las aprobadas por la Santa Sede, las cuales servirán al propio tiempo de lugares de retiro para los eclesiásticos, para hacer ejercicios espirituales y para otros usos piadosos.

Art. 30. Para que haya tambien casas religiosas de mujeres, en

Señor y bien de la Iglesia, y al gobierno y policía eclesiásticas. Y ahora habiéndonos S. S. enviado los Decretos del dicho Santo Concilio *impresos* en forma auténtica, Nos como Rey católico, y obediente y verdadero hijo de la Iglesia, queriendo satisfacer y corresponder á la obligacion en que somos, y siguiendo el exemplo de los Reyes nuestros antepasados, de gloriosa memoria, *habemos acéptado y recibido y aceptamos y recibimos el dicho sacrosanto Concilio, y queremos que en estos nuestros reinos sea guardado y cumplido y ejecutado*, y daremos y prestaremos para la dicha execucion y cumplimiento, y para la conservacion y defensa de lo en él ordenado, nuestra ayuda y favor interponiendo á ello nuestra autoridad y brazo Real cuanto será necesario y conveniente. Y así encargamos y mandamos á los Arzobispos y Obispos, y á otros Prelados, y á los Generales, Provinciales, Priores, Guardianes de las Ordenes, y á todos los demas á quienes esto toca é incumbe, que hagan luego publicar é publiquen en sus iglesias, distritos y diócesis, y en las otras partes y lugares do conviniere el dicho Santo Concilio; *y lo guarden y cumplan, y hagan guardar, cumplir y executar con el cuidado, celo y diligencia que negocio tan del servicio de Dios y bien de su Iglesia requiere.* Y mandamos á los del nuestro Consejo, Presidentes de las nuestras Audiencias, y á los Gobernadores, Corregidores y á otras cualesquier Justicias, que den y presten el favor y ayuda que para la execucion y cumplimiento de dicho Concilio y de lo ordenado en él será necesario; y Nos tenemos particular cuidado de saber y entender como lo susodicho se guarda, cumple y executa, para que *en negocio que tanto importa al servicio de Dios y bien de su Iglesia no haya descuido ni negligencia.*

NÚMERO 2.°

CONCORDATO DE 1851.

Artículo 1.° La religion católica, apostólica, romana, que con exclusion de cualquiera otro culto continúa siendo la única de la nacion española, se conservará siempre en los dominios de S. M. Católica, con todos los derechos y prerogativas de que debe gozar segun la ley de Dios y lo dispuesto por los sagrados Cánones.

Art. 2.° En su consecuencia la instruccion en las Universidades, Colegios, Seminarios y Escuelas públicas ó privadas de cualquiera clase, será en todo conforme á la doctrina de la misma religion católica; y á este fin no se pondrá impedimento alguno á los Obispos y demas Prelados Diocesanos encargados por su ministerio de velar sobre la pureza de la doctrina de la fe y de las costumbres, y sobre la educacion religiosa de la juventud, en el ejercicio de este cargo, aun en las escuelas públicas.

Art. 3.° Tampoco se pondrá impedimento alguno á dichos Prelados ni á los demas sagrados Ministros en el ejercicio de sus funciones, ni los molestará nadie bajo ningun pretexto en cuanto se refiera al cumplimiento de los deberes de su cargo; ántes bien cuidarán todas las autoridades del reino de guardarles y de que se

les guarde el respeto y consideracion debidos, segun los divinos preceptos, y de que no se haga cosa alguna que pueda causarles desdoro ó menosprecio. S. M. y su Real Gobierno dispensarán asimismo su poderoso patrocinio y apoyo á los Obispos en los casos que le pidan, principalmente cuando hayan de oponerse á la malignidad de los hombres que intenten pervertir los ánimos de los fieles y corromper sus costumbres, ó cuando hubiere de impedirse la publicacion, introduccion ó circulacion de libros malos y nocivos.

Art. 4.° En todas las demas cosas que pertenecen al derecho y ejercicio de la autoridad eclesiástica y al ministerio de las órdenes sagradas, los Obispos y el clero dependiente de ellos gozarán de la plena libertad que establecen los sagrados Cánones.

Art. 5.° En atencion á las poderosas razones de necesidad y conveniencia que así lo persuaden, para la mayor comodidad y utilidad espiritual de los fieles, se hará una nueva division y circunscripcion de diócesis en toda la Península é Islas adyacentes. Y al efecto se conservarán las actuales Sillas Metropolitanas de Toledo, Búrgos, Granada, Santiago, Sevilla, Tarragona, Valencia y Zaragoza, y se elevará á esta clase la sufragánea de Valladolid.

Asimismo se conservarán las diócesis sufragáneas de Almería, Astorga, Avila, Badajoz, Barcelona, Cádiz, Calahorra, Canarias, Cartagena, Córdoba, Coria, Cuenca, Gerona, Guadix, Huesca, Jaen, Jaca, Leon, Lérida, Lugo, Málaga, Mallorca, Menorca, Mondoñedo, Orense, Orihuela, Osma, Oviedo, Palencia, Pamplona, Plasencia, Salamanca, Santander, Segorbe, Segovia, Sigüenza, Tarazona, Teruel, Tortosa, Tuy, Urgel, Vich y Zamora.

La diócesis de Albarracin quedará unida á la de Teruel; la de Barbastro á la de Huesca; la de Ceuta á la de Cádiz; la de Ciudad-Rodrigo á la de Salamanca; la de Ibiza á la de Mallorca; la de Solsona á la de Vich; la de Tenerife á la de Canarias; y la de Tudela á la de Pamplona.

Los Prelados de las Sillas á que se reunen otras añadirán al título de Obispos de la Iglesia que presiden el de aquella que se les une.

Se erigirán nuevas diócesis sufragáneas en Ciudad-Real, Madrid y Vitoria.

La Silla episcopal de Calahorra y la Calzada se trasladará á Logroño; la de Orihuela á Alicante, y la de Segorbe á Castellon de la Plana, cuando en estas ciudades se halle todo dispuesto al efecto y se estime oportuno, oidos los respectivos Prelados y Cabildos.

En los casos en que para el mejor servicio de alguna diócesis sea necesario un Obispo auxiliar, se proveerá á esta necesidad en la forma canónica acostumbrada.

De la misma manera se establecerán Vicarios generales en los puntos en que con motivo de la agregacion de diócesis, prevenida en este artículo, ó por otra justa causa, se creyeren necesarios, oyendo á los respectivos Prelados.

En Ceuta y Tenerife se establecerán desde luego Obispos auxiliares.

Art. 6.° La distribucion de las diócesis referidas, en cuanto á la dependencia de sus respectivas Metropolitanas, se hará como sigue:

Serán sufragáneas de la Iglesia Metropolitana de Búrgos, las de

las cuales puedan seguir su vocacion las que sean llamadas á la vida contemplativa y á la activa de la asistencia de los enfermos, enseñanza de niñas y otras obras y ocupaciones tan piadosas como útiles á los pueblos, se conservará el instituto de las Hijas de la Caridad, bajo la direccion de los Clérigos de San Vicente de Paul, procurando el Gobierno su fomento.

Tambien se conservarán las casas de Religiosas que á la vida contemplativa reunen la educacion y enseñanza de niñas ú otras obras de caridad.

Respecto á las demas Órdenes, los Prelados ordinarios, atendidas todas las circunstancias de sus respectivas diócesis, propondrán las casas de Religiosas en que convenga la admision y profesion de novicias y los ejercicios de enseñanza ó de caridad que sea conveniente establecer en ellas.

No se procederá á la profesion de ninguna Religiosa, sin que se asegure ántes su subsistencia en debida forma

Art. 31. La dotacion del M. R. Arzobispo de Toledo será de 160,000 reales.- La de los de Sevilla y Valencia de 150,000.—La de los de Granada y Santiago de 140,000.—Y la de los de Búrgos, Tarragona, Valladolid y Zaragoza, de 130,000.—La dotacion de los reverendos Obispos de Barcelona y Madrid será de 110,000.—La de los de Cádiz, Cartagena, Córdoba y Málaga, de 100,000.—La de los de Almería, Avila, Badajoz, Canarias, Cuenca, Gerona, Huesca, Jaen, Leon, Lérida, Lugo, Mallorca, Orense, Oviedo, Palencia, Pamplona, Salamanca, Santander, Segovia, Teruel y Zamora, de 90,000 reales.—La de los de Astorga, Calahorra, Ciudad-Real, Coria, Guadix, Jaca, Menorca, Mondoñedo Orihuela, Osma, Plasencia, Segorbe, Sigüenza, Tarazona, Tortosa, Tuy, Urgel, Vich y Vitoria, de 80,000 rs.—La del Patriarca de las Indias, no siendo Arzobispo ú Obispo propio, de 150,000, deduciéndose en su caso de esta cantidad cualquiera otra que por via de pension eclesiástica ó en otro concepto percibiese del Estado.—Los Prelados que sean Cardenales disfrutarán 20,000 rs. sobre su dotacion.—Los Obispos auxiliares de Ceuta y Tenerife y el Prior de las Órdenes tendrán 40,000 reales anuales.

Estas dotaciones no sufrirán descuento alguno, ni por razon del coste de las Bulas, que sufragará el Gobierno, ni por los demas gastos que por estas puedan ocurrir en España

Ademas los Arzobispos y Obispos conservarán sus palacios y los jardines, huertas ó casas que en cualquiera parte de las diócesis hayan estado destinadas para su uso y recreo, y no hubiesen sido enagenadas.

Queda derogada la actual legislacion relativa á espolios de los Arzobispos y Obispos, y en su consecuencia podrán disponer libremente, segun les dicte su conciencia, de lo que dejaren al tiempo de su fallecimiento, sucediéndoles abintestato los herederos legítimos con la misma obligacion de conciencia: exceptúanse en uno y otro caso los ornamentos y pontificales, que se considerarán como propiedad de la mitra, y pasarán á sus sucesores en ella.

Art. 32. La primera Silla de la Iglesia catedral de Toledo tendrá la dotacion de 24,000 rs. anuales; las de las demas Iglesias Metropolitanas 20,000; las de las Iglesias sufragáneas 18,000; y las de las colegiatas 15,000.

Los Dignidades y Canónigos de oficio de las Iglesias Metropolitanas tendrán 16,000 rs.; los de las sufragáneas 14,000; y los Canónigos de oficio de las colegiatas 8,000.

Los demas Canónigos tendran 14,000 rs. en las Iglesias Metropolitanas; 12,000 en las sufragáneas; y 6,600 en las colegiatas.

Los Beneficiados ó Capellanes asistentes de las Iglesias Metropolitanas tendrán 8,000 rs.; 6,000 los de las sufragáneas, y 3,000 los de las colegiatas.

Art. 33. La dotacion de los Curas en las parroquias urbanas será de 3,000 á 10,000 rs.; en las parroquias rurales el mínimum de la dotacion será de 2,200 rs.

Los Coadjutores y Ecónomos tendrán de 2,000 á 4,000 rs.

Ademas, los Curas propios, y en su caso los Coadjutores, disfrutarán las casas destinadas á su habitacion, y los huertos ó heredades que no se hayan enagenado, y que son conocidos con el nombre de iglesarios, mansos ú otros.

Tambien disfrutarán los Curas propios y sus Coadjutores la parte que les corresponda en los derechos de estola y pié de altar.

Art. 34 Para sufragar los gastos del culto, tendrán las Iglesias Metropolitanas anualmente de 90 á 140,000 rs.; las sufragáneas de 70 á 90,000; y las colegiatas de 20 á 30,000.

Para los gastos de administracion y extraordinarios de visita, tendrán de 20 á 30,000 rs. los Metropolitanos; y de 16 á 20,000 los Sufragáneos.

Para los gastos de culto parroquial se asignará á las Iglesias respectivas una cantidad anual que no bajará de 1,000 rs., ademas de los emolumentos eventuales y de los derechos que por ciertas funciones estén fijados ó se fijaren para este objeto en los aranceles de las respectivas diócesis.

Art. 35. Los Seminarios conciliares tendrán de 90 á 120,000 reales anuales, segun sus circunstancias y necesidades.

El Gobierno de S. M. proveerá por los medios más conducentes á la subsistencia de las casas y congregaciones religiosas de que habla el art. 29.

En cuanto al mantenimiento de las Comunidades religiosas se observará lo dispuesto en el art. 30.

Se devolverán desde luego y sin demora á las mismas, y en su representacion á los Prelados Diocesanos en cuyo territorio se hallen los conventos ó se hallaban ántes de las últimas vicisitudes, los bienes de su pertenencia que están en poder del Gobierno, y que no han sido enagenados. Pero teniendo S. S. en consideracion el estado actual de estos bienes y otras particulares circunstancias, á fin de que con su producto pueda atenderse con más igualdad á los gastos del culto y otros generales, dispone que los Prelados, en nombre de las Comunidades religiosas propietarias, procedan inmediatamente y sin demora á la venta de los expresados bienes por medio de subastas públicas hechas en la forma canónica y con intervencion de persona nombrada por el Gobierno de S. M. El producto de estas ventas se convertirá en inscripciones intransferibles de la Deuda del Estado del 5 por 100, cuyo capital é intereses se distribuirán entre todos los referidos conventos en proporcion de sus necesidades y circunstancias para atender á los gastos indicados y al pago de las pensiones de las Religiosas que tengan derecho

á percibirlas, sin perjuicio de que el Gobierno supla como hasta aquí lo que fuere necesario para el completo pago de dichas pensiones hasta el fallecimiento de las pensionadas

Art. 36. Las dotaciones asignadas en los artículos anteriores para los gastos del culto y del clero se entenderán sin perjuicio del aumento que se pueda hacer en ellas cuando las circunstancias lo permitan. Sin embargo, cuando por razones especiales no alcance en algun caso particular alguna de las asignaciones expresadas en el art. 34, el Gobierno de S. M. proveerá lo conveniente al efecto: del mismo modo proveerá á los gastos de las reparaciones de los templos y demas edificios consagrados al culto.

Art. 37. El importe de la renta que se devengue en la vacante de las Sillas episcopales, deducidos los emolumentos del Ecónomo que se diputará por el Cabildo en el acto de elegir al Vicario capitular, y los gastos para los reparos precisos del palacio episcopal, se aplicará por iguales partes en beneficio del Seminario conciliar y del nuevo Prelado.

Asimismo de las rentas que se devenguen en las vacantes de dignidades, canongías, parroquias y beneficios de cada diócesis, deducidas las respectivas cargas, se formará un cúmulo ó fondo de reserva á disposicion del Ordinario para atender á los gastos extraordinarios ó imprevistos de las iglesias y del clero, como tambien á las necesidades graves y urgentes de las diócesis. Al propio efecto ingresará igualmente en el mencionado fondo de reserva la cantidad correspondiente á la duodécima parte de su dotacion anual, que satisfarán por una vez dentro del primer año los nuevamente nombrados para prebendas, curatos y otros beneficios, debiendo por tanto cesar todo otro descuento que por cualquier concepto, uso, disposicion ó privilegio, se hiciese anteriormente.

Art. 38. Los fondos con que ha de atenderse á la dotacion del culto y del clero serán: 1.° El producto de los bienes devueltos al clero por la ley de 3 de Abril de 1845.—2.° El producto de las limosnas de la Santa Cruzada —3.° Los productos de las Encomiendas y Maestrazgos de las cuatro Órdenes militares vacantes y que vacaren.—4.° Una imposicion sobre las propiedades rústicas y urbanas y riqueza pecuaria en la cuota que sea necesario para completar la dotacion, tomando en cuenta los productos expresados en los párrafos 1.°, 2.° y 3.° y demas rentas que en lo sucesivo y de acuerdo con la Santa Sede se asignen para este objeto.

El clero recaudará esta imposicion percibiéndola en frutos, en especie ó en dinero, prévio concierto que podrá celebrar con las provincias, con los pueblos, con las parroquias, ó con los particulares; y en los casos necesarios será auxiliado por las autoridades públicas en la cobranza de esta imposicion, aplicando al efecto los medios establecidos para el cobro de las contribuciones.

Ademas se devolverán á la Iglesia desde luego y sin demora todos los bienes eclesiásticos no comprendidos en la expresada ley de 1845 y que todavía no hayan sido enagenados, inclusos los que restan de las Comunidades religiosas de varones Pero atendidas las circunstancias actuales de unos y otros bienes, y la evidente utilidad que ha de resultar á la Iglesia, el Santo Padre dispone que su capital se convierta inmediatamente y sin demora en inscripciones intransferibles de la Deuda del Estado del 3 por 100, observándose exactamente la forma y reglas establecidas en el art. 35 con referencia á la venta de los bienes de las Religiosas.

Todos estos bienes serán imputados por su justo valor, rebajadas cualesquiera cargas para los efectos de las disposiciones contenidas en este artículo.

Art. 39. El Gobierno de S M., salvo el derecho propio de los Prelados Diocesanos, dictará las disposiciones necesarias para que aquellos entre quienes se hayan distribuido los bienes de las capellanías y fundaciones piadosas aseguren los medios de cumplir las cargas á que dichos bienes estuvieren afectos.

Iguales disposiciones adoptará para que se cumplan del mismo modo las cargas piadosas que pesaren sobre los bienes eclesiásticos que han sido enagenados con este gravámen.

El Gobierno responderá siempre y exclusivamente de las impuestas sobre los bienes que se hubieren vendido por el Estado libres de esta obligacion.

Art. 40. Se declara que todos los expresados bienes y rentas pertenecen en propiedad á la Iglesia y que en su nombre se disfrutarán y administrarán por el clero.

Los fondos de Cruzada se administrarán en cada diócesis por los Prelados Diocesanos, como revestidos al efecto de las facultades de la Bula para aplicarlos segun está prevenido en la última próroga de la relativa concesion apostólica, salvas las obligaciones que pesan sobre este ramo por convenios celebrados con la Santa Sede. El modo y forma en que deberá verificarse dicha administracion, se fijará de acuerdo entre el Santo Padre y S. M. C.

Igualmente administrarán los Prelados Diocesanos los fondos del indulto cuadragesimal, aplicándolos á establecimientos de beneficencia y actos de caridad en las diócesis respectivas, con arreglo á las concesiones apostólicas.

Las demas facultades apostólicas relativas á este ramo y las atribuciones á ellas consiguientes, se ejercerán por el Arzobispo de Toledo en la extension y forma que se determinará por la Santa Sede.

Art. 41. Ademas la Iglesia tendrá el derecho de adquirir por cualquier título legítimo, y su propiedad en todo lo que posee ahora ó adquiera en adelante será solemnemente respetada. Por consiguiente, en cuanto á las antiguas y nuevas fundaciones eclesiásticas, no podrá hacerse ninguna supresion ó union sin intervencion de la autoridad de la Santa Sede, salvas las facultades que competen á los Obispos segun el Santo Concilio de Trento.

Art. 42. En este supuesto, atendida la utilidad que ha de resultar á la religion de este convenio, el Santo Padre, á instancia de S. M. C. y para proveer á la tranquilidad pública, decreta y declara, que los que durante las pasadas circunstancias hubiesen comprado en los dominios de España bienes eclesiásticos, al tenor de las disposiciones civiles á la sazon vigentes, y estén en posesion de ellos, y los que hayan sucedido ó sucedan en sus derechos á dichos compradores, no serán molestados en ningun tiempo ni manera por S. S. ni por los Sumos Pontífices sus sucesores: ántes bien, así ellos como sus causa-habientes, disfrutarán segura y pacíficamente la propiedad de dichos bienes y sus emolumentos y productos.

Art. 43. Todo lo demas perteneciente á personas ó cosas eclesiásticas, sobre lo que no se provee en los artículos anteriores, será dirigido y administrado segun la disciplina de la Iglesia canónicamente vigente.

Art. 44. El Santo Padre y S. M. C. declaran quedar salvas é ilesas las Reales prerogativas de la Corona de España en conformidad á los convenios anteriormente celebrados entre ambas potestades. Y por tanto los referidos convenios, y en especialidad el que se celebró entre el Sumo Pontífice Benedicto XIV y el Rey Católico Fernando VI en el año 1753, se declaran confirmados y seguirán en su fuerza y vigor en todo lo que no se altere ó modifique por el presente.

Art. 45. En virtud de este Concordato se tendrán por revocadas, en cuanto á él se oponen, las leyes, órdenes y decretos publicados hasta ahora, de cualquier modo y forma, en los dominios de España, y el mismo Concordato regirá para siempre en lo sucesivo como ley del Estado en los propios dominios. Y por tanto una y otra de las partes contratantes prometen por sí y sus sucesores la fiel observancia de todos y cada uno de los artículos de que consta. Si en lo sucesivo ocurriese alguna dificultad, el Santo Padre y S. M. católica se pondrán de acuerdo para resolverla amigablemente.

Art. 46 y último. El canje de las ratificaciones del presente Concordato se verificará en el término de dos meses, ó ántes si fuese posible.

En fe de lo cual Nos los infrascriptos plenipotenciarios hemos firmado el presente Concordato y selládole con nuestro propio sello en Madrid á 16 de Marzo de 1851. (Firmado.)

Por tanto mandamos á todos los Tribunales, Justicias..... que guarden y hagan guardar la *presente ley* en todas sus partes.—Dado en palacio á 17 de Octubre de 1851.—*Yo la Reina.*— El ministro de Gracia y Justicia.—Ventura Gonzalez Romero.

NÚMERO 3.°

CONVENIO ENTRE LA SANTA SEDE Y EL GOBIERNO ESPAÑOL PARA LA ENAGENACION DE LOS BIENES RESTANTES Á LA IGLESIA ESPAÑOLA, Y DOTACION DEL CLERO, PUBLICADO COMO LEY EN 4 DE ABRIL DE 1860.

Convenio verificado entre S. S. Pio IX y S. M. la Reina Católica de las Españas.

En el nombre de la Santísima é individua Trinidad.

El Sumo Pontífice Pio IX y S. M. C. Doña Isabel II, Reina de España, queriendo proveer de comun acuerdo al arreglo definitivo de la dotacion del culto y clero en los dominios de S. M., en consonancia con el solemne Concordato de 16 de Marzo de 1851, han nombrado respectivamente por sus plenipotenciarios: S. S. al Emmo. y Rmo. Sr. Cardenal Santiago Antonelli, su secretario de Estado;

Y S. M. al Excmo. Sr D. Antonio de los Rios y Rosas, su embajador extraordinario cerca de la Santa Sede: los cuales, canjeados sus plenos poderes, han convenido en lo siguiente:

Artículo 1.° El Gobierno de S. M. C., habida consideracion á las lamentables vicisitudes por que han pasado los bienes eclesiásticos en diversas épocas; y deseando asegurar á la Iglesia perpétuamente la pacífica posesion de sus bienes y derechos, y prevenir todo motivo de que sea violado el solemne Concordato celebrado en 16 de Marzo de 1851, promete á la Santa Sede que en adelante no se hará ninguna venta, conmutacion ni otra especie de enagenacion de los dichos bienes sin la necesaria autorizacion de la misma Santa Sede.

Art. 2.° Queriendo llevar definitivamente á efecto de un modo seguro, estable é independiente el plan de dotacion del culto y clero prescrito en el mismo Concordato, la Santa Sede y el Gobierno de S. M. C. convienen en los puntos siguientes.

Art. 3.° Primeramente el Gobierno de S. M. reconoce de nuevo formalmente el libre y pleno derecho de la Iglesia para adquirir, retener y usufructuar en propiedad y sin limitacion ni reserva toda especie de bienes y valores; quedando en consecuencia derogada por este convenio cualquiera disposicion que le sea contraria, y señaladamente y en cuanto se le oponga, la ley de 1.° de Mayo de 1855.

Los bienes que en virtud de este derecho adquiera y posea en adelante la Iglesia no se computarán en la dotacion que le está asignada por el Concordato.

Art. 4.° En virtud del mismo derecho, el Gobierno de S. M. reconoce á la Iglesia como propietaria absoluta de todos y de cada uno de los bienes que le fueron devueltos por el Concordato. Pero habida consideracion al estado de deterioro de la mayor parte de los que aun no han sido enagenados, á su difícil administracion, y á los varios, contradictorios é inexactos cómputos de su valor en renta, circunstancias todas que han hecho hasta ahora la dotacion del clero incierta y aun incóngrua, el Gobierno de S. M. ha propuesto á la Santa Sede una permutacion, dándose á los Obispos la facultad de terminar de acuerdo con sus Cabildos el precio de los bienes de la Iglesia, situados en sus respectivas diócesis, y ofreciendo aquel en cambio de todos ellos y mediante su cesion hecha al Estado, tantas inscripciones intransferibles del papel del 3 por 100 de la Deuda pública consolidada de España, cuantas sean necesarias para cubrir el total valor de dichos bienes.

Art. 5.° La Santa Sede deseosa de que se lleve inmediatamente á efecto una dotacion cierta, segura é independiente para el culto y para el clero, oidos los Obispos de España y reconociendo en el caso actual y en el conjunto de todas las circunstancias, la mayor utilidad de la Iglesia, no ha encontrado dificultad en que dicha permutacion se realice en la forma siguiente:

Art. 6.° Serán eximidos de la permutacion y quedarán en propiedad á la Iglesia en cada diócesis todos los bienes enumerados en los arts. 31 y 33 del Concordato de 1851, á saber: los huertos, jardines, palacios y otros edificios, que en cualquier lugar de la diócesis estén destinados al uso y esparcimiento de los Obispos. Tambien se le reservarán las casas destinadas á la habitacion de los Párrocos, con sus huertos y campos anejos, conocidos bajo las denominaciones de *Iglesiarios*, *Mansos* y otras. Ademas retendrá la Iglesia en

propiedad los edificios de los Seminarios conciliares con sus anejos, y las bibliotecas y casas de correccion ó cárceles eclesiásticas, y en general todos los edificios que sirven en el dia para el culto, y los que se hallan destinados al uso y habitacion del clero regular de ambos sexos, así como los que en adelante se destinen á tales objetos.

Ninguno de los bienes enumerados en este artículo podrá imputarse en la dotacion prescrita para el culto y clero en el Concordato, y

En fin, siendo la utilidad de la Iglesia el motivo que induce á la Santa Sede á admitir la expresada permutacion de valores, si en alguna diócesis estimare el Obispo que por particulares circunstancias conviene á la Iglesia retener alguna finca sita en ella, aquella finca podrá eximirse de la permutacion, imputándose el importe de su renta en la dotacien del clero.

Art. 7.° Hecha por los Obispos la estimacion de los bienes sujetos á la permutacion, se entregarán inmediatamente á aquellos, títulos ó inscripciones intransferibles, así por el completo valor de los mismos bienes, como por el valor venal de los que han sido enagenados despues del Concordato. Verificada la entrega, los Obispos, competentemente autorizados por la Sede Apostólica, harán al Estado formal cesion de tados los bienes que con arreglo á este convenio están sujetos á la permutacion.

Las inscripciones se imputarán al clero como parte integrante de su dotacion, y los respectivos diocesanos aplicarán sus réditos á cubrirla en el modo prescrito en el Concordato.

Art. 8.° Atendida la perentoriedad de las necesidades del clero, el Gobierno de S. M. se obliga á pagar mensualmente la renta considerada correspondiente á cada diócesis.

Art. 9.° En el caso de que por disposicion de la autoridad temporal la renta del 3 por 100 de la Deuda pública del Estado llegue á sufrir cualquiera disminucion ó reduccion, el Gobierno de S. M. se obliga desde ahora á dar á la Iglesia tantas inscripciones intransferibles de la renta que se sustituya á la del 3 por 100, cuantas sean necesarias para cubrir íntegramente el importe anual de la que va á emitirse en favor de la Iglesia; de modo que esta renta no se ha de disminuir ni reducir en ninguna eventualidad ni en ningun tiempo.

Art. 10. Los bienes pertenecientes á Capellanías colativas y á otras semejantes fundaciones piadosas familiares, que á causa de su peculiar índole y destino y de los diferentes derechos que en ellos radican no pueden comprenderse en la permutacion y cesion de que aquí se trata, serán objeto de un convenio particular celebrado entre la Santa Sede y S. M. C.

Art. 11. El Gobierno de S. M., confirmando lo estipulado en el art. 39 del Concordato, se obliga de nuevo á satisfacer á la Iglesia. en la forma que de comun acuerdo se convenga, por razon de las cargas impuestas, ya sobre los bienes vendidos como libres por el Estado, ya sobre los que ahora se le ceden, una cantidad alzada que guarde la posible proporcion con las mismas cargas Tambien se compromete á cumplir por su parte en términos hábiles las obligaciones que contrajo el Estado por los párrafos primero y segundo de dicho artículo.

Se instituirá una comision mixta con el carácter de consultiva, que en el término de un año reconozca las cargas que pesan sobre los bienes mencionados en el párrafo primero de este artículo, y proponga la cantidad alzada que en razon de ellas ha de satisfacer el Estado.

Art. 12. Los Obispos, en conformidad de lo dispuesto en el art. 35 del Concordato distribuirán entre los conventos de monjas existentes en sus respectivas diócesis las inscripciones intransferibles correspondientes ya á los bienes de su propiedad, que ahora se cedan al Estado, ya á los de la misma procedencia que se hubieren vendido en virtud de dicho Concordato ó de la ley de 1.° de Mayo de 1855. La renta de estas inscripciones se imputará á dichos conventos como parte de su dotacion.

Art. 13. Queda en su fuerza y vigor lo dispuesto en el Concordato acerca del suplemento que ha de dar el Estado para pago de las pensiones de los religiosos de ambos sexos, como tambien cuanto se prescribe en los artículos 35 y 36 del mismo acerca del mantenimiento de las casas y congregaciones religiosas que se establezcan en la península y acerca de la reparacion de los templos y otros edificios destinados al culto. El Estado se obliga ademas á construir á sus expensas las iglesias que se consideren necesarias, á conceder pensiones á los pocos religiosos existentes legos exclaustrados y á proveer á la dotacion de las monjas de oficio, capellanes, sacristanes y culto de las iglesias de religiosas en cada diócesis.

Art. 14. La renta de la Santa Cruzada que hace parte de la actual dotacion se destinará exclusivamente en adelante á los gastos del culto, salvas las obligaciones que pesan sobre aquellas por convenios celebrados por la Santa Sede.

El importe anual de la misma renta se computará por el año comun del último quinquenio en una cantidad fija, que se determinará de acuerdo entre la Iglesia y el Estado.

El Estado suplirá, como hasta aquí, la cantidad que falte para cubrir la asignacion concedida al culto por el art. 34 del Concordato.

Art. 15. Se declara propiedad de la Iglesia la imposicion anual que para completar su dotacion se estableció en el párrafo cuarto del art. 38 del Concordato, y se repartirá y cobrará dicha imposicion en los términos allí definidos. Sin embargo, el Gobierno de S. M. se obliga á acceder á toda instancia que por motivos locales ó por cualquiera otra causa le hagan los Obispos para convertir las cuotas de imposicion correspondientes á las respectivas diócesis en inscripciones intransferibles de la referida Deuda consolidada, bajo las condiciones y en los términos definidos en los arts. 7, 8 y 9 de este Convenio.

Art. 16. A fin de conocer exactamente la cantidad á que debe ascender la mencionada imposicion, cada Obispo de acuerdo con su Cabildo, hará á la mayor brevedad un presupuesto definitivo de la dotacion de su diócesis, ateniéndose al formularlo á las prescripciones del Concordato. Y para determinar fijamente en cada caso las asignaciones respecto de las cuales se ha establecido en aquel un *maximum* y un *minimum*, podrán los Obispos, de acuerdo con el Gobierno, optar por un término medio cuando así lo exijan las necesidades de las Iglesias y todas las demas circunstancias atendibles.

Art. 17. Se procederá inmediatamente á la nueva circunscrip-

cion de parroquias, al tenor de lo conferenciado y concertado ya entre ambas Potestades.

Art. 18. El Gobierno de S. M., conformándose á lo prescrito en el art 36 del Concordato, acogerá las razonables propuestas que para aumento de asignaciones le hagan los Obispos en los casos previstos en dicho artículo y señaladamente las relativas á Seminarios.

Art. 19. El Gobierno de S. M., correspondiendo á los deseos de la Santa Sede, y queriendo dar un nuevo testimonio de su firme disposicion á promover, no sólo los intereses materiales, sino tambien los espirituales de la Iglesia, declara que no pondrá óbice á la celebracion de Sínodos diocesanos cuando los respectivos Prelados estimen conveniente convocarlos. Asimismo declara que sobre la celebracion de Sínodos provinciales, y sobre otros varios puntos árduos é importantes, se propone ponerse de acuerdo con la Santa Sede, consultando al mayor bien y esplendor de la Iglesia.

Por último, declara que cooperará por su parte con toda eficacia á fin de que se lleven á efecto sin demora las disposiciones del Concordato que aun se hallan pendientes de ejecucion.

Art. 20. En vista de las ventajas que de este nuevo Convenio resultan á la Iglesia, S. S., acogiendo las respectivas instancias de S. M. C., ha acordado extender, como de hecho extiende, el benigno saneamiento contenido en el art. 42 del Concordato á los bienes eclesiásticos enagenados á consecuencia de la referida ley de 1.º de Mayo de 1855.

Art. 21. El presente Convenio, adicional al solemne y vigente Concordato celebrado en 16 de Marzo de 1851, se guardará en España perpétuamente como ley del Estado del mismo modo que dicho Concordato.

Art. 22. El canje de las ratificaciones del presente Convenio se verificará en el término de tres meses, ó ántes si fuese posible.

En fe de lo cual los infrascritos plenipotenciarios han firmado y sellado el presente Convenio con sus respectivos sellos.

Dado en Roma en dos ejemplares á 25 de Agosto de 1859.—(Firmado.)—G. Cardenal Antonnelli.—L. S.—(Firmado) Antonio de los Rios y Rosas.—L. S.

S. M. C. ratificó este Convenio el 7 de Noviembre último, y Su Santidad el 24; y las ratificaciones se canjearon en Roma el 25 del citado mes de Noviembre de 1859.

INDEX.

Pag.

Prologus. 3
Breviationes seu notulæ. 6
Lectio Præliminaris. 7

Lectiones.

I.—Tridentini Concilii historia et partes. 9
II.—Concilii Tridentini in Hispania admissio.—Provincialia Concilia ad illius admissionem.—Congregatio Concilii.—Bulla Apostolici ministerii. 12
III.—De Sacra Scriptura, traditione, et fidei professione. 16
IV.—De Sacrorum Canonum observantia, et Romani Pontificis auctoritate ad illorum dispensationem et interpretationem. 20

PARS PRIMA.—DE SUPERIORI JURISDICTIONE.

V.—De S. R. E. Cardinalibus 25
VI.—De Congregationibus S. R. E. 27
VII.—De Legatis Apostolicis, Nuntiaturis, et Rotæ, apud nos Tribunali. 31
VIII.—De Patriarchis, Primatibus et nationalibus Conciliis. 35
IX.—De Metropolitanis, et antiquiori Episcopo. . . . 39
X.—De Metropolitanis ex Hispanæ Ecclesiæ disciplina. 45
XI.—De provincialibus Conciliis. 48

PARS SECUNDA.—DE EPISCOPIS ET EORUM AUXILIARIBUS, UBI DE JURISDICTIONE ORDINARIA.

XII.—De Episcopis. 54
XIII.—Norma procedendi ad creationem Episcoporum. 57
XIV.—De Episcoporum in Hisp Eccles. præsentatione. 61
XV.—De Episcoporum institutione et consecratione. 66
XVI.—De Episcoporum officio et potestate. 70
XVII.—De Episcoporum prædicatione verbo et exemplo. 74
XVIII.—De episcopali residentia et Pontificalium exercitio. 78
XIX.—De Pontificalium exercitio, et sacrorum Ordinum collatione. 83
XX.—De visitatione Diœcesis, et sacrorum liminum. 88

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cion de parroquias, al tenor de lo conferenciado y concertado ya entre ambas Potestades.

Art. 18. El Gobierno de S. M., conformándose á lo prescrito en el art 36 del Concordato, acogerá las razonables propuestas que para aumento de asignaciones le hagan los Obispos en los casos previstos en dicho artículo y señaladamente las relativas á Seminarios.

Art. 19. El Gobierno de S. M., correspondiendo á los deseos de la Santa Sede, y queriendo dar un nuevo testimonio de su firme disposicion á promover, no sólo los intereses materiales, sino tambien los espirituales de la Iglesia, declara que no pondrá óbice á la celebracion de Sínodos diocesanos cuando los respectivos Prelados estimen conveniente convocarlos. Asimismo declara que sobre la celebracion de Sínodos provinciales, y sobre otros varios puntos árduos é importantes, se propone ponerse de acuerdo con la Santa Sede, consultando al mayor bien y esplendor de la Iglesia.

Por último, declara que cooperará por su parte con toda eficacia á fin de que se lleven á efecto sin demora las disposiciones del Concordato que aun se hallan pendientes de ejecucion.

Art. 20. En vista de las ventajas que de este nuevo Convenio resultan á la Iglesia, S. S., acogiendo las respectivas instancias de S. M. C., ha acordado extender, como de hecho extiende, el benigno saneamiento contenido en el art. 42 del Concordato á los bienes eclesiásticos enagenados á consecuencia de la referida ley de 1.º de Mayo de 1855.

Art. 21. El presente Convenio, adicional al solemne y vigente Concordato celebrado en 16 de Marzo de 1851, se guardará en España perpétuamente como ley del Estado del mismo modo que dicho Concordato.

Art. 22. El canje de las ratificaciones del presente Convenio se verificará en el término de tres meses, ó ántes si fuese posible.

En fe de lo cual los infrascritos plenipotenciarios han firmado y sellado el presente Convenio con sus respectivos sellos.

Dado en Roma en dos ejemplares á 25 de Agosto de 1859.—(Firmado.)—G. Cardenal Antonnelli.—L. S.—(Firmado) Antonio de los Rios y Rosas.—L. S.

S. M. C. ratificó este Convenio el 7 de Noviembre último, y Su Santidad el 24; y las ratificaciones se canjearon en Roma el 25 del citado mes de Noviembre de 1859.

INDEX.

Pag.

Prologus. 3
Breviationes seu notulæ. 6
Lectio Præliminaris. 7

Lectiones.

I.—Tridentini Concilii historia et partes. 9
II.—Concilii Tridentini in Hispania admissio.—Provincialia Concilia ad illius admissionem.—Congregatio Concilii.—Bulla Apostolici ministerii. 12
III.—De Sacra Scriptura, traditione, et fidei professione. 16
IV.—De Sacrorum Canonum observantia, et Romani Pontificis auctoritate ad illorum dispensationem et interpretationem. 20

PARS PRIMA.—DE SUPERIORI JURISDICTIONE.

V.—De S. R. E. Cardinalibus 25
VI.—De Congregationibus S. R. E. 27
VII.—De Legatis Apostolicis, Nuntiaturis, et Rotæ, apud nos Tribunali. 31
VIII.—De Patriarchis, Primatibus et nationalibus Conciliis. 35
IX.—De Metropolitanis, et antiquiori Episcopo. . . . 39
X.—De Metropolitanis ex Hispanæ Ecclesiæ disciplina. 45
XI.—De provincialibus Conciliis. 48

PARS SECUNDA.—DE EPISCOPIS ET EORUM AUXILIARIBUS, UBI DE JURISDICTIONE ORDINARIA.

XII.—De Episcopis. 54
XIII.—Norma procedendi ad creationem Episcoporum. 57
XIV.—De Episcoporum in Hisp Eccles. præsentatione. 61
XV.—De Episcoporum institutione et consecratione. 66
XVI.—De Episcoporum officio et potestate. 70
XVII.—De Episcoporum prædicatione verbo et exemplo. 74
XVIII.—De episcopali residentia et Pontificalium exercitio. 78
XIX.—De Pontificalium exercitio, et sacrorum Ordinum collatione. 83
XX.—De visitatione Diœcesis, et sacrorum liminum. 88

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Lectiones. Pag.

XXI.—De Synodo diœcesana et potestate Episcopi utpote legislatoris. 96
XXII.—De honoribus Episcopo debitis. 101
XXIII.—De vitiorum et errorum correptione, malorumque librorum prohibitione. 104
XXIV.—De Episcopis coadjutoribus. 110
XXV.—De Curia Episcopali. 114
XXVI.—De Vicariis generalibus. 120
XXVII.—De Notariis episcopalis Curiæ. 127
XXVIII.—De tribunali Episcopi et auxiliaribus ejus ad contentiosam jurisdictionem. 130

PARS TERTIA.—DE CAPITULIS CANONICORUM, UT POTE EPISCOPORUM AUXILIARIBUS ET CONSILIARIIS.

XXIX.—De Capitulis et præsertim in Hispania. 136
XXX.—Quales esse debeant promovendi ad dignitates Cathedralis Ecclesia. 141
XXXI.—De prima Sede post pontificalem. 146
XXXII.—De Archidiaconis et aliis dignitatibus in Capitulo. 148
XXXIII.—De officialibus præbendis, seu Canonicis de *officio*. 153
XXXIV.—De Canonicis. 157
XXXV.—Quid ad canonicatus promoti præstare teneantur, præcipue erga cultum. 160
XXXVI.—De moribus canonicorum et ipsorum residentia. 166
XXXVII.—Capitulum sede plena uti Episcopi senatus et consilium. 169
XXXVIII.—Capitulum sede vacante. 174
XXXIX.—Vicarii capitularis munia, obligationes et jura. 178
XL.—De Collegiatis ecclesiis. 181
XLI.—De portionariis in Cathedralibus et Collegiatis ecclesiis. 186

PARS QUARTA. — DE PAROCHIS UT POTE EPISCOPORUM AUXILIARIBUS IN SPIRITUALIBUS.

XLII.—De Archipresbyteris præsertim ruralibus, et Diœceseon in archipresbyteratus divisione. . . 189
XLIII.—De parochis in genere, et parochiarum speciebus. 192
XLIV.—De unione et divisione parochiarum. 196
XLV.—De parochialis ecclesiæ vacantis provisione. . . 201
XLVI.—De officio parochi, et primo de oneribus seu obligationibus. 207
XLVII.—De muneribus parochorum. 214
XLVIII.—De sustentatione parochi et parochialis ecclesiæ. 219
XLIX.—De auxiliaribus seu coadjutoribus parochorum. 223

Lectiones. Pag.

PARS QUINTA.—DE JURISDICTIONIBUS EXEMPTIS, UBI ETIAM DE REGULARIBUS.

L.—De exemptionibus in genere. 227
LI.—De exemptionibus in Hisp. Ecclesia. 235
LII.—De regiis sacellis eorumque ac suorum capellanorum in Hisp. exemptione. 241
LIII.—De Patriarchatus Indiarum occidentalium origine et in regia Capella jurisdictione. 246
LIV.—De Vicariatu generali castrensi apud Hispaniam. 251
LV.—De militaribus ordinibus in genere, et præsertim de militia Sancti Joannis Hierosolym. 259
LVI.—De militarium nostrorum ordinum origine et exemptione. 264
LVII.—De Commissaria Cruciatæ ejusque jurisdictione. 269
LVIII.—De Sancti Sepulchri Hisp. custodia, aliisque piis ad propagandam fidem missionibus. 275
LIX.—De jurisdictione Prælatorum regularium eorumque exemptionibus in genere. 278
LX.—De Prelatorum regularium electione. 285
LXI.—De juribus Prælatorum regularium ratione exemptionis suæ. 289
LXII.—De juribus ordinariæ jurisdictionis super regulares etiam exemptos. 293
LXIII.—De sanctimonialium directione et exemptione. 301

PARS SEXTA.—DE CLERICIS IN GENERE.

LXIV.—De generali cleri institutione, ubi etiam de universitatibus catholicis. 309
LXV.—De clericis in Seminariis instituendis. 317
LXVI.—De clericis ordinandis. 323
LXVII.—De titulo ordinationis et clericorum peculio vel patrimonio. 329
LXVIII.—De adscriptione ecclesiæ, et residentia. 334
LXIX.—De privilegio fori seu immunitate personali. . . 338
LXX.—De vita et honestate clericorum. 345

PARS SEPTIMA.—DE CLERI CULTUSQUE SUSTENTATIONE.

LXXI.—De oblationibus et eleemosynis. 351
LXXII.—De decimis. 355
LXXIII.—De prædiis aliisque ecclesiæ bonis. 359
LXXIV.—De recta bonorum ecclesiasticorum administratione et dispensatione. 362

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Lectiones.	Pag.
LXXV.—De bonorum ecclesiasticorum alienatione. . . .	367
LXXVI.—De beneficiis in genere.	372
LXXVII.—De vetita pluralitate beneficiorum.	376
LXXVIII.—De jure patronatus ejusque origine ac speciebus.	379
LXXIX.—De modo probandi jus patronatus.	383
LXXX.—De Regio patronatus ap. Hispaniam jure.	388
LXXXI.—De juris patronatus exercitio.	395
LXXXII.—De hodierna cleri cultusque apud Hispaniam sustentationis forma.	400
LXXXIII.—De proprietate et bonis regularium utriusque sexus, eorumque sustentatione.	405
LXXXIV.—De Capellaniis et officiis ecclesiasticis.	409
LXXXV.—De sacrosanctis ecclesiis earumque reparatione.	417
LXXXVI.—De sacrosanctæ Missæ sacrificio.	422
LXXXVII.—De privatis oratoriis.	428
LXXXVIII.—De cultu reliquiarum ac sacrarum imaginum. .	431
LXXXIX.—De hospitalibus.	435
XC.—De cœmeteriis et funeribus christianorum. . . .	441

PARS OCTAVA.—VITA CHRISTIANA.

XCI.—Familia christiana.	447
XCII.—De Baptismate ut pote christianæ vitæ janua, et etiam de Confirmationis sacramento.	451
XCIII.—Matrimonii solemniter contrahendi forma. . . .	453
XCIV.—De impedimentis eorumque speciebus.	460
XCV.—De impedimentis matrimonium dirimentibus, et eorum dispensationibus.	465
XCVI.—De impedimentis non dirimentibus ac præsertim de consensu paterno et sponsalibus.	471
XCVII.—De observatione jejuniorum, et de pœnitentiis publicis.	476
XCVIII.—De dierum festorum celebratione et Dominicæ diei sanctificatione.	479
XCIX.—De testamentis, et suffragiis pro defunctis. . .	482
C.—Finis christianæ vitæ, seu mors christiana. . .	486

PARS NONA.—DE ECCLESIASTICIS JUDICIIS.

CI.—De judiciis in genere.	490
CII.—De foro competenti.	495
CIII.—De processu canonico civili, seu de causis civilibus ecclesiastici fori.	499
CIV.—De ecclesiastico judicio in causa criminis seu criminali.	503
CV.—De causis matrimonialibus, et etiam nullitatis professionis.	509
CVI.—De summario judicio.	513
CVII.—De processu summarissimo seu judiciali, et ex informata conscientia.	518

Lectiones.	Pag.
CVIII.—De appellationibus.	525
CIX.—De processibus dictis por vim, seu ab abusu, et protectionis.	530

PARS DECIMA.—DE PŒNIS ET DELICTIS.

CX.—De pœnis in genere.	535
CXI.—De pœnitentiis antiquis, et pœnis a S. Syn. renovatis.	540
CXII.—De pœnis canonicis hodiedum ex Tridentino vigentibus.	544
CXIII.—De delictis canonicis in genere.	549
CXIV.—De delictis quæ a clericis et laicis committuntur.	554
CXV.—De delictis mixtis quæ præsertim laicorum sunt.	559
CXVI.—De specialibus delictis clericorum.	561
CXVII.—De delictis ex ommissione et negligentia.	566
CXVIII.—De canonicis defectibus seu minoribus delictis et de circunstantiis delicta attenuantibus . . .	571
CXIX.—De delictis post Tridentinam Synodum ab Ecclesia damnatis.	574
CXX.—De indulgentiis.	578
Ommissa supple.	582
Errata sic corrige.	584
APENDICES.—Núm. 1.º El Santo Concilio de Trento, ley de España.	585
Núm. 2.º Concordato de 1851.	586
Núm. 3.º Convenio entre la Santa Sede y el Gobierno español para la enagenacion de los bienes restantes á la Iglesia española, y dotacion del clero, publicado como ley en 4 de Abril de 1860.	598

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS